in his omnibus priorū suorum carnalium vias sequunꝰ:
quasi venenati filij de venenatis parētibꝰ nati sunt. Sed
quia iam peccauimus: quia vsu male cōsuetudinis inuo
luti sumus: dicat quid nobis faciēdū sit: vt fugere a ven/
tura ira valeamus. Sequiꝰ. ¶ Facite ergo dignos fru/ Tex.
ctus penitētie. Jn q̄bꝰ verbis notādū est: q̄ amicꝰ sponsi
non solū fructꝰ pnie: sed dignos fructꝰ pnie admonet eē
faciēdos. Aliud est nāq̄ fructū facere: aliud dignū fru/ Quis dignꝰ fructꝰ pnie.
ctū penitētie facere. Ut em̄ ḃm dignos pnie fructꝰ loqua
mur/ sciendū est: quia quisq̄ illicita nulla commisit/ huic
iure conceditur/ vt licitis vtatur: sicq̄ pietatis opera fa/
ciat: vt tamē si voluerit ea que mūdi sunt relinquat. At si
quis in fornicationis culpa: vel fortasse qd̄ est grauiꝰ in
adulterium lapsus est: tanto a se licita dꝫ abscidere/ quā/
to se meminit ⁊ illicita perpetrasse. Neq̄ enim par fru/
ctus boni operis esse debet eius qui minus: ⁊ eius q̄ am/
plius deliquit/ aut eius qui nullis: ⁊ eius qui in quibus/
dam facinoribus cecidit/ ⁊ eius qui in multis est lapsus.
Per hoc ergo qd̄ diciꝰ: facite dignos fructꝰ pnie: vnius/
cuiusq̄ conscientia conueniꝰ: vt tanto maiora querat bo
norū operū lucra ꝑ penitentiā: quāto grauiora sibi intu/
lit dāna per culpā. Sed Judei de generis nobilitate glo
riātes: idcirco se peccatores agnoscere nolebāt: quia de
Abrae stirpe descēderāt. Quibus recte dicitur. ¶ Et ne Tex.
ceperis dicere. Patrem habemus Abraā. Dico enim vo/
bis: quia potens est deus de lapidibꝰ istis suscitare filios
Abrae. Quid em̄ lapides nisi corda gentilium fuerūt ad
intellectum dei omnipotentis insensibilia: Sicut etiam
quibusdam ex iudeis dicitur. Auferā cor lapideū de car/
ne vestra. Nec immerito lapidū noie gentes significate Ezech.
sunt q̄ lapides coluerūt. Unde scriptū est. Similes illis xi.
fiant qui faciunt ea: et oēs qui cōfidūt in eis. De quibus Ps. cxiij
nimirū lapidibꝰ filij Abrae suscitati sunt: q̄ dū dura cor/
da gentilium in Abrae semine: idest in christo crediderūt
eius filij facti sunt cuius semini sunt vniti. Unde ⁊ eisdē
gētibꝰ per p̄dicatorem diciꝰ. Si aūt vos christi: ergo semē Gal. iij.
Abrae estis. Si igitur nos per fidem christi Abrae semen
existimus: Judei ꝓpter perfidiā Abrae filij esse desierūt.
Quia ūo in illo die tremēdi examinis/ parētes boni ma
lis filijs prodesse nō possunt: testāte ꝓpheta q̄ dicit Noe/ Ezech.
Daniel ⁊ Job: si fuerint in medio eiꝰ: viuo ego dicit dn̄s xiiij.
deus: q̄ filiū ⁊ filiam nō liberabūt: sed iustitia sua libera
bunt animas suas. Et rursum: quia boni filij nihil malis
parentibus psunt: sed ad reatum potius parentū malorū
proficiat bonitas filiorum: ipsa per se veritas Judeis nō
credentibus dicit. Si ego in Beelzebub eijcio demonia: Lu. xi.
filij vestri in quo eijciunt? Jdeo ipsi iudices vestri erunt.
Sequitur. ¶ Jā em̄ securis ad radicē arboris posita est. Tex.
Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum/ excide
tur et in ignem mittetur. Arbor huius mundi est vniuer
sum genus humanū: securis ūo est scꝫ redēptor noster/ q̄
velut ex manubrio et ferro tenetur ex humanitate: sꝫ in/
cidit ex diuinitate. Que vcꝫ securis ad radicem arboris
posita est: quia et si per patientiā expectat: videtur tamē
quid factura est. Omnis enim arbor nō faciens fructuȝ
bonum/ excidetur et in ignem mittetur: quia vnusquisq̄
peruersus paratam citius gehenne concremationem in
uenit: quia hic fructum boni operis facere contēnit. Et
notandum q̄ securim non iuxta ramos positam: sed ad Ultiōis diuine seueritas.
radicem dicit. Cum enim malorum filij tolluntur: quid
aliud q̄ rami infructuose arboris abscidunꝰ? Cum vero
tota simul progenies cum parente tollitur: infructuosa
arbor a radice abscisa est/ ne iam remaneat vnde iterum
praua soboles succrescat. Jn quibus Joannis baptiste
verbis constat q̄ audientium corda turbata sunt: cū pro/
tinus subinfertur. ¶ Et interrogabāt eum turbe dicen/ Tex.
tes. Quid ergo faciemus? Perculse enim terrore fuerāt
que consilium querebant. Sequitur. ¶ Respondēs au
tem dicebat illis. Qui habet duas tunicas/ det non ha/ Tex.
benti: et qui habet escas similiter faciat. Per hoc q̄ tuni
ca plus est necessaria vsui nostro q̄ pallium: ad fructum
dignum penitentie pertinet: vt solum exteriora queq̄

⁊ minus necessaria/sed ipsa valde nobis necessaria diui/
dere cum proximis debeamus:scz vel escaz/qua carnaliter
viuimus vel tunicam qua vestimur. Quia enim in lege
Mat. xxij. scriptum est. Diliges proximū tuum sicut teipsum: minus
proximū amare conuincitur/qui nō cuz eo in necessitate
illius:etiam q̄ sibi sunt necessaria partitur. Idcirco ergo
de diuidendis cum proximo duabus tunicis datur prece
ptum:quia hoc de vna dici nō potuit: qm̄ si vna diuidit/
nemo vestitur. In dimidia quippe tunica:⁊ nudus rema
net qui accipit ⁊ nudus qui dedit. Inter hec sciendū est:
quantū opera misericordie valeāt:cum ad fruct⁹ dignos
penitentie/ipsa pre ceteris precipiunt. Hinc etiā p semet
Luce.xi. ipsaz veritas dicit. Date eleemosynā:⁊ ecce oīa mūda sunt
Luc.vi. vobis. Hinc rursus ait. Date et dabitur vobis. Hinc scri/
Ecclia/ ptum est. Ignem ardētez extinguet aqua:⁊ eleemosyna
ci.iij. resistit peccatis. Hinc iterū dr̄. Conclude eleemosynā in
Tob.iiij sinu pauperis:⁊ hec p te exorabit. Hinc bonus pater in/
nocentem filiū admonet dicēs. Si multū tibi fuerit/abū
danter tribue:si exiguum fuerit/exiguum libēter imper
tiri stude. Ut aūt quāta esset virt⁹ cōtinētia:et susceptio/
ne indigentiū ostenderet:redemptor noster dixit. Qui re
Mat.x. cipit pphetā in nomine prophete:mercedē pphete acci/
piet. Et qui recipit iustum in nomine iusti:mercedem iu
sti accipiet. In quibus verbis notandū est:quia non ait:
mercedē de ppheta vel mercedem de iusto:sed mercedē
prophete et mercedē iusti accipiet. Aliud est enim mer/
ces de ppheta:aliud merces pphete. Atq3 aliud merces
de iusto:aliud merces iusti. Quid est enim dicere:merce/
dem prophete accipiet:nisi quia is qui prophetā sua lar/
gitate sustentat:q̄uis ipse prophetiam nō habeat: apud
omnipotentem tn̄ dominū/prophete premium habebit?
Iste enim fortasse iustus est:⁊ quanto in hoc mundo ni/
hil possidet:tanto loquendi p iustitia fiduciam maiorez
habet. Hunc dum ille sustentat:qui in hoc mundo aliq̄d
possidet ⁊ fortasse p iustitia adhuc loquendi liber⁹ non
presumit/iustitie illius libertatem sibi participem facit:
vt cum eo pariter quē sustentando adiuuit:quaten⁹ ean
dem iustitiam libere loqui potuisset: ille pphete spiritu
plenus est:sed tn̄ corporeo eget alimēto:⁊ si corpus non
reficitur:certū est q ipsa vox subtrahatur. Qui igitur ali
mentum prophete pp̄ter hoc quod ppheta est tribuit:p
phetie illius vires ad loquendum dedit. Cum ppheta
ergo mercedē pphete accipiet:qui et si spiritu prophetie
plenus non fuit:hoc tn̄ ante dei oculos exhibuit qd̄ ha/
buit. Hinc est enim quod de quibusdam peregrinantib⁹
fratribus Caio per Ioānem dicitur. Pro nomine enim
christi profecti sunt:nihil accipientes a gētibus. Nos er/
go debemus accipere huiusmodi vt cooperatores sim⁹
veritatis. Qui enim spiritualia dona habentibus:tem/
poralia subsidia tribuit:in ipsis donis spiritualib⁹ coope
rator existit. Nam cum pauci sint qui spiritualia dona pci
piunt:et multi qui rebus tēporalibus abundant:per hoc
se diuites virtutibus pauperum inserunt:quo eisdez san
ctis pauperibus de suis diuitijs solatiantur. Unde cum
per Esaie vocem dn̄s derelicte gentilitati:id est sancte ec
clesie spiritualium virtutum merita/tamq̄ deserta arbu
Esa.xli. sta promitteret:vlmū quoq3 pariter promisit dicens. Po
nā desertum in stagnum aque:⁊ terram inuiam in riuos
aquarum. Dabo in solitudinem cedrum et spinam:myr/
tum et lignū oliue. Ponam in deserto abietem/vlmū et
buxū simul:vt videant et sciant et recogitent ⁊ intelligāt
pariter. Desertum quippe dn̄s in stagnum aquarum: et
terram inuiam in riuos aquarum posuit:quia gentilita
ti que prius per ariditatem mentis nullos bonorum ope
rum fructus ferebat/fluenta sancte predicationis dedit:
et ipsa ad quā prius pro asperitate sue siccitatis via pre/
dicatoribus nō patebat/doctrina postmodū riuos ema
nauit. Cui adhuc ex munere magno promittitur. Dabo
in solitudine cedrum et spinam. Cedrū:quia magni odo
ris est atq3 imputribilis nature/iure accipimus in pmis/
sione. De spina vero cum peccanti homini dictū sit. Ter/
ra tua spinas et tribulos germinabit tibi. Quid mirū si Gen.iij
sancte ecclesie illud promittitur: quod peccanti homini
pro pena multiplicatur? Sed cedri significantur nomi/
ne hi qui virtutes et signa exhibent in sua operatione:q
dicere cum Paulo valent. Christi bonus odor sum⁹ deo: ij.Co.ij.
quorum corda ita interno amore solidata sunt vt ea iam
terreni amoris putredo nulla corrūpat. Per spinam ve/
ro signate sunt doctrine spūalis viri/qui dum de pecca/
tis ac virtutibus disserunt:et modo eterna supplicia mi/
nantur:modo celestis regni gaudia promittunt:cor au/
dientium pungunt:sicq3 mentē dolore cōpunctionis pfo
rant: vt ab eorum oculis quasi quidam sanguis anime
lachryme decurrāt. Myrtus vero tēperatiue virtutis est:
ita vt dissoluta membra temperando constringat. Qui
itaq3 per myrtum/nisi hi designati sunt/qui afflictionib⁹
proximorū cōpati sciūt:eorūq3 tribulationē per cōpassio/
nem tēperant/iuxta hoc quod scriptū est. Gratias autē ij.Cor.i.
deo qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt
possim⁹ ⁊ ipsi cōsolari eos q̄ in omni pressura sunt. Qui
dum afflictis proximis verbū vel opem cōsolationis ferūt
eos pculdubio ad statum rectitudinis restringūt:ne im
moderata tribulatione/in desperationē soluant. Quos
aūt per oliuā/nisi misericordes accipimus. Quia ⁊ gre/
ce oleos misericordia vocatur:⁊ quasi oliue liquor ante
omnipotētis dei oculos misericordie fructus lucet. Cui
adhuc in promissione subiungitur. Ponā in deserto abie Esa.xli.
tem/vlmū et buxum simul. Qui per abietē que valde cre
scendo ad aeris alta sustollitur:nisi hi designati sunt qui
intra sanctā ecclesiam adhuc in terrenis corporibus posi
ti/iam celestia cōtēplant:et q̄uis nascēdo de terra exeūt
cōtēplando tamen iam iuxta ethera mentis verticē tol/
lunt. Et quid per vlmū/nisi seculariū mētes expresse sunt
que dū terrenis adhuc curis inseruiunt/nullū virtutum
spūalium fructū ferūt. Sed et si fructum propriū vlmus
non habet:portare tamē vitē cū fructu solet:quia ⁊ secu/
lares viri in sancta ecclesia:q̄uis virtutū spūalium dona
non habeant:dū tamē sanctos viros donis spūalib⁹ ple/
nos sua largitate sustentant:quid aliud q̄ vitem cū bo/
tris portant? Buxus aūt quos alios designat que in altū
non pficit:⁊ q̄uis fructum nō habeat:viriditatez habet
nisi eos qui intra sanctā ecclesiā adhuc ex etatis infirmi
tate bona opera ferre nō valent:sed tamē parentū fide/
lium credulitatem sequētes/fidem perpetue viriditatis
tenent? Post q̄ omnia apte subiungit:vt videant ⁊ sciāt
et recogitent et intelligant pariter. Ad hoc em̄ cedrus in
ecclesia ponitur:vt quisquis a proximo odorē virtutum
spiritualium trahit:ipse quoq3 ab interne vite dilectione
non torpeat:sed ad bonorum celestiū desideria ignescat.
Ad hoc spina ponitur:vt q̄ predicationis eius verbo cō/
punctus fuerit:ipse quoq3 exēplo illius discat/corda se/
quentium predicationis verbo cōpungere. Ad hoc myr/
tus ponitur:vt qui in ardore tribulationis ab ore vel ope
re proximi compatiens temperamentū cōsolationis ac/
ceperit:ipse etiam discat/quēadmodū afflictis proximis
sue consolationis tēperamentū proferat. Ad hoc oliua
ponitur:vt q̄ aliene misericordie opera cognoscit:discat
quēadmodū debeat indigēti primo ⁊ ipsi misereri. Ad
hoc abies ponitur:vt quisquis vim contemplationis ei⁹
agnouerit:ipse quoq3 ad cōtemplāda eterna premia suc/
cendatur. Ad hoc vlmus ponitur vt quisquis eum intue
tur/qui habere virtutum spiritualium fructum non va/
let:sed tamen eos qui spiritualib⁹ donis sunt repleti su/
stentat:ipse quoq3 sanctorum vite quanta valet largita/
te inseruiat:⁊ celestium bonorum botros quos gignēdo
non valet/sustentando ferat. Ad hoc buxus ponitur: vt
qui habere multos adhuc in infirmitate positos vere si
dei viriditatem considerat/etiam esse ipse infidelis eru/
bescat. Bene ergo de scriptis prius arboribus dicitur:vt
videāt ⁊ sciant:⁊ recogitēt:⁊ intelligant:vbi ⁊ apte sub/

iungitur pariter:q2 cū intra sanctā ecclesiā diuersi homi
nū mores/diuersi sunt ordines:necesse est vt om̄es simul
discant/dum in ea spirituales viri diuerse qualitatis eta/
tis et ordinis/ad imitandū simul videant. Sed ecce nos
dum monstrare vlmū querimus/per multa arbusta lon/
gius euagati sumus. Ad hoc itaq3 propter qd̄ pphete te/
Mat.x. stimoniū protulim⁹ reuertamur. Qui recipit propheram
in noīe pphete/mercedē prophete accipiet: q2 ⁊ si fructū
vlmus nō habet/vitē tn̄ cū fructibus portat. Hec ipsa sua
efficit/q̄ bene sustentat aliena. Quia ad magna nos opa
Ioānes admonet dicēs. Facite fruct⁹ dignos penitētie.
Et rursus. Qui habet duas tunicas/det nō habēti: ⁊ qui
habet escas similiter faciat. Iā patēter dat intelligi/quid
Mat.xi. est qd̄ veritas dicit. A diebus Ioānis baptiste regnū ce/
lorū vim patit: ⁊ violēti arripiūt illd̄. Quid superne verba
sunt nobis sunt magnopere pscrutāda? Naz querēdū est/
quō vim pperi regnū celorū possit? Quis em̄ celo violen
tiā irrogat? Et rursum querendū est. Si pati vim celoruz
regnū pōt:⁊ violenti rapiūt illud:cur eandē vim a dieb⁹
Ioannis baptiste:⁊ non etiā ante pertulerit? In lege vo
scriptū est. Si qs hec vel illa fecerit/morte moriat. Cun/
ctis legentib⁹ liquet:q2 peccatores quosq3 pena sue seue
ritatis pculit/nō aūt per penitentiā ad vitā reduxit. Cū
Myste/ vero Ioānes baptista redēptoris gratiā pcurrens peni/
riū vbo tentiā predicat:vt peccator qui ex culpa est mortuus/per
rū aperi cōuersionē viuat:pfecto a dieb⁹ Ioānis baptiste regnū
tur. celorū vim patitur. Quid est aūt regnū celorū/nisi locus
iustorū? Solis em̄ iustis celestis patrie premia debent:vt
humiles/casti/mites atq3 misericordes: ad gaudia superna
pueniāt. Cū vo q̄s vel supbia tumid⁹ vel carnis facinore
pollut⁹/vel iracūdia accēsus/vel crudelitate impi⁹:post
culpas ad pniam redit:⁊ vitā eternā pcipit/q̄si in locum
pctorū intrat alienū. A dieb⁹ g̃ Ioānis baptiste regnū ce/
lorū vim patit:⁊ violēti rapiūt illud:q2 q̄ pniam pctorib⁹
indixit/quid aliud q̄ celorū regno fieri violentiā docuit?
Recogitemus ergo fratres charissimi mala q̄ fecim⁹:et
nosmetipsos assiduis lamētis atteramus. Hereditatē iu
storū quā nō tenuimus per vitā/rapiamus p penitentiā.
Uult a nobis omnipotens deus talē violentiā perpeti.
Nā regnū celorū rapi vult nostris fletib⁹/qd̄ nostris me/
ritis nō debetur. Ab spei ergo certitudine/nulla nos ma
lorū nostrorū q̄litas/nulla quātitas frangat. Prestat ma
gnā venie fiduciā latro ille venerabilis:qui nō in de vene
rabilis/vn̄ latro:nam latro ex crudelitate/venerabilis ex
cōfessione. Cogitate rogo cogitate/q̄ sint incōprehensi/
bilia in oīpotēti deo misericordie viscera. Latro iste cruē/
tis manibus abstractus a fauce itineris suspensus est in
patibulo crucis. Ibi cōfessus/ibi sanatus/ibi audire me/
ruit/hodie mecum eris in paradiso. Quid est hoc? Quis
tantam bonitatem dei possit dicere? quis estimare suffi/
ciat? De ipsa pena criminis puenit ad pmia virtutis. Id/
circo aūt omnipotēs de⁹ electos suos in quibusdā lapsi/
bus cadere pmisit:vt alijs in culpa iacētib⁹/si toto ad eū
corde cōsurgāt spem venie reddat:vt eis p lamenta peni
tentie/viā pietatis aperiat. Exerceam⁹ nosmetipsos in la
mētis/extinguam⁹ fletib⁹ ⁊ dignis pnie fructib⁹ culpas
Tēpora indulta nō pereāt:q2 q̄ multos a suis iniq̄tatib⁹ iā
sanatos aspicim⁹/q̄d aliud q̄ superne mīe pign⁹ tenemus?

¶ De eo. sab. Ser. beati Leo. pape.

Si fideliter dilectissi/
mi atq3 sapienter creationis nostre intelliga
mus exordium/inuenimus hominem ideo
ad imaginem dei cōditum:vt imitator sui esset auctoris.
Et hanc esse naturalē nr̄i generis dignitatē/si in nobis
quasi in quodā speculo diuine bonitatis forma resplen/
deat. Ad quā vtiq3 nos quotidie reparat grā saluatoris/
cū qd̄ decidit in Adā primo/erigit in scd̄o. Causa aūt re/
parationis nr̄e:nō est/nisi misericordia dei:quē nō dilige
remus/nisi nos prior ipse diligeret: ⁊ tenebras ignorātie
nostre veritatis sue luce discuteret. Qd̄ p Esaiā dn̄s pnū/
tians ait. Adducā cecos ad viā quā ignorabāt: ⁊ semitas Esa.xlij.
quas nesciebāt faciā illos calcare. Faciā illis tenebras in
lucē:⁊ praua in directa. Hec verba faciā illis:⁊ nō derelin
quā eos. Et iterū. Inuēt⁹ sum inq̄t a nō querētib⁹ me:et
palā apparui his qui me nō interrogabāt. Qd̄ quō imple/
tū sit/Ioānes apl's docet dicēs. Scim⁹ qm̄ iā fili⁹ dei ve/ i.Io.v.
nit/⁊ dedit nobis sensuz vt cognoscam⁹ deū verū:⁊ sim⁹
in vero filio eius. Et iterū. Nos ergo diligam⁹ deū/qm̄
deus prior dilexit nos. Diligēdo itaq3 nos de⁹/ad imagi/
nē suā reparat:⁊ vt in nobis formā sue bonitatis inueniat
dat vnde ipsi quoq3/qd̄ operat operemur:accendēs scz
mētiū nostrarū lucernas:⁊ igne nos sue charitatis inflā/
mans:vt nō solū ipsum:sed etiā quicquid diligit/diliga/
mus. Nā si inter hoīes ea demū firma amicitia est/quaz Amici/
morū similitudo sociauerit:cū tn̄ parilitas voluntatum tie vere
sepe in reprobis tēdat affect⁹:quātū nobis optādū atq3 forma.
nitendū est/vt in nullo ab his que deo sunt placita discre
pemus. De quo dicit ppheta. Qm̄ ira in indignatione
eius:⁊ vita in volūtate ei⁹. Quia nō aliter in nobis erit Ps.xxix
dignitas diuine maiestatis/nisi imitatio fuerit volunta
tis. Dicente dn̄o. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo:
et ex tota mente tua:⁊ diliges proximū tuū sicut teipsum. Matt.
Suscipiat fidelis aīa auctoris sui atq3 rectoris immar/ xxij.
cessibilē charitatē:totūq3 se ei⁹ subijciat volūtati/in cui⁹
operib⁹ atq3 iudicijs nihil vacat a veritate iustitie/nihil
miseratione clemētie:qm̄ ⁊ si magnis q̄s laborib⁹ ⁊ mul
tis fatiget incōmodis/bona est illi causa tolerandi:q̄ se
aduersis/vel colligi intelligit/vel pbari. Charitatis vo
istius pietas pfecta esse nō poterit/nisi diligat et proxi/
mus:quo nomine nō hi tantū intelligendi sunt/q̄ nobis
amicitia aut ppinquitate iungūtur:sed omnes prorsus
hoīes cū q̄bus nobis natura cōmunis est/siue illi hostes
sint siue socij/siue liberi/siue serui/vnus em̄ nos cōditor
finxit/vnus creator animauit/eodem cūcti celo ⁊ aere:
iisdē vtimur diebus et noctibus/cū alij boni/alij sint ma
li/alij iusti/alij iniusti:deus tamē omnib⁹ largit/omnib⁹
est benignus:sicut Licaonijs a Paulo ⁊ Barnaba apo
stolis dicit de puidentia dei/qui in pteritis generationi Actu.
bus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Equidem xiiij.
non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciēs eis
de celo:dans pluuiā et tēpora fructifera:implens cibo et
letitia corda vestra:dedit aūt nobis maiores diligēdi pxi
mi causas christiane gratie latitudo:que se p omnes par Gra in/
tes totius orbis extendēs:neminē hominē desperat/dū bet oēm
docet neminē negligendū:⁊ merito etiā inimicos diligi hominē
et p psecutoribus sibi pcipit supplicari:q̄ ex omnib⁹ quo diligere.
tidie gentib⁹ sacris oliue sue ramis inserēs germē olea
stri:de inimicis recōciliatos/de alienis adoptiuos/de im/
pijs facit iustos:vt omne genuflectat:celestiū/terrestriū
et infernorū:et omnis lingua confiteat:quoniā dn̄s Je/
sus in gloria dei patris est. Cū ergo deus bonos nos ve/
lit esse:quia bonus est:nihil nobis debet de eius iudicijs
displicere. Nā nō p omnia illi gratias agere:qd̄ est aliud
q̄ ex quadā cū parte reprehendere? Audet enim plerūq3
humana insipientia aduersus creatorē suū:nō solū de ino/
pia:sed etiā de copia murmurare:vt cum aliquid nō sup
petit querula:et cū quedā exuberēt/sit ingrata. Multe
messis dn̄s horreorum suorum plenitudinē fastidiuit: ⁊
ad copiā vindemie affluētis ingemuit:nec de magnitu/
dine fructuū gratulat:sed de vilitate conquestus est. Si
aūt parcior fuit in susceptis terra seminib⁹ ⁊ castigatior e
prouentu vites oleeq3 fluxerūt:accusat annus/arguunt
elementa:⁊ nec aeri parcit nec celo:cū fideles ⁊ pios di/
scipulos veritatis nihil magis cōmēdet ⁊ muniat:q̄ pse/
uerans in deū ⁊ indefessa laudatio:dicente aplo. Semp
gaudete: sine intermissione orate:in omnibus gratias
agite. Hec est enim voluntas dei in christo Jesu in omni/ i.Thes.v
bus vobis. Huius autem deuotionis quēadmodum po

terimus esse participes/nisi varietas rerum cõstantiam mentis exerceat: vt amor directus in deũ/nec inter fecũda superbiat/nec inter aduersa deficiat. Nõ placet deo/placeat ꝛ nobis: de omni mẽsura numerũ ipsius gaudeamus. Qui bene vsus est magnis: bene vtatur ꝛ modicis Tam nobis copia ꝙ parcitate consulitur. Nec in spũalibus lucris angustia grauabimur fructuum: si fecũditas non arescat animorum. Ditatur de cordis agro qd terra non dedit. Semp illi qd largiat occurrit/cui bene velle nõ deficit. Ad omnia igitur dilectissimi opera pietatis omniũ nobis qualitas prosit annorũ: nec beneuolentiã christianã difficultas tẽporalis impediat. Nouit dñs vasa hospitalis vidue copijs pietatis sue vacuata complere. Nouit aquas in vina cõuertere: nouit de paucissimis panibus milia esurientiũ saturare populorum. Et ille q in suis pascitur: que potuit augere dando/potest multiplicare sumendo. Tria vero sunt que maxime ad religiosas pertinent actiones: oratio scz ꝛ ieiuniũ et elemosyna: quib⁹ ad exercendũ omne quidẽ tps proprium: sed illud est studiosius obseruãdũ/quod apostolicis accepimus traditionibus consecratũ: sicut etiã decimus mensis hic morem refert veteris instituti. Ut tria illa de qbus locutus sum diligentius exequamur: oratione enim ppiciatio dei qrit: ieiunio concupiscẽtia carnis extinguitur: elemosynis peccata redimunt: simulq3 p omnia dei in nobis imago renouat: si et in laudẽ eius semp parati ꝛ ad purificationẽ nostrã sine cessatione soliciti: et ad sustentationẽ proximi/indesinenter sumus intenti. Hec triplex obseruatio dilectissimi/oim virtutũ cõprehẽdit effect⁹: hec ad imaginẽ ꝛ similitudinẽ dei puenit: et a scõ spiritu inseparabiles facit: q in orationib⁹ pmanet fides recta/in ieiunijs innocẽs vita/in elemosynis mẽs benigna. Quarta igit ꝛ sexta feria ieiunem⁹: sabbato aũt ad beatissimũ Petrũ apostolũ vigilias celebrem⁹: q ꝛ oratiões ꝛ ieiunia/ꝛ eleemosynas nostras pcibus suis dignabitur adiuuare. Per dñm nostrũ qui viuit ꝛ regnat in secula seculorũ. Amen.

Tria sũt opa pietatis.

¶ Dñica.IIII. Joannis.I.

¶ In illo tempore: Miserũt iudei ab Hierosolimis sacerdotes ꝛ leuitas ad Joannẽ: vt interrogarent eum. Tu qui es? Et confessus est ꝛ nõ negauit. Et reliqua. Homilia beati Gregorij pape habita in basilica sancti Petri.

Ex huius nobis lectionis verba fratres charissimi Joannis humilitas cõmendat. Qui cũ tante virtutis esset vt christ⁹ credi posset: elegit solide subsistere in se/ne humana opinione raperetur inaniter sup se. Nã cõfessus est et nõ negauit. ¶ Confessus est: q nõ sum ego christ⁹. (Tex.) Sed qui dixit/nõ sum: negauit plane quod nõ erat: sed nõ negauit quod erat/vt veritatem loquens/eius membrum fieret: cuius sibi nomen fallaciter nõ vsurparet. Cum enim nõ vult appetere nomen christi/factus est membrũ christi: q infirmitatem suam studuit humiliter agnoscere/illius celsitudinem meruit veraciter obtinere. Sed cum ex lectione alia: redemptoris nostri sentẽtia ad mentem reducitur: ex huius lectionis verbis/nobis questio implexa valde generatur. Alio quippe in loco inquisitus a discipulis dominus de aduentu Helie: respõdit. (Matt. xvij.) Helias iam venit: et non cognouerunt eum: sed fecerunt in eo quecunq3 voluerunt: et si vultis scire Joãnes ipse est Helias (Mat. xj) Requisitus autem Joãnes dicit. Nõ sum Helias. Quid est hoc fratres charissimi: quia quod veritas affirmat/hoc propheta veritatis negat? Ualde namq3 inter se diuersa sunt: ipse est: et non sum. Quomodo ergo propheta veritatis est: si eiusdem veritatis sermonibus concors non est? Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur: hoc qd inter se contrarium sonat quomodo cõtrariũ nõ sit inuenitur.

Concordia euãgeliorũ ostẽditur

Ad Zachariam namq3 de Joanne angelus dicit. Ipse pcedet ante illũ in spiritu ꝛ virtute Helie. Qui idcirco venturus in spiritu et virtute Helie dicitur: q sicut (Luc.j.) Helias sm dñi aduentum preueniet: ita Joannes preuenit primum. Sicut ille precursor venturus est iudicis: ita iste precursor est factus redemptoris. Joannes in spiritu Helias erat in persona Helias non erat. Qd ergo dñs fatetur de spiritu/hoc Joãnes denegat de psona: quia ꝛ iustum sic erat: vt ꝛ dñs discipulis spiritualẽ de Joanne sententiã diceret: ꝛ Joannes eisdem turbis carnalib⁹ nõ de suo spiritu/sed de corpore respõderet. Contrariũ ergo veritati videtur esse quod Joannes sonuit/sed tamen a veritatis tramite nõ recessit. Qui cũ se etiã pphetam negat: q videlz nõ solum poterat redẽptorẽ predicare/sed etiã demonstrare: quis nã sit cõtinuo exprimit/cũ subiũgit. ¶ Ego vox clamãtis in deserto. (Tex.) Scitis fratres charissimi: q vnigenit⁹ fili⁹ verbũ pris vocat. Joãne attestãte q ait. In principio erat verbũ ꝛ verbũ erat apud deum ꝛ de⁹ erat verbũ. (Joan.j.) Et ex ipsa vra locutiõe cognoscitis/q pri⁹ vox sonat vt verbũ postmodũ possit audiri. Joannes ḡ vocẽ se esse asserit: q verbũ pcedit. (Joãnes vox: Jesus vbũ.) Aduẽtũ itaq3 dñicum pcurrẽs vox dr: q p ei⁹ ministeriũ pris verbũ ab hoibus audit. Qui etiã in deserto clamat: q derelicte ac destitute iudee solatiũ sui redemptoris annũtiat. Quid aũt clamet: insinuat cũ subiũgit. ¶ Dirigite viã dñi: sicut dixit Esaias ppheta. (Tex.) Uia dñi ad cor dirigit/cũ veritatis sermo humiliter audit. Uia dñi ad cor dirigit/cũ ad pceptũ via preparat. Un scriptũ est. Si qs diligit me sermonẽ meũ seruabit: et pr meus diliget eũ: ꝛ ad eũ veniem⁹: ꝛ mãsionem apud eũ faciemus. (Jo.xiiij.) Quisqs ergo mentẽ in superbia eleuat/qsquis auaritie estibus anhelat/qsquis se luxurie inquinationibus polluit: cordis ostiũ contra veritatem claudit: ꝛ ne ad se dñs veniat/claustra animi seris vitiorum dãnat. Sed adhuc qui missi sunt pcũctant. ¶ Quid ergo baptizas si tu non es christus neq3 Helias/neq3 propheta? (Tex.) Qd q nõ studio cognoscẽde veritatis: sz malitia exercẽde emulatiõis dr: euãgelista tacite innotuit/q subiunxit dicẽs. ¶ Et q missi fuerant erãt ex phariseis. (Tex.) Ac si aperte dicat. Illi Joãnẽ de suis actib⁹ reqrũt q doctrinã nesciũt qrere: sed inuidere. Sed sctũs quisq3 etiã cũ puersa mẽte reqrit de bonitatis sue studio non mutat. Unde Joãnes q ad verba inuidie pdicamẽta rñdit vite. Nam prin⁹ adiũgit. ¶ Ego baptizo in aqua: medi⁹ aũt vestrũ stat quẽ vos nescitis (Tex.) Joãnes nõ spũ: sz aq baptizat quia pctã soluere nõ valẽs/baptizatorum corpora p aquã lauat/sz tñ mẽtẽ p veniã nõ sanat. Cur ḡ baptizat q p baptismũ pctã nõ relaxat/nisi vt pcursionis sue ordinẽ seruãs: quia nasciturũ nascẽdo puenerat/baptizaturũ q dñm baptizãdo pueniret: ꝛ q pdicãdo fact⁹ est pcursor christi: baptizãdo etiã pcursor ei⁹ fieret imitatiõe sacramẽti. Qui inter hec mysteriũ nri redẽptoris annũtiãs/hũc in medio hominũ ꝛ stetisse asserit ꝛ nesciri: q p carnẽ dñs apparẽs: et visibilis extitit corpe: ꝛ inuisibilis maiestate. De q etiã subdit. ¶ Qui post me venit/ante me fact⁹ est. (Tex.) Sic nãq3 dr: ante me fact⁹ est/ac si dicat: añ me posit⁹. Post me ḡ venit: q postmodũ nat⁹/ante me aũt factus est: q mihi platus. Sz hec paulo superi⁹ dicens/etiã plationis ei⁹ causam aperuit/cũ subiũgit. ¶ Q prior me erat. (Tex.) Ac si aperte dicat. Inde etiã post me nat⁹ superat/q eũ natiuitatis sue tpa nõ angustãt. Nã q p matrẽ in tpe nascit/sine mre añ tpa ex patre generat. Cui quãte reuerẽtie hũilitatem debeat: subdendo manifestat. ¶ Cui⁹ nõ sum dign⁹ soluere corrigiã calciamẽti. (Tex.) Mos apud veteres fuit: vt si quis eam que sibi competeret accipere vxorẽ nollet/ille ei calciamẽtũ solueret q ad hãc sponsus ppinquitatis iure veniret. Quid igitur inter hoies christ⁹/nisi sancte ecclesie spõsus apparuit? De quo et iste Joãnes dicit. Qui habet spõsam spõsus est. (Joã.iij.) Sed q Joãnẽ hoies christũ esse putauerunt/qd idẽ Joãnes negat: recte se indignũ ad soluendum esse corrigiam calciamẽti eius denũtiat. Ac si aperte dicat.

Secretũ verborum aperit.

Ego redẽptoris vestigia denudare nõ valeo: q spõsi nomẽ mihi immerito nõ vsurpo. Quod tamẽ intelligi ꝛ aliter potest. Quis enim nesciat q calciamenta ex mortuis animalibus fiunt: incarnatus vero dñs veniens quasi calciatus apparuit/qui in diuinitate sua morticinum nostre corruptionis assumpsit. Unde etiã per prophetam dicit. (Ps.lix.) In idumeã extendam calciamentum meũ Per idumeã quippe gentilitas/per calciamentum vero assumpta mortalitas designatur. In idumeã ergo dñs calciamentũ suũ se extendere asserit: q dum per carnem gẽtibus innotuit/quasi calciata ad nos diuinitas venit. Sed huius incarnationis mysteriũ/human⁹ ocul⁹ penetrare nõ sufficit. Inuestigari etenim nullaten⁹ pot/quõ incarnat verbũ/quomodo summ⁹ ꝛ viuificator spũs intra vterũ aĩatur/quõ is q initiũ nõ habeat ꝛ existit ꝛ cõcipit. Corrigia ḡ calciamẽti est causa nris sensib⁹ obligata mysterij. Joannes itaq3 soluere corrigiã calciamẽti eius nõ valet: q incarnationis eius mysteriũ/nec ipse inuestigare sufficit: q hoc per pphetie spm agnouit. Quid est ergo dicere/nõ sum dignus soluere corrigiã calciamẽti ei⁹ nisi aperte ꝛ humiliter suã ignorantiã pfiteri? Ac si apte dicat. Quid mirũ si mihi plat⁹ est/quẽ post me qdẽ natũ cõsidero: sed natiuitatis ei⁹ mysteriũ nõ apprehẽdo. Ecce Joãnes pphetie spũ impler⁹/mira sciẽtia emicat: ꝛ tamẽ illud de se insinuat/qd ignorat. Qua in re pensandũ est nobis fratres charissimi ꝛ tota intẽtione cogitãdũ/quõ sancti viri/vt humilitatis in se virtutẽ custodiãt/cũ qdam mirabiliter sciũt/illud ante mẽtis oculos studẽt reuocare qd nesciunt: vt dũ ex parte alia infirmitatẽ cõsiderant ex ea parte qua pfecti sunt eorum se aĩos extollãt. Scientia etenim virt⁹ est: humilitas etiã custos virtutis est. Restat ḡ vt in omni qd scit se mens deprimat/ne qd virt⁹ scientie congregat/ventus elationis tollat. Cũ bona fratres agitis/semper ad memoriã mala acta reuocate/vt dũ caute culpa conspicitur/nunq̃ de bono opere incaute animus letetur. Superiores inuicem in via dei eos maxime q vobis cõmissi non sunt/proximos vestros attẽdite: q ꝛ quos aliqua agere praua cõspicitis/q in eis lateant bona nescitis. Magnus ergo esse vnusquisq3 studeat/sed tñ aliquo modo esse se nesciat: dũ sibi magnitudinẽ arroganter tribuit/amittat intus qd erat. Hinc etenim per pphetã dr: Ue qui sapientes estis in oculis vestris/ꝛ corã vobismetipsis prudentes. (Esa.v.) Hinc Paul⁹ dicit. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. (Ro.xij.) Hinc cõtra superbientẽ Saul dr. Cũ esses paruulus in oculis tuis/caput in tribubus israel factus es? (j.Reg. xv.) Ac si aperte diceretur. Cũ tu te paruulum cõspiceres/ego te pre ceteris magnũ feci: q vero tu te magnũ conspicis/a me paruus estimaris. Quo cõtra cũ Dauid regni sui potentiam corã arca dñi saltando despiceret/dixit. Ludã ꝛ vilior fiam plus ꝙ factus sum/ꝛ ero humilis in oculis meis. (ij.Reg. vj.) Quẽ em nõ extolleret/ora leonum frangere/vrsorum brachia dissipare/despectis priorib⁹ fratribus eligi/reprobato rege ad regni gubernacula vngi/tremendum cunctis vno lapide Goliã sternere/a rege proposita extinctis allophilis numerosa preputia reportare regnum ex promissione percipere/cunctũq3 israeliticẽ populum sine vlla postmodum contradictione possidere: ꝛ tamen in cũctis se despicit/qui in suis oculis se esse humilem confitetur. Si igitur etiã sancti cũ fortia agunt/de semetipsis vilia sentiunt: qd in sua excusatione dicturi sunt qui sine opere virtutis intumescũt? Sed ꝛ si qlibet bona assint opera/nulla sunt/nisi ex hũilitate cõdiant. Miranda quippe actio cũ elatiõe nõ eleuat/sz grauat. Qui em sine humilitate virtutes cõgregat/quasi in vẽto puluerẽ portat: ꝛ vnde aliqd ferre cernitur/inde deterius cecat. In cũctis ergo q facitis fratres mei/radicẽ boni operis humilitatẽ tenete: nec qbus iã supiores/sed quib⁹ adhuc inferiores estis aspicite: vt dũ vobis meliora exẽpla proponitis/ad maiora semp ascendere ex hũilitate valeatis.

Allegoria pulcherrima.

Dauid insignia notant.

¶ De eadẽ do. sermo bti Maximi epi.

Letitia quãta sit/quãtusq3 concursus: cũ imperatoris mũdi isti⁹ natalis celebrãdus est bñ nostis: quẽadmodũ duces ei⁹ ꝛ pncipes: oẽs etiã militãtes accurati sericis vestib⁹/accincti operosis cingulis/auro fulgẽte pciosis/ãbiãt solito nitidi⁹ in cõspectu regis incedere. Credunt em magis imperatoris esse gaudiũ: si viderit maiorẽ sue apparationis ornatũ: tantoq3 illũ letũ futurũ: quãto ipi fuerint in ei⁹ festiuitate deuoti: vt q imperator tãq hõ corda nõ cõspicit: affectũ eorũ circa se pbet/vel habitũ contuendo Ita fit: vt splendidius se accuret quisq3 regẽ fidelius diligit. Deinde q in natalis sui die sciunt eũ largũ futurũ/ac donaturũ plurima vel ministris suis/vel his q in domo ei⁹ abiecti putant ꝛ viles: tãta pri⁹ thesauros eius replere diuitiarũ varietate festinãt: vt in quãtũ progare voluerit in tãtũ progatio copiosa nõ desit: ꝛ ante volũtas donãdi deficiat ꝙ substãtia largiẽdi. Hec aũt iõ solicite faciũt: q maiorẽ sibi remunerationẽ pro hac solicitudine sperãt futurã. Si ergo fratres seculi istius hoies/pter psentis oneris gloriã terreni regis sui natalis diẽ tãta apparitione suscipiũt qua nos accuratiõe eterni regis nri Jesu christi natalẽ suscipere debem⁹: q p deuotiõe nostra non nobis tẽporalẽ largietur gloriã/sz eternã: nec terreni honoris administrationem dabit: q successore finit sed celestis imperij dignitatẽ q nõ habet successorẽ. Qualis autẽ nostra remuneratio sit futura/dicit ppheta. Que ocul⁹ nõ vidit/nec auris audiuit/nec in cor hoĩs ascendit: q preparauit dñs diligẽtibus se. (Esaie. lxiiij.) Quib⁹ aũt indumẽtis nos exornari oportet? Nõ autẽ diximus nos: hoc est aĩas nostras q rex noster christus nõ tã nitorẽ vestiũ ꝙ aĩarũ reqrit affectũ: nec inspicit ornamẽta corporũ/sed cõsiderat corda meritorum: nec fragilis cinguli pcingẽtis lũbos operositatẽ mirat/sz fortis castimonie restringẽtis libidinẽ ad pudicitiam plus mirat. Ambiam⁹ ḡ inueniri añ ipm/pbati fide/cõpti mia/morib⁹ accurati: ꝛ q fideli⁹ christum diligit: nitidius se mãdatorum eius obseruatione cõponat. Ut vere nos in se credere videat: cũ ita in ei⁹ solẽnitate fulgemus: ꝛ magis let⁹ q nos psperexerit puriores. Atq3 iõ ante cõplures dies castificem⁹ corda nostra/mũdem⁹ cõscientiã/purificem⁹ spm/ac nitidi et sine macula immaculati dñi suscipiam⁹ aduẽtũ: vt cui⁹ natiuitas p imaculatã virginem cõstitit: ei⁹ natalis p imaculatos seruos pcuretur Quisq3 em in illa die sordidus fuerit ac pollut⁹: natalem christi votũq3 nõ curat. Intersit licet dñice festiuitati corpore: mẽte tñ lõge a saluatore separat: nec societatẽ habere poterũt imũd⁹ ꝛ sctũs: auar⁹ ꝛ misericors: corrupt⁹ et virgo/nisi ꝙ magis ingerẽdo se indign⁹ offensionẽ: cũ minime se cognoscit. Dũ em vult officiosus esse/iniuriosus existit: sicut ille in euangelio q in cetu sctorum inuitatus: ad nuptias venire ausus est/vestẽ nõ habẽs nuptialẽ. (Mat. xxij.) Et cũ ali⁹ niteret iustitia/alius luceret fide/ali⁹ castitate fulgeret: ille solus cõsciẽtie feditate pollut⁹/cũctis splẽdẽtib⁹ deformi horrore sordebat. Et quãto plus simul discũbẽtiũ sctorũ cãdebat sctitas: tãto magis pctorũ illi⁹ apparebat improbitas: q potuerat min⁹ displicuisse fortitã si in cõsortio sanctorũ minime sedisset. Propterea ḡ sublatis manib⁹ ꝛ pedibus in tenebras exteriores expellit: nõ solũ q pctõ erat/sed q cũ pctõ esset sctitatis sibi meritũ vẽdicabat. Igit fratres suscepturi natalẽ dñi: ab oĩ nos fece delictorum purgem⁹. Repleamus thesauros eius diuersorũ munerũ donis: vt in die sancta sit vnde pegrini accipiãt: reficiant vidue/paupes vestiant. Nã quale erit si in vna eadẽq3 domo inter seruulos vni⁹ dñi/alter exultet in holosericis/alter cõsumatur in pannis/alter estuet cibo/alius famẽ frigusq3 sustineat? Ille eructuet hesternam indigestionis crapulam/hic hesternam ieiunij inediam non resoluat? Aut quis erit nostre oratiõis effectus? Petim⁹ vt liberemur ab inimico: qui nõ sum⁹ liberales in fratres Sim⁹ imitatores dñi. Si em ille paupes in celesti gratia

Doctrina a moribus secularib⁹ trahitur

Cultus mystic⁹ natalis dñici.

voluit nobis esse cōsortes: cur nobis nō sint in substātia
terrena consortes? Nec extranei sint alimonijs q̄ fratres
sunt sacramentis, nisi ꝙ rect⁹ apud deū per ipos agim⁹
causam nostrā: vt nostris alam⁹ sumptib⁹ q̄ illi grās agāt
Quicq̄d paup dn̄m bn̄dicit, illi pficit: q̄ faciēte dn̄m bene
Rom. ij. dicit. Et sicut scriptū est de illo. Ve illi hoī per quē nomē
Mat. x. dn̄i blasphematur: ita & de isto scribitur. Pax huic domui
p quē nomē dn̄i bn̄dicitur saluatoris. Quale aūt est meri
tum largientis: vt solus q̄s operet in domo & per multos
ecclesia dominū deprecetur. Et quod ille forsan petere
a diuinitatē non audebat: plurimorum interpellantium
orationibus etiā quod nō sperabat accipiat. Qd ad adiu
torium nostrū cōmemorans beatus apostolus ait. Vt p
multos gratiarū actio referat a nobis. Et iterū. Vt fiat
Ro. xv. oblatio nostra accepta, sanctificata in spiritusancto.

¶ Sermo scti Augustini epi.

Sanctam et desidera
bilē, gloriosam ac singularē solēnitatē. h. est na
tiuitatē dn̄i saluatoris fres dilectissimi, deuo
tione fidelissima suscepturi, totis virib⁹ nos debem⁹ cū
ipsi⁹ adiutorio pparare: & oēs latebras aīe nr̄e diligenter
aspicere: ne forte sit in nobis aliqd pctm̄ abscōditū qd et
cōsciētiā nostrā cōfundat ac mordeat: & oclos diuine ma
Excels⁹ iestatis offendat. Nā licet christ⁹ dn̄s nr̄ post passionē re
dn̄s hu surrexerit & in celū ascēderit: cōsiderat tn̄ vt credimus et
milia re diligēter attēdit, q̄liter se vnusquisq̄ seruorū ei⁹: sine aua
spicit. ritia, sine ira, sine supbia atq̄ luxuria: ad celebrādā ei⁹ na
tiuitatē studeat pparare atq̄ cōponere: & sm̄ qd vnūquē
q̄ ornatū bonis moribus viderit: ita illi gratiā sue miseri
cordie dispēsabit. Si em̄ viderit charitatis luce vestitū iu
stitie vl misericordie margaritis ornatū: castū, humilē, mi
sericordē, benignū & sobriū: si talē agnouerit, corp⁹ & san
guinē suū ei nō ad iudiciū, sed ad remediū per sacerdotū
suorum ministeriū dispensabit. Si vero aliquem viderit
adulterū, ebriosum, cupidū & superbum: timeo ne hoc il
Mat. xxij. li dicat: qd in euangelio dn̄s ipse dixit. Amice quō huc in
trasti non habēs vestē nuptialē? Et (qd dn̄s auertat) fiat
qd seqtur. Ligate illi man⁹ & pedes: & pijcite in tenebras
exteriores, vbi est fletus & stridor dentiū. Ecce qualē sen
tētiā in die iudicij excipiet q̄ sine remedio penitētie ad fe
stiuitatem dn̄i vitiorum sordibus inquinatus accesserit. In
natali em̄ dn̄i fratres dilectissimi q̄si in nuptijs spūalib⁹
sponse sue ecclesie christus adiunctus est. Tūc veritas de
terra orta est: tunc iustitia de celo pspexit: tūc pcessit spō
sus de thalamo suo: hoc est verbū dei de vtero virginali.
Processit em̄ cū spōsa sua eccl'ia. i. humanā carnē suscepit
Ad istas ergo tam sctās nuptias inuitati: & ad cōuiuium
patris & filij & spūssancti intraturi: videte q̄libus indumē
tis debeamus ornari. Et ideo mūdemus quātū possum⁹
cū dei adiutorio corda simul & corpora nostra: vt celestis
ille inuitator nihil in nobis sordidū, nihil fedū, nihil ob
scurum, nihil oculis suis deprehendat indignum. Hec er
go fratres dilectissimi: nō trāsitorie, sz cū ingenti tremo
re debemus attēdere. Inuitati em̄ sum⁹ ad nuptias vbi
Inuitat nosipsi si bene agimus spōsi erimus. Cogitemus ad qua
aīa ad les nuptias: cōsideremus ad qualē spōsum, vel ad quale
nuptias cōuiuium inuitati sumus. Inuitati em̄ sumus ad mēsam
vbi nō inuenitur cibus hoim, sed panis ponit angelorū.
Et ideo videamus ne forte intus in aīa vbi debem⁹ bo
norū operū margaritis ornari: ibi appareamus viciorū
pānis veterib⁹ inuoluti: & qn̄ eos qui boni sunt in oculis
dei castitas reddet cādidos: tunc eos q̄ mali sunt reddat
luxuria sordidatos. Et ideo quotiescūq̄ aut dies natalis
dn̄i: aut relique festiuitates aduenīūt, sicut frequenter
admonui ante plures dies: nō solū ab infelici cōcubinarū
cōsortio, sed etiā a proprijs vxoribus abstinere. Ab omni ira
cūdia alienos vos efficite. Peccata preterita per eleemo
synam & penitentiā redimant: cōtra nullū hoiem odiū in
corde teneat: qd solebat vanitas per gulā pdere: incipiat
iustitia per misericordiā pauperib⁹ erogare. Qd luxuria
& gula dissipauit in mūdo: pietas repōnat i celo. Et licet
hoc expediat: vt semp eleemosynas facere debeam⁹: pre
cipue tn̄ in sanctis solēnitatibus sm̄ nostras abūdantias
erogare debem⁹. Pauperes autē ante oīa frequētius ad
cōuiuium reuocem⁹. Nō em̄ est iustū, vt in sancta solēni
tate in populo christiano advnū dn̄m ptinētes, alij inebriē
tur, alij famis periculo crucientur. Et nos & oīs populus Opera
vnius dn̄i serui sumus: vno precio redēpti sum⁹: pari con mie sua
ditiōe in hoc mūdo intram⁹: simili etiā exitu migraturi dentur.
sum⁹. Et si bene agim⁹ ad vnā beatitudinē pariter venie
m⁹. Et quare paup tecū nō capiat cibū, q̄ tecū accepturus
est regnū? Quare pauper nō accipiat vel veterē tunicam
q̄ tecū receptur⁹ est imortalitatis stolā? Quare paup non
mereat panē tuū, q̄ tecū meruit accipere baptismi sacra
mentum? Cur indign⁹ est accipere reliq̄as ciborū tuorū
q̄ tecū ad cōuiuiū inuitatus est angelorū? Audite fratres
audite: nō meū sed dn̄i cōmune preceptū. Si enim ait in
euangelio. Cū facis prandiū aut cenā noli inuitare diui Luce.
tes q̄ te iterū iuitēt & fiat tibi retributio, sz voca paupes, & xiiij.
claudos & beat⁹ eris, q: nō hn̄t vn̄ retribuāt tibi: retribue
tur aūt tibi in retributiōe iustorū. Sed dicit aliq̄s. Ergo
amicos aut parētes nō debeo ad cōuiuiū reuocare? Ro
gādi sunt & parētes & vicini, sz rari⁹ rogādi sunt: & non ni
mis sumptuosa & deliciosa, sed tam parca & sobria vel ho
nesta illis debēt cōuiuia pparari, vt remaneat vn̄ possūt
pauperes refici: vl. possit aliq̄d indigētib⁹ erogari: vt cū
dies iudicij venerit, nō cū ipsis q̄ nūc pauperes despiciūt
audiam⁹. Discedite a me maledicti in ignē eternū, sed cū Mat.
iustis & misericordib⁹ audire mereamur. Venite bn̄dicti xxv.
patris mei pcipite regnū: q: esuriui & dedistis mihi mādu
care: sitiui & dedistis mihi bibere. Simul etiā ad vos illa
vox desiderabilis dirigat. Euge serue bone & fidelis: q: Ibidem
sup pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituā: intra i gau
diū dn̄i tui. Sz vt hec q̄ suggessim⁹ sēsib⁹ vestre charitatis
tenaci⁹ inhereāt: breuiter q̄ dicta sunt iteram⁹. Hortem ad
monuim⁹ fres vt q: natalis dn̄i iminet, tāq̄ ad nuptiale
& celeste cōuiuiū ab oī luxuria alieni: & bonis opib⁹ ador
nati, nos pxp̄i adiutoriū pparem⁹, eleemosynas paupe
rib⁹ erogem⁹, iracūdia vel odiū velut venenū de nr̄is cor
dib⁹ respuam⁹. castitatē fideliter pseruate: ad cōuiuia vr̄a
frequēti⁹ paupes reuocate: ad vigilias maturi⁹ surgite i
eccl'ia stātes, aut orate, aut psallite: vba ociosa aut secula
ria, nec ipsi pferte: & eos q̄ pferre voluerit castigate. Pa
cē cū oīb⁹ custodite: & q̄s discordes agnoscitis ad cōcordiā
reuocate. Hec si fideliter christo adiuuāte volueritis imple
re: & in hoc seculo ad altare dn̄i cum secura consciētia po
teris accedere: & in futuro ad eternam beatitudinem fe
liciter peruenire: prestante dn̄o nostro Jesu christo qui vi
uit & regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Dn̄ica ante Natale. Marci. I.

¶ Initium sancti euangelij Jesu christi filij dei
sicut scriptū est in Esaia propheta. Et reliqua.
Homilia venerabilis Bede presbyteri.

Conferēdum est hoc
euangelij Marci principiū principio Mat
thei qui ait. Liber generationis Jesu chri
sti, filij Dauid, filij Abraam: atq̄ ex vtroq̄ Colla
vnus deus noster Jesus christus, dei & hominis est filius tio initio
intelligendus. Et apte prim⁹ euāgelista filiū hois cū, se rū euan
cūdus filiū dei noiat: vt a minorib⁹ paulatim ad maiora gelij.
sensus nr̄ exurgeret, ac p fidē & sacramēta hūanitatis assū
pte: ad agnitionē diuine eternitatis ascēderet. Apte q̄ hu
manā gnationē erat descriptur⁹, a filio hois cepit Dauid
vz siue Abrae: de q̄r stirpe carnis substātiā assūpsit. Apte
is qui librū suū ab initio euāgelice pdicationis inchoa

bat filiū magis dei appellare voluit dn̄m nostrū Jesum
christū: q: nimirū, & humane erat nature de progenie pa
triarcharum siue regū, veritatē carnis suscipere: diuine
fuit potentie, euangelium mundo predicare. Euāgeliū
quippe, bonum nuntiū dicitur. Quod aūt melius est nū
tium q̄ penitentiā agite: appropinquabit em̄ regnū celo
rum? Hominis itaq̄ est, humanit⁹ nasci: dei vero, regni
celestis introitū penitētibus predicare. Et ideo Matthe
us recte filiū Dauid nūcupat, quē in carne venientē asse
uerat: recte Marcus filiū dei, quam in prima voluminis
sui fronte auctorē euangelij, & sponsorem regni designat
eterni. Ubi vero notandū ꝙ euangeliste sancti, q̄ dispen
sationem nobis dn̄ice incarnatiōis scriptura relinquere
vno q̄dē spiritu accēsi, ad officiū scribendi accesserūt, sed
sm̄ diuersum narratiōis sue primordiū: singuli diuersum
statuere terminū. Mattheus nāq̄ a natiuitate dn̄ica ex
ordium sumēs: ad tēpus vsq̄ dn̄ice resurrectionis seriem
sue narrationis pduxit. Marcus ab initio euāgelice pdi
cationis incipiens: puenit vsq̄ ad tēpus ascēsionis dn̄i: &
predicationis discipulorum eius cūctis gentibus per orbē.
Lucas a natiuitate pcursoris inchoans euāgeliū, termi
nauit in ascēsione dn̄ica: cū redeūtes discipuli hierosoly
mā: aduentū sanctispirit⁹ diuinis in laudibus expectāt.
Joannes ab eternitate vbi dei: per qd oīa facta sunt pn̄
cipiū sumēs: & ipe ad tēpus vsq̄ dn̄ice resurrectiōis euā
gelizando ptingit. Scripturus ergo euāgeliū Marc⁹ cō
grue primo oīm ponit testimonia pphetarū: q̄bus hoc fu
turum iam olim precinebāt: vt cū eo cūctis vera, ac sine
scrupulo dubietatis suscipienda que scriberet intimaret
quo hec a pphetis sancto spiritu ipletis antea pscita, ac
predicta esse mōstraret. Simulq̄ vno eodēq̄ euāgelij sui
principio: & iudeos q̄ legē ac pphetas susceperāt: ad susci
pienda etiā euangelij sacramēta, q̄ ipsorū pphete pdixe
rant instituit: & gentiles q̄ per euāgelij pconia ad deū ve
nerant: ad auctoritatē quoq̄ legis & pphetarū suscipien
dam venerādāq̄ puocat: ne si quis iuxta hereticos: aut
vetus solūmodo testamentū: aut solūmodo nouū susce
Tex. pisset: alienus a testamēto dei remaneret. ¶ Ecce mitto
angelū meū ante faciē tuam: q̄ preparabit viā tuam ante
te. Angelus vocat Joānes: nō societate nature: iuxta he
resim Origenis, sed officij dignitate. Angelus em̄ grece
latine nūtius dicitur. Quo nomīe recte appellari potuit
Joā. j. homo ille q̄ fuit missus a deo: vt testimoniū phiberet de
lumine: & venientē in carne dn̄m, mūdo nūtiaret. Nec mi
Mat. xj. randū mystice angelū nominari eū: quo inter natos mu
lierū maior nemo surrexit: cū cōstet oēs q̄ sacerdotij gra
du rite fungunt ob euangelizandi officiū: angelos posse
Mala. ij vocari, dicente ppheta. Labia sacerdotis custodient sciē
tiam: & legem requirēt ex ore eius: q: angelus dn̄i exerci
Tex. tuum est. ¶ Vox clamantis in deserto: parate viā dn̄i: re
ctas facite semitas eius. Constat q: vnigenitus dei filius
Joā. j. verbū patris vocatur: Joanne attestante qui ait. In pn̄
cipio erat verbū, & verbū erat apud deū, & deus erat ver
bum. Et ex ipsa nostra locutione cognoscimus: quia pus
vox sonat, vt verbum postmodum possit audiri. Joānes
ergo vox a propheta vocatur: q: verbū precedit. Aduētū
itaq̄ dominicum precurrēs vox dicitur: quia per eius mi
nisterium patris verbū ab hominib⁹ auditur. Quia etiā
in deserto clamat: q: derelicte ac destitute iudee solatiū
redemptionis annūtiat. Quid autē clamaret aperit cū
Tex. subditur. ¶ Parate viā domini: rectas facite semitas ei⁹
Omnis qui fidem rectā & bona opa predicat: quid [illegible]
q̄ venienti domino ad corda audientium viam para[illegible]
hec vis gratie penetret & lumine veritatis illustret: vt re
ctas deo semitas faciat: dum mūdas in animo cogitatio
nes per sermonem boni predicationis format? Sane no
tandū ꝙ testimonijs propheticis q̄ posuit Marcus vnū
solūmodo in Esaia: aliud inuenitur in Malachia: nec tn̄
falli aut fallere putandus est euāgelista: qui hoc scriptū
dicat in Esaia qd Esaias non scripserit: sed potius intel
ligendum: q: si nō hec vba q̄ de Malachia posuit inueni
untur in Esaia: sensus tamē eorū inuenitur in Esaia: & in
nōnullis locis alijs: & manifestius in eo qd ipse hic subiū
xit. Vox clamantis in deserto: parate viā dn̄i: rectas faci
te semitas ei⁹. Quis enim non videat quāta sit in vtraq̄ Esa. xl.
sententia concordia? Nam quod dixit Malachias: mitte
dum angelum ante faciem domini qui prepararet viam
eius. Hoc est vtiq̄ quod dixit Esaias: vocem clamantis Mala.
audiendam in deserto qūt diceret: parate viam domini: iij.
rectas facite semitas eius. Quia sicut Joannes recte an
gelus potuit vocari pro eo ꝙ faciem domini euangelizā Esa. xl.
do preuenit: ita recte appellari vox potuit: quia verbum
dei sonādo preibat: sicut supradictum est. In vtraq̄ autē
sn̄ia similiter paranda via dn̄i predicatur: ideoq̄ non fal
litur euāgelista: qui & hoc dictum ab Esaia scribit: quod
& si nō eisdē vbis, eodē tn̄ sensu ab ipso scriptū inuenit. Po
tuit autē fieri vt aīo Marci euāgeliū scribentis p Mala
chia Esaias occurrerit vt fieri solet: qd tn̄ sine vlla dubita
tione emēdaret: saltē ab alijs admonit⁹: qui ipo adhuc in
carne viuente h legere potuerūt: nisi cogitaret recorda
tiōi sue: q̄ spiritusctō regebat, nō frustra occurrisse aliud
p alio nomē pphete: nisi q: ita dn̄s h scribi cōstituit. Cur
autē ita cōstituerit dn̄s: prima illa causa vtilissima debet
facillime cogitari: etiā sic esse insinuatum: ita omnes san
ctos prophetas vno spiritu locutos: mirabili inter se con
sensione constare: vt hoc multo amplius sit: q̄ si oīm oīa
prophetarum vno vnius hominis ore dicerentur: & ideo
indubitanter accipi debere quecūq̄ per eos spūssanctus
dixit: & singula esse oīm & oīa singulorum. Cū igitur & q̄ di
cta sunt per Esaiā, tam sint Malachie q̄ Esaie: & q̄ dicta
sunt per Malachiā, tam sint Esaie q̄ Malachie: qd op⁹
erat vt emēdaret Marcus, cū aliud pro alio sibi nomen
occurrens a se scriptū legisset: ac nō poti⁹ sequēs auctori
tatem spiritussancti a qua mētē suam regi: plus nobis il
le vtiq̄ sentiebat hoc ita scriptum relinquere sicut cū ad
monendo constituerat ei dominus: ad informādos nos
tantum verborum suorum prophetis inesse concordiam
vt nō absurde: imo cōgruentissime, etiā Esaie deputare
mus qd per Malachiā dictū reperim⁹. ¶ Fuit Joānes Tex.
in deserto baptizans & predicans baptismū penitētie, in
remissionem peccatorum. Cūctis legētibus liquet: quia
Joannes baptismū penitentie nō solum predicauit: ve
rumetiam quibusdam dedit: sed tamen in remissionem
peccatorū dare nō potuit. Remissio nāq̄ peccatorū in so
scriptura loquēs. Homo inquit natus ex muliere / breuis vite: ꝛ plenus ire: cū ira dei nō sit vt hois. i. perturbatio animi cōcitati: sed trāquilla iusti supplicij cōstitutio. In hac ira sua deus nō cōtinens (sicut scriptum est) miserationes suas: preter alia solatia miserorū / que generi humano prebere nō cessat: in plenitudine tēporis (quo ipe sciebat hoc faciendū) misit filiū suū vnigenitū / per quem creauit vniuersa: vt manēs deus fieret hō: ꝛ esset mediator dei et hominū: homo christus Jesus: in quē credētes per lauacrū regeneratiōis / soluto reatu omniū peccatorū: ꝛ originalis vez / quod generatio trahit: cōtra quam maxime regeneratio est instituta: et ceterorū que male agendo cōtracta sunt / liberarent̄ a dānatione ppetua et viuerēt in fide ꝛ spe ꝛ charitate: peregrinantes in hoc seculo / atq; in eius tentationibus laboriosis et periculosis: consolationibus autē dei: ꝛ corporalibus ꝛ spiritualibus ambularēt ad conspectum eius: viā tenentes quod in eis factus est christus. Et quia in ipso quoq; ambulantes non sunt sine peccatis: que de huius vite infirmitate subrepunt: dedit elecmosynarū remedia salutaria qbus eorū adiuuaret̄ oratio / vbi eos dicere docuit. Dimitte nobis debita nostra / sicut ꝛ nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Hoc agit ecclesia spe beata in hac vita erūnosa: cuius ecclesie Petrus apostolus p̄pter apostolatus sui primatū / gerebat figurata generalitate psonā. Quod enim ad ipsum proprie pertinet: natura vnus homo erat / gratia vnus christianus: abundantiore gratia vnus idemq; apls primus. Sed qn̄ ei dictū est. Tibi dabo claues regni celorū. Et quodcūq; ligaueris super terrā / erit ligatum et in celis: ꝛ quodcūq; solueris super terrā / erit solutū et in celis: vniuersam significabat ecclesiam: que in hoc seculo diuersis tētationibus velut imbribus / fluminibus tēpestatibus quatitur: et nō cadit / qm̄ fundata est supra petrā vnde Petr⁹ nomē accepit. Non enim a Petro petra: sed Petrus a petra: sicut nō christus a christiano: sed christianus a christo vocatur. Ideo quippe ait dn̄s. Sup hanc petrā edificabo ecclesiam meā: quia dixerat Petr⁹ Tu es christus filius dei viui. Super hāc ergo inqt petrā quā cōfessus es / edificabo ecclesiā meā. Petra enim erat christus: supra quod fundamentum etiā ipse edificatus est Petrus. Fundamētū quippe aliud nemo potest ponere pter id qd positū est / quod est christus Jesus. Ecclesia ergo que fundatur in christo / claues ab eo regni celoꝝ accepit in Petro. i. potestatē soluendi / ligādiq; peccata. Qd est em̄ per p̄prietatē in christo ecclesia: hoc est per significationē Petrus in petra: qua significatione intelligit̄ christus petra / Petrus ecclesia. Hec igit̄ ecclesia quā significabat Petrus: q̄diu degit in malis / amando ꝛ sequēdo christū liberat̄ a malis. Magis aūt sequit̄ in eis q certant p vitate vsq; ad mortē. Sed vniuersitati dicit̄: sequere me: pro qua vniuersitate passus est christus de quo idē dicit Petrus. Christus passus est p nobis / rēlinquēs nobis exēplū vt sequamur vestigia ei⁹. Ecce ppter qd ei dictū est / sequere me. Est aūt alia vita immortalis / q nō est in malis: ibi facie ad faciē videbim⁹ / qd hic per speculū ꝛ in enigmate videt̄: qn̄ multū in cōspiciēda veritate p̄ficitur. Duas itaq; vitas sibi diuinit⁹ predicatas et cōmēdatas nouit ecclia: quarū vna est in fide / altera in specie. Una in tēpore peregrinatiōis / altera in eternitate mansiōis: vna in labore / altera in requie: vna in via altera in patria: vna in opere actionis / altera in mercede contēplationis. Una declinat a malo ꝛ facit bonū: altera nullū habet a quo decliner malū: ꝛ magnum habet quo fruatur bonum. Una cum hoste pugnat / altera sine hoste regnat: vna fortis in aduersis / altera nil sentit aduersi: vna carnales libidines frenat / altera spūalib⁹ delectationibus vacat. Una est vincendi cura solicita / altera pace victorie secura. Una in tentationibus adiuuatur: altera sine vlla tentatione in ipso adiutore letatur. Una subuenit indigēti: altera ibi est vbi nullum inuenit

Job. xiiij. ps. lxxvj Gal. iiij j. Tim. ij

Remedia salutis ostendūtur.

Mat. vj Mat. xvj. j. Cor. iij j. Pet. ij.

Uite duplicis differentia

indigērē. Una aliena pctā vt sua sibi ignoscant/ ignoscit
altera nec patit: qđ ignoscat: nec facit qđ sibi possit igno
sci. Una flagellat malis/ nec extollat in bonis: altera tā/
ta plenitudine grē caret oī malo: vt sine vlla tētatione su
perbie cohereat summo bono. Una bona ꝛ mala discer
nit: altera sola que bona sunt cernit. Ergo vna bona est/
sed adhuc misera: altera melioꝛ est et beata. Ista signifi/
cata est ꝑ apl'm Petrū illa ꝑ Joānē. Tota hic agitur ista
vsq; ad finē seculi hui⁹: ꝛ illic inuenit finē. Differt illa cō/
plenda post hui⁹ seculi finē: ſ; in futuro seculo nō habet
finē. Ideo dicit huic. Sequere me. de illo aūt. Sic eū vo/
lo manere donec veniā: qđ ad te/ tu seq̄re me: Quid est
hoc: Quātū sapio: quantū capio: qđ est hoc/ nisi tu me se
quere: ꝑ imitationē ꝑferēdo tēpoꝛalia mala: illa maneat
donec sempiternā veniā reddere bona. Qđ apertius ita
dici pōt. Perfecta me sequat actio infoꝛmata mee passio
nis exēplo: inchoata vero cōtēplatio maneat/ donec ve/
niā/ pficiēda cū venero. Sequit em̄ christū ꝑueniēs vsq;
Seque/ la christi mystica. ad moꝛtem pia plenitudo patiētie: manet aūt donec ve/
niat christus/ tūc manifestanda plenitudo sciētie. Hic qp
pe tolerant mala hui⁹ mūdi in terra moꝛiētiū/ ibi vide/
bunt bona dn̄i in terra viuentiū. Quod em̄ ait. Sic eum
volo manere donec veniā: nō sic intelligēdū est: q̄si dixe/
rit/ remanere vel ꝑmanere: sed expectare. Qm̄ qđ per eū
significat: nō vtiq; nūc: sed cū venerit christ⁹/ implebitur.
Quod aūt ꝑ hūc significat/ cui dictū est: tu me sequere:
nisi nūc peragat/ nō ꝑueniet ad illud qđ expectatur. In
hac aūt actiua vita quāto magis christū diligimus/ tāto
facilius liberamur a malo. At ipse nos min⁹ diligit/ qua
les nūc sumus: ꝛ hinc ideo liberat/ ne semꝑ tales simus.
Ibi vero nos amplius diligit: qm̄ qđ ei displiceat: ꝛ qđ a
nobis auferat/ nō habebimus. Nec ob aliud hic nos dili
git: nisi vt sanet ꝛ transferat ab eis que non diligit. Hic
ergo minus amat/ vbi nō vult vt remaneamus. Ibi am/
plius amat: q̄ vult trāseamus: ꝛ vnde nō vult vt ꝑeamus
Amet ergo eū Petrus/ vt ab ista moꝛtalitate liberemur
Amet ab eo Joānes/ vt in illa immoꝛtalitate seruemur.
Sed ista rōne illud ostendit/ cur amplius Joānē q̄ Pe/
trū amauerit Christ⁹: nō cur ampli⁹ Petrus q̄ Joānes
amauerit Christū. Neq; em̄ si plus nos diligit christus in
futuro seculo: vbi cū illo sine fine viuemus/ q̄ in isto vñ
eruimur: vt illic semꝑ simus: ꝑpterea nō tūc cū minus di
Christi amoꝛ in via et in patria. lecturi sumus qm̄ melioꝛes erimus: cū melioꝛes vtiq; esse
nisi amplius cū diligēdo nullo modo possim⁹. Cur ergo
Joānes min⁹ cū diligebat q̄ Petr⁹/ si eam vitā significa
bat in qua est multo ampli⁹ diligēdus: nisi q: ꝑpterea di
ctū est. Uolo eū manere .i. expectare donec veniā: qm̄ et
ipsum amoꝛē qui tūc amplioꝛ erit nōdū habem⁹: sed futu
rū expectamus: vt cū ipse venerit/ habeam⁹. Nā sicut in
j. Jo. iij. epl'a sua dicit idē apl's: nōdū apparuit qđ erim⁹. Scim⁹
qm̄ cū apparuerit/ similes ei erim⁹: qm̄ videbimus eum
sicuti est. Tūc ergo amplius qđ videbim⁹/ diligem⁹. Ipe
aūt dn̄s illā q̄ futura est vitā nostrā/ q̄lis in nobis futura
sit sciens ꝑdestinatione/ plus amat: vt ad eā nos amādo
ps. xxiiij perducat. Quocirca qm̄ vniuerse vie dn̄i misericoꝛdia ꝛ
veritas: miseriā nr̄am ꝑsentē nouim⁹: q: sentimus: ꝛ ideo
misericoꝛdiā dn̄i quā nobis de miseria liberādis exhibe/
ri volumus/ plus amam⁹: eāq; quotidie maxime ꝑ pec/
catoꝝ remissione poscim⁹ ꝛ habem⁹. Hoc ꝑ Petrū signi
ficatū est plus amantē: sed minus amatū: q: minus non
amat christ⁹ miseros q̄ beatos. Ueritatis aūt contēpla/
tionē qualis tūc futura est/ min⁹ amamus: q: nondū no
uimus nec habemus. Hec ꝑ Joānē significata est min⁹
amantē: atq; ideo ad ipsam ꝛ ad eius in nobis amoꝛem
qualis ei debet implēdū/ donec veniat dn̄s expectantem
sed plus amatū: q: illud qđ ꝑ illū figuratū est/ hoc efficit
beatū. Nemo tn̄ istos insignes aplos separet: et in eo qđ
significabat Petrus ambo erant: et in eo quod significa
bat Joannes ambo futuri erant. Significando seq̄bat
iste/ manebat ille. Credendo aūt ambo/ mala presentia
huius miserie tolerabant: ambo futura bona illi⁹ beati/
tudinis expectabant. Nec ipsi soli: sed vniuersa hoc facit
scā eccl'ia spōsa christi: ab istis tētationib⁹ eruēda: in illa
felicitate seruāda: qs duas vitas Petr⁹ ꝛ Joānes figura
uerūt/ singuli singulas. Uerū ꝛ in hac tpaliter ambula/
uerūt ambo ꝑ fide: ꝛ illa in eternū fruent ambo ꝑ specie.
Omnib⁹ igit scis ad christi coꝛp⁹ inseparabiliter ptinē/
tibus/ ꝑpter huius vite ꝓcellosissime gubernaculū/ ad li
ganda ꝛ soluēda pctā/ claues regni celoꝝ pꝛim⁹ aploꝝ Petri ꝛ Joānis insignia
Petrus accepit: eisdēq; oib⁹ scis ꝑpter vite illi⁹ secretis/
sime q̄tissimū sinū/ sup pect⁹ christi Joānes euāgelista
discubuit: qm̄ nec iste sol⁹: ſ; vniuersa eccl'ia ligat soluitq;
pctā. Neq; ille in principio v̄bū dn̄i apud deū ꝛc. de chri/
sti diuinitate ꝛ de toti⁹ diuinitatis trinitate atq; vnitate
sublimia: q̄ in illo regno facie ad faciē cōtēplāda: nūc aūt
donec veniat dn̄s in speculo/ atq; in enigmate cōtuenda
sunt: q̄ ꝑdicādo eructaret de fonte dn̄ici pectoꝛis solus bi
bit: sed ipse dn̄s ipsum euāgeliū ꝑ sua cuiusq; capacitate
oibus suis bibēdū/ toto oꝛbe terrarū diffudit. Sunt qui
senserint: ꝛ hi q̄dē nō cōtēptiles sacri eloquij tractatoꝛes
a christo Joānē apl'm ꝑpterea plus amatū: q̄ neq; vxoꝛē
duxerit ꝛ ab ineūte pueritia castissime vixerit. Hoc q̄dē
in scripturis canonicis nō euidēter apparet: verūtamen
id quoq; multū adiuuat cōgruentiā huiuscemodi sentē/
tie/ q̄ illa vita per eū significata est/ vbi nō erūt nuptie: in
qua viuit ꝛ regnat deus/ ꝑ omnia secula seculoꝝ. Amen.

¶ De eodē festo. Joannis vlti.

¶ In illo tempoꝛe: Dixit Jesus Petro: Seq̄/
re me. Conuersus Petrus vidit illum discipulū
quē diligebat Jesus sequētē: q̄ et recubuit in ce/
na sup pectus eius: ꝛ dixit: Dn̄e q̄s est q̄ tradet te
Et reliqua. Homilia venera. Bede pꝛesbyteri.

Lectio sancti euāgelij

q̄ nobis lecta est frēs mei/ tāto maioꝛi a nobis
intentione debet ꝑ singula v̄ba pensari: quāto
magna grē supne dulcedine tota redūdat. Cōmēdat em̄
nobis beatissim⁹ euāgelista ꝛ apl's Joānes ꝑuilegium
amoꝛis p̄cipui/ quo ceteris amplius meruit honoꝛari a
dn̄o. Cōmēdat testimoniū euāgelice descriptiōis: qđ ve/
ritate diuina subnixū/ nullus fideliū dubitare ꝑmittitur.
Cōmēdat placitā sue carnis absolutionē: quā dn̄o specia
liter se visitāte ꝑcepit. Sz vt ꝑfecte lectionis huius pꝛin/
cipia cōsiderare valeam⁹: libet supioꝛa parūper attēdere
Apparuit dn̄s post resurrectionē discipulis septē: inter
quos erāt Petr⁹ ꝛ Joānes: q̄bus frustra in piscādo tota
nocte laboꝛātib⁹/ stās in littoꝛe copiosa rete eoꝝ piscium
multitudine repleuit. Moxq; egressos ad terrā inuita/
uit ad pꝛādiū: ꝛ inter pꝛādēdū tertio Petrū an se amaret
interrogauit: ac tertio amoꝛē cōfitēti: q: ter eū negaue/
rat/ ei tertio pascēdas oues suas cōmisit. Ac deinde: q: ꝑ
carūdē ouiū: idest animarū fideliū cura pastoꝛali vsq; ad
martyꝛium crucis esset ꝑuēturus/ intimauit/ dicēs. Amē
amē dico tibi cū esses iunioꝛ cingebas te/ ꝛ ambulabas
vbi volebas: cū aūt senueris/ extēdes man⁹ tuas: ꝛ alius Joā. vlt.
te cinget ꝛ ducet quo nō vis. In manuū nāq; extēsione
designauit/ q̄ ꝑ moꝛtē crucis martyꝛio coꝛonādus: in cin
ctione alterius q̄ vinciēdus a ꝑsecutoꝛe: in ductu quo nō Uatici/
vellet q̄ toꝛmēta passionis cōtra volūtatē esset passurus niū pas/
humane fragilitatis. Sed ne grauis foꝛte videret Petro sionis
pꝛedicta a dn̄o passio crucis: hāc suo confestim lenire cu/ Petri.
rauit exēplo: vt cruciatu martyꝛij eo leuius ferret: quo se
meminisset similē suo redēptoꝛi moꝛtis excipere sentētiā
Postq; enim significauit ei qua moꝛte clarificatur⁹ esset
deū/ ꝑtinus adiunxit/ quod in huius capite lectionis au
diuimus. ¶ Et dicit ei. Sequere me. Acsi aperte dicat. Tex.
Quia ipse pꝛius pꝛo tua redēptiōe crucis suppliciū subi/
re non timui: cur tu pꝛo mei cōfessione nominis crucem

pati foꝛmides: Quin eo gloꝛiosioꝛe martyꝛij palma clarifi
caberis: quo in hac ꝑmerēda magistri iter sequeris. Iam
vero ab euāgelista non subdit/ q̄d post hec dicta dn̄s ꝛ di
Tex. scipuli fecerint: sed ex eo tamē innuit qđ subiūgit. ¶ Co
uersus Petr⁹ vidit illū discipulū quem diligebat Jesus
sequentē. Pater nāq; cū dixisset Petro: sequere me: idest
crucem patiendo imitare: resurrexit de loco conuiuij/ et
abire iam cepit. Secut⁹ est autē eū Petr⁹ etiā incessu pe/
dū: cupiēs implere quod audiuit: sequere me. Secutus
est ꝛ ille discipulus quē diligebat Jesus. Neq; em̄ arcen/
dum se a cōsecratu christi putabat: qui non minoꝛi se gra
tia dilectionis a christo cōplexum nouerat. Neq; incredi
bile est: ideo vtrūq; discipulū coꝛpoꝛali gressu vestigia do
mini secutū: q: necdū intellexerat quid significauerit in
eo q̄ Petrū se sequi p̄cepit. Notū autem noui vestre fra/
ternitati qui sit ille discipulus quē diligebat Jesum/ Jo/
annes videlicet ipse: cuius hodie natalitia festa celebꝛa/
Dilectio Joānis exponit. mus: q̄ hoc scripsit euāgeliū: atq; iō suā ꝑsonā maluit idi/
cijs rerū accidentiū/ q̄ ꝑpꝛio designare vocabulo. Dilige
bat em̄ cū Jesus: nō exceptis ceteris singulariter solum/
sed pꝛe ceteris q̄s diligebat familiari⁹ vnū/ quē specialis
pꝛerogatiua castitatis amplioꝛi dilectione fecerat dignū
Oēs q̄ppe se diligere ꝑbat q̄bus ante passionē loquitur
Joā. xv. Sicut dilexit me pater/ ꝛ ego dilexi vos. Manete in dile
ctione mea. Sed nunc pꝛe oibus diligit: q̄ virgo elect⁹ ab
ipso/ virgo in eū permansit. Tradūt nāq; histoꝛie/ q̄ eū
de nuptijs volētē nubere vocauerit: ꝛ ꝑpterea quē a car
nali voluptate retraxerat: potioꝛe sui amoꝛis dulcedine
Joā. xix. donauit. Deniq; moꝛitur⁹ in cruce matrē suā cōmēdauit
vt v̄ginē v̄go seruaret: ꝛ ipo post moꝛtē ac resurrectionē
celos ascendēte nō deesset eius genitrici filius: cui⁹ casta
vita castis eius tueret obsequijs. Ponit ꝛ aliud sue ꝑso/
Tex. ne beat⁹ Joānes indiciū: subiūgens. ¶ Qui ꝛ recubuit
in cena super pect⁹ eius/ ꝛ dixit. Dn̄e q̄s est qui tradet te:
Hoc quō gestū sit/ superioꝛa hui⁹ euāgelij loca plenius
ostēdūt: q: vex in cena quā vltimam ante passionem cum
discipulis saluatoꝛ habuit: in qua eoꝛū pedes lauit: eisq;
Joā. xiij. coꝛpoꝛis ac sāguinis sui tradidit mysteria celebꝛāda disci
pulus ille quem diligebat sup pectus ei⁹ recubuerit: ꝛ cū
dixisset eis. Amen amē dico vobis: q: vn⁹ ex vobis me tra
det: respōdit ille discipulis innuēte Petro/ vt interroga/
ret: ꝛ diceret ei. Dn̄e q̄s est: ait dn̄s. Ille est cui intinctū pa
Secretū Joanni reuelatū nē poꝛrexero. Oꝛ aūt discipul⁹ ille supꝛa pectus magistri
recubuit: nō pꝛesentis solūmō dilectionis/ sed futuri erat
signū mysterij. Figurabat etenim iam tunc euāgeliū/ qđ
idē discipulus erat scriptur⁹ vberius atq; altius ceteris
sacre scripture paginis arcana diuine maiestatis esse cō/
pꝛehēsurū. Quia em̄ in pectoꝛe Jesu sunt oēs thesauri sa
pientie ꝛ sciētie abscōditi: merito supꝛa pectus eius recu
bat: quē maioꝛe ceteris sapientie ꝛ sciētie singularis mu
nere donat. Ceteros q̄ppe euāgelistas nouim⁹ plura de
miraculis saluatoꝛis nostri/ paucioꝛa de diuinitate locu/
tos. Joannes autē ꝑ pauca scribēs de hūanis actib⁹: po/
ti⁹ se exponēdis diuine nature ididit arcanis: paterer insi
nuans quāta de pectoꝛe Jesu fluēta doctrine celestis (q̄
Tex. nobis eructaret) hauserit. Sequit. ¶ Hūc cū vidisset Pe
trus dixit Jesu. Dn̄e: hic autē q̄d: Quia se beat⁹ Petr⁹ au
dierat ꝑ passionē crucis clarificaturū eē deū: voluit etiā
de fratre ꝛ cōdiscipulo cognoscere/ qua esset ipe moꝛte ꝑ/
Tex. petuā trāsitur⁹ ad vitā. Dicit ei Jesus. ¶ Sic eū volo ma
nere donec veniā: q̄d ad te: tu me sequere. Non inq̄t/ eū ꝑ
passionē martyꝛij volo cōsummari/ sed absq; violētia ꝑse/
cutoꝛis diē expectare nouissimū: q̄n ipse veniens/ eum in
eterne beatitudinis māsione recipiam. Et q̄d hoc ad te:
Tu tn̄ crucis patibulū subeūdo: mea te vestigia sequi de
bere memēto. Et quidē hāc dn̄i respōsionē fratres tūc tē
poꝛis ita tractabāt: q: Joānes nunq̄ esset moꝛitur⁹. Qđ
non esse intelligendū/ ipse Joānes admonere curauit: q̄
cū ꝑmisisset exisse sermonē istū inter fratres/ q: discipul⁹
Tex. ille nō moꝛitur: solerter adiecit atq; ait. ¶ Et nō dixit ei
Jesus/ quia nō moꝛitur: sed sic volo eū manere donec ve/
niam/ quid ad te: Nō ergo putandum: q: discipulus ille
non sit moꝛtuus in carne: q: nec dn̄s hoc de illo futurum
pꝛedixit. Et psalmista ait. Quis est homo qui viuit ꝛ nō Ps. lxxx viij.
videbit moꝛtē: Sed poti⁹ ita intelligendū: q̄ ceteris chri/
sti discipulis per passionē cōsummatis: ipse in pace eccle/
sie aduētū sue vocationis expectauerit. Et hoc est quod
dn̄s ait. Sic eū volo manere donec veniā: nō q: ꝛ ipe mul
tos ante laboꝛes pꝛo dn̄o ꝑcessurasq; maloꝛum non tole/
rauerit: sed q: vltimū in pace seniū finierit: vtpote in eccle
sijs christi per Asiā quam regebat iam longe lateq; fun/
datis. Nam ꝛ in actibus apostoloꝛū cum ceteris aposto/ Actu. v.
lis flagellatus inuenit: qn̄ ibāt gaudentes a cōspectu cō
cilij: qm̄ digni habiti sunt pꝛo noie Jesu cōtumeliam pati
Et a Domitiano cesare in feruentis olei doliū missus in
ecclesiastica narrat historia: ex quo tn̄ diuina se ꝓtegēte
gratia: tā intactus exierat/ q̄ fuerat a coꝛruptione concu
piscētie carnalis extrane⁹. Nec multo post ab eodē pꝛinci
pe ꝑpter insuperabilē euāgelizādi cōstātiā in Pathmos
insulā exilio relegat: vbi hūano licet destitut⁹ solatio: di/
uine tn̄ visionis ꝛ allocutionis meruit crebꝛa cōsolatiōe
releuari. Deniq; ibidē Apocalypsim quā ei dn̄s de statu
ecclesie ꝑsenti vel futuro reuelauit/ sua manu cōscripsit. Intelle/ ctus ver boꝛū dn̄i notatur.
Uñ constat ꝑmissionē sic manēdi donec veniret dn̄s/ nō
eo ꝑtinere/ q̄ sine laboꝛe certaminis victur⁹ esset in mun
do: sed illo poti⁹/ q̄ sine doloꝛe passionis trāsitur⁹ esset e
mūdo. Sicut em̄ in patrū literis inuenim⁹/ cū longo con
fectus senio/ sciret imminere sibi diē recessus sui. Conuo
catis discipulis suis/ post monita exhoꝛtationū ac missa
rum celebꝛationem/ vltimū eis valefecit. Deinde descen
dens in defossum sepulture sue locum/ facta oꝛatione ap
positus ad patres suos: tam liber a doloꝛe moꝛtis q̄ a coꝛ
ruptione carnis inuenitur alienus. Atq; ita completa est
veridica saluatoꝛis sententia: quia sic eum voluerit ma/
nere donec ipse veniret. Possumus autem mystice in his
que Petro ꝛ Joāni a dn̄o pꝛedicta atq; in eis gesta sunt
duas ecclesie vitas quibus in pꝛesenti exercetur/ actiuā
scilicet ꝛ contemplatiuam designatas accipere: quarum
actiua communis populo dei via viuendi est: ad contem
platiuam vero perpauci: ꝛ in hoc sublimioꝛes quiq; post
perfectionem pie actionis ascendūt. Actiua quippe vita
est studiosum christi famulū iustis insistere laboꝛib⁹: ꝛ pꝛi
us quidem seipsum ab hoc seculo immaculatum custodi
re: mentem/ manum/ linguam/ ac membꝛa coꝛpoꝛis cete/
ra ab omni inquinamento culpe tentantis continere: ac
diuinis perpetuo subiugare seruitijs: deinde etiam pꝛoxi
mi necessitatibus iuxta vires occurrere: esurienti cibum:
potum sitienti/ algenti vestitum ministrando: egros va/ Duplici vite fun ctiones.
gosq; in domum recipiendo/ infirmum visitādo/ moꝛtuū
sepeliendo: eripiendo inopem de manu foꝛtioꝛum eius:
egenum ꝛ pauperem a diripientibus eum: sed ꝛ erranti
viam veritatis ostendendo: ac ceteris se mancipādo fra/
terne dilectionis obsequijs: insuper ꝛ vsq; ad moꝛtē pꝛo
iustitia certando. Contemplatiua autē vita est cū longo
quis bone actiōis exercitio edoct⁹: diutine oꝛationis dul
cedine instructus: crebꝛa lachꝛymarū cōpunctione assue/
factus/ a cunctis mūdi negotijs vacare: ꝛ in sola dilectio
ne oculum mentis intendere didicerit: gaudiumq; ꝑpe/
tue beatitudinis quod in futura perceptur⁹ est vita: etiā
in pꝛesenti ceperit ardenter desiderando pꝛegustare: ꝛ ali
quando etiam inquātū moꝛtalibus fas est in excessu mē
tis speculando sublimiter euolare. Hec autē vita diuine
speculationis/ illos maxime recipit: qui post lōga mona
stice rudimēta virtutis/ secreti ab oibus degere noꝛūt: eo
liberioꝛem ad celestia meditanda animū habentes/ quo
coꝛpus quoq; a terrenis separatum habent tumultibus.
Nāq; actiua non solum in cenobio monachis: sed et cun/
cto vt diximus populo dei generaliter ingredienda ꝑpo
nitur. Et quidē vtrūq; apostolū ꝛ Petrū ꝛ Joānē q̄uis
inter hoīes positum/ pꝛo excellentis culmine gratie con/

stat in vtraq; vita fuisse ꝑfectū: attamē vna vita per Pe-
Joā. xxi. trum: alia designatur per Joannem: in eo etenim q̄ ait
Petro dominus. Extēdes manus tuas ⁊ alius te cinget
⁊ ducet quo non vis: perfectionē exprimit actiue conuer
sationis: q̄ tentationū solet igne ꝓbari. Unde alibi de ea
Mat. v. dicit apertius. Beati qui persecutionē patiuntur ꝓpter
i. Pe. ij. iustitiā. Cui recte subiungit/dicens. Sequere me: q: ni-
mirum iuxta eiusdem Petri vocem: christus passus pro
nobis relinquens vobis exemplū/vt sequamur vestigia
eius. Quod autem dicit de Joanne: sic eum volo mane-
re donec veniā/statim contēplatiue virtutis insinuat: q̄
non per mortem finienda vt actiua/sed per mortē est ꝑfe
ctius dn̄o veniente cōplenda. Actiuus nāq; labor cū mor
te deficit/mercedē post mortē accepturus eternā. Quis
em̄ in illa vita panē esurienti dat/vbi nemo esurit? Quis
aquā sitienti/vbi nemo sitit? Quis mortuum sepelit/vbi
terra viuentium est? Quis cetera opera misericordie ex-
ercet/vbi nullus miser inuenit? Actionis ergo ibi labor
Laus vite contēplatiue. nullus/sed solus preterite actionis ꝑpetuus remanet fru
ctus. Speculatiua autē felicitas q̄ hic inchoat: illic sine
fine perficit: qn̄ ⁊ supernorū ciuiū ⁊ ipsius dn̄i p̄sentia/nō
per speculū ⁊ in enigmate sicut nunc/sed facie ad faciē vi
debitur. Un̄ recte de ea sub typo discipuli quē diligebat:
queq; supra pect⁹ suū fecit discūbere/dicit Jesus. Sic eū
volo manere donec veniā. Ac si aperte dicat. Nolo gustū
speculatiue suauitatis/quā maxime in sctis meis diligo:
sperantibus in ꝓtectione alarū mearū inebriatis ab vber
tate domus mee: sicut laboriose vsum actionis leti condi
tione finiri: sed post mortē sublimius me apparente atq;
in mee conspectū maiestatis illos p̄ducēte perfici. Seq-
Tex. tur. ¶ Hic est discipulus ille/q̄ testimoniū ꝑhibet de his:
⁊ scripsit hec ⁊ scimus/q: verū est testimoniū eius. Jā ma
nifeste beat⁹ Joānes suā personā designat ex officio: quā
designare vitat ex vocabulo. Nō aūt pretereunter intuēdū
quod dicit: q̄ testimonium perhibet de his/⁊ scripsit hec.
Perhibuit q̄ppe testimoniū verbo dei p̄dicādo/ꝑhibuit
scribendo: perhibuit denuo eadē q̄ scripserat docendo: ꝑ-
hibuit etiā nunc euāgeliū qđ scripsit ecclesijs legendū pā
dendo. Siquidē a tēpore dn̄ice passionis/resurrectiōis/
⁊ ascensiōis in celum/vsq; ad vltima Domitiani princi-
pis tēpora/per annos circiter .lxv. absq; vllo scribendi ad
miniculo verbū dei p̄dicabat. At vbi a Domitiano/q̄ se-
cūdus post Neronē christianorū persecutor extitit/exilio
missus est: irrūpētes in ecclesiā heretici q̄si in destituta
pastore ouilia lupi/Marcion ⁊ Cherinth⁹ ⁊ Hebion ce-
teriq; antichristi: q̄ christū añ Mariā negabāt/simplicita
tē fidei euāgelice peruersa maculauere doctrina. Sz dū
ipē post occisionē Domitiani/ꝑmittēte pio p̄ncipe Ner-
ua rediret Ephesum: cōpulsus est ab oib⁹ pene tūc Asie
episcopis/⁊ multarū ecclīarū legatiōib⁹/de coeterna p̄ri
diuinitate christi altius facere sermonē: eo q̄ in triū euā-
gelistarū scriptis: videlicet Matthei/Marci/⁊ Luce de
Necessitas euāgelij Joannis. ei⁹ hūanitate/ac de his q̄ per hoiem gessit/sufficiens sibi
viderent habere testimoniū. Quod ille non se aliter esse
facturū respōdit: nisi indicto ieiunio oēs in cōmune dn̄m
precarent vt ille digna scribere posset. Et hoc ita patrato
instructus reuelatiōe ac spiritussancti gratia inebriatus/
oēs hereticorū tenebras potestate facta subito veritatis
Joan. i. luce dispulit. In principio inquiens erat verbū/⁊ vbū
erat apud deū: ⁊ deus erat verbū. Similem q; initijs totū
sermonis sui cursum faciens/dn̄m nostrū Jesum christū
sicut verū hominē/vere ex hoīe tēporaliter factū: ita etiā
verū deū/vere ex deo patre eternaliter natū: ⁊ cum spiri-
tusancto semꝑ assistentē/clarissima assertiōe ꝑdocuit: im
mo oīa diuine veritatis ⁊ vere diuinitatis/quantū alteri
mortaliū nulli licuit arcana reserauit. Et hoc virgini pri-
uilegiū recte seruabatur: vt in scrutāda verbi corruptibi
lis sacramēta: ipse incorrupto/nō solū corde/sed ⁊ corpo-
re proderet. De cuius dictorū veritate q̄ sit nemini ambi
gendum: ipē quoq; curauit ostēdere/q̄ cū dixisset. Hic est
discipulus q̄ testimoniū perhibet de his ⁊ scripsit hec: cō-
tinuo subiecit ⁊ ait. Et scimus q: verū est testimoniū eius
Quia ergo ⁊ nos cum ceteris fidelibus scimus/q: verū
est testimoniū eius: curemus per omnia recta fide intelli
gendo/recta operatione exercendo que docuit ad dona
sempiterna que promisit peruenire: per dominū nostrū
Jesum christum/qui viuit ⁊ regnat cum deo ⁊c.

¶ De Innocētibus. Matthei. II.

¶ In illo tēpore: Angelus domini apparuit Joseph in somnis: dicens. Surge ⁊ accipe puerum ⁊ matrem eius ⁊ fuge in Egyptū: ⁊ esto ibi vsq; dum dicā tibi. Et reliqua. Homilia venerabilis Bede presbyteri.

DE morte ꝑciosa mar-
tyrū christi Innocentiū/sacra nobis frēs cha-
rissimi euangelica lectio recitata est: in qua ta-
men oīm christi martyrū preciosa mors est designata. Q:
enim paruuli occisi sunt/significat per humilitatis meri
tum ad martyrij perueniendū gloriam. Et q: nisi conuer
sus fuerit quis ⁊ effectus vt paruulus/non possit aiam
dare pro christo. Q: in Bethleem ⁊ in oibus finib⁹ eius
occisi sunt: ostendit non solū in Judea vnde ecclīe cepit
origo/sed in oibus eiusdē ecclesie finib⁹ quacūq; ꝑ orbem Allegorica expositio.
diffusa est/ꝑsecutionē seuiturā perfidorū: ⁊ piorū patien-
tiam esse coronādā. Qui bimi occisi sunt/doctrina ⁊ opa
tione ꝑfectos indicāt. Qui vero infra/simplices vel idio
tas fidei: tm̄ nō ficte cōstātia fortes eē denuntiant. Q: illi
q̄dem occisi sunt/sed christ⁹ q̄ q̄rebat viuēs euasit: insinu
at corpora q̄dē ab impijs posse perimi: sed christū ꝓ quo
ꝑsecutio seuit/nullaten⁹ eis vel viuētibus vel occisis pos
se auferri: sed eos veraciter contestari: q: siue viuim⁹ dn̄o
viuim⁹: siue morimur/dn̄o morimur: siue em̄ viuim⁹ siue
morimur dn̄i sum⁹. Q̄d iuxta vaticiniū Hieremie/vox in
rama .i. in excelso audita est/plorat⁹ ⁊ vlulat⁹: manifeste Hiere.
denuntiat luctū sancte ecclīe: q̄ de iniusta mēbrorū suorū xxxi.
nece gemit: nō vt hostes garriūt in vacuū cedere/sz vsq;
ad soliū ascēdere supni iudicis: ⁊ sicut ꝓtomartyris Abel
ita etiā sāguinē ceterorū martyrū de terra clamare ad do- Eccli.
minum: iuxta illud viri sapiētis. Nō despiciet preces pu-
pilli/nec viduā/si effundat loquelā gemit⁹. Nōne lachry xxxv.
me vidue ad maxillam descendunt: ⁊ exclamatio eius su
per educentem eas? A maxilla enim ascendūt vsq; ad ce-
lum/⁊ domin⁹ exauditor nō delectabitur in illis. Quod
Rachel plorasse d: filios suos/nec voluisse consolari/q:
non sunt: significat ecclesiam plorare quidem sanctorum
de hoc seculo oblationem: sed nō ita velle consolari/vt q̄
seculū morte vicerūt/rursus ad seculi certamina secū tole
randa redeāt: q: nimirū vltra nō sunt reuocādi in mūdū
de cui⁹ erūnis semel euaserūt coronandi ad christū. Ra-
chel nāq; q̄ ouis aut vidēs deū d: ecclesiā figurare demō
strat: cui⁹ tota intētio vt videre deū mereat inuigilat. Et
ipsa est ouis cētesima: quā pastor bon⁹ relictis in celis no
naginta ouibus angelicarū virtutū/abijt q̄rere in terrā
inuentāq; suis imposuit humeris/⁊ sic reportauit ad gre
gem. Querit aūt iuxta literā quō Rachel plorasse dicit Questio circa literam mouet.
filios suos: cū trib⁹ Juda q̄ Bethleē tenebat: nō de Ra-
chel/sed de sorore ei⁹ Lya orta fuerit. Ubi tm̄ facilis patet
responsio: q: nō tm̄ in Bethleē: verūetiā in oibus finib⁹
eius pueri sunt oēs trucidati. Trib⁹ autē Beniamin que
de Rachel orta est/proxima fuit tribui Jude. Unde meri
to credi debet/q̄ plaga crudelissime necis/non paucos
etiā Beniamince stirpis pueros inuoluerit: qs ꝓgenies
Rachel (elata in excelsum voce) plorauerit. Potest ⁊ ali
ter intelligi: quia iuxta Bethleem sepulta est Rachel:
sicut titulus monumenti ei⁹ manens vsq; hodie testatur
ad occidentē ciuitatis vltra viam que ducit Hebron: q̄
ea que in loco eodem agebantur/ipa egisse prophetico

locutionis modo recte dicatur: cui⁹ corpore ⁊ nomine lo
cus ille fuerat insignis. Quod dn̄s ipse ne occideret ab
Herode sublatus est a parentibus in Egypti: significat
electos sepius malorū improbitate suis effugandos sedi
bus: vel etiam exilio damnādos. Ubi simul exemplū dat
Mat. x. fidelibus/ne dubitēt rabiē persequentiū vbi opportunū
fuerit declinare fugiendo: cum hoc deū ac dominū suum
fecisse meminerint. Siquidem ipse qui erat suis p̄ceptu-
rus/cum vos persecuti fuerint in ciuitate ista fugite in
aliam: prius fecit quod p̄cepit/fugiendo hominem qua-
si homo in terra: quē magis pauloante monstrauit stella
in celo. Q: occisis pro dn̄o pueris Herodes non longe
post obijt/⁊ Joseph monēte angelo dn̄m cum matre ad
terram israel reduxit: significat oēs ꝑsecutiones que con
tra ecclesiā erant mouēde/ipsorū persecutorū morte vin-
dicandas: eisdēq; mulctatis ꝑsecutorib⁹/pacē ecclesie de
nuo reddēdā: ⁊ sanctos q̄ latuerāt ad sua loca esse reuer
Herodis ira adhuc seuit. suros. Herodes quoq; i diabolo etiā nūc fremit: ⁊ aufer-
ri sibi iniq̄tatis sue regnū in his q̄ ad christū transeunt in
gemiscit. Un̄ si paruulos interficiat/Jesum sibi videt oc
cidere. Q̄d vtiq; sine cessatione molit: dū primordijs re-
natorū spiritumsanctum eripere: ⁊ quandam tenere fidei
infantiam tentat extinguere. Q: Rachel .i. ecclesiam seu
aiam fidelē plorare/⁊ suos ac primorum filios videlicet
oportet: possum⁹ quoq; odiū Herodis quo perdere Je-
sum voluit/sup persecutionibus q̄ aplorum sunt tempori
bus facte in Judea specialiter accipere: quādo inualescē
te inuidia/p̄dicatores vbi sunt pene oēs expulsi de ꝓuin
cia: ⁊ in gentib⁹ p̄dicaturi sunt lōge lateq; dispersi. Sicq;
factū est/vt gētilitas q̄ per Egyptū figurat: peccatis an-
te tenebrosa/lumē verbi perciperet. Hoc est enim puerū Je
sum ⁊ matrē ei⁹ ꝑ Joseph in Egyptū trāsferri/fide sz do
minice incarnatiōis: ⁊ ecclīe societatē ꝑ doctores sctōs
gētib⁹ cōmitti. Q̄d erāt in Egypto vsq; ad obitū Hero
dis indicat figurate/ꝑ fidē christū in gētib⁹ mansurū/do-
nec plenitudo earū introeat: ⁊ sic oīs isrl̄ salu⁹ fiat. Obit⁹
q̄ppe Herodis: terminū intentionis malitiose: q̄ nunc cō
tra ecclesiam in Judea seuit insinuat. Occise turbe par-
uulorū/mortē humiliū spū: quos a se fugato christo iudei
perimere conant designāt. Q̄d aūt defuncto Herode re
dit ad terrā israel Jesus: finē seculi denūtiat: qn̄ Enoch
⁊ Helia p̄dicantib⁹/iudei sopita moderne inuidie flāma
fidē veritatis accipiēt. Et bene cū iudeā deserit fugere et
hoc in nocte dicitur. Cū vero reuertit in eā: nō solū neq;
fuge sed noctis fit mētio: q: nimirū ob peccatorum tenebras
olim peccatores reliq̄t: ipsos ob lucē fidei tandē se querē
tes reuisit. Q̄d dānato licet Herode Joseph timore Ar-
chelai filij ei⁹ in Judeā vbi metropolim habebat ire for-
midans/monēte angelo in Nazarth Galilee secessit/vl-
tima ecclesie p̄sentis tēpora designat: qn̄ pro ea q̄ nūc est
vniuersali gentis illi⁹ cecitate: qua christianos inquātū
valet persequi nō desistit/acrior in q̄busdā antichristi ꝑse
cutio cōsurget. Et q̄dē plurimis ad p̄dicationē Enoch et
Helie a perfidia cōuersis: sed ceteris ad instinctū antichri
sti tota intētiōe cōtra fidē dimicantib⁹. Pars igit Judee
in qua regnabat Archelaus/ꝑfidos antichristi sequaces
ostēdit. Porro Nazareth Galilee quo dn̄s transfert/par
Exhortatio moralis. tē gētis illi⁹ q̄ tūc tēporis fidem christi est susceptura desi
gnat. Un̄ bn̄ Galilea ꝑpetrata trāsmigratio: Nazareth
flos aut virgultū ei⁹ interꝑtat: q: nimirū sctā ecclīa quo
ardētior desiderio ab his q̄ in terris videt/ad celestia pro
merenda trāsmigrat: eo maiore spiritualiū abūdat flore
atq; germine virtutū. Un̄ oportet nos fratres charissimi
q: primitias martyrū hodierna festiuitate veneramur/de
eterna q̄ in celis est martyrū festiuitate sedulo cogitem⁹
eorūq; vestigia inquantū possumus sequēdo: ⁊ ipi eius-
dē festiuitatis superne participes existere curem⁹/testā-
ij. Co. i. te apostolo. Q: si socij passionum fuerimus: simul ⁊ con
solationū erim⁹. Nec tam de morte eorū lugeamus: q̄ de
iusta palme perceptiōe letemur. Siquidē singulos eorū
cum per tormēta pellerent ex hac vita: Rachel gemebū-
da .i. sancta ecclesia: q̄ genuit/luctu lachrymisq; ꝑsecuta
est: sed iā hinc expulsos superna Hierusalē q̄ est mater oīm Apo. vij.
nostrū/mox in aliā vitā obuijs letitie ministris excepit at
q; in gaudiū dn̄i sui ꝑpetuo coronādos introduxit. Unde
dicit Joānes. Stabāt añ thronū/⁊ in cōspectu agni ami
cti stolis albis/⁊ palme in manib⁹ eorū. Stant em̄ modo
ante thronū dei coronati: q̄ quondā ante thronos iudicū
terrenorū iacebāt penis attriti. Stant in cōspectu agni/
nulla ratione illic a contēplanda eius gloria separandi: a Preconium innocentium.
cuius hic amore nec per supplicia poterāt separari. Sto-
lis effulgent albis/⁊ palmas in manibus habēt: q: p̄mia
in operibus habent: dū corpora q̄ pro dn̄o ignibus ac be-
stijs dilacerata: flagris consumi: per precipitia dissolui/vn
gulis abradi/omnimodo penarū gn̄e passi sunt dissipari
per resurrectionē glorificata recipiūt. Et clamabāt inq̄t
voce magna/dicētes. Salus deo nostro q̄ sedet sup thro-
num/⁊ agno. Magna voce salutē deo decantant: q: ma
gna gratiarū actione recolunt: nō sua se virtute/sed ipso
auxiliante tribulationū impugnātiū superasse certami-
na. Dicit iterū/eorū ⁊ preteritos agones ⁊ coronas descri
bens perpetuas. Hi sunt q̄ venerunt de tribulatione ma
gna: ⁊ lauerūt stolas ⁊ dealbauerūt eas in sāguine agni
Stolas q̄ppe martyres in sanguine agni lauerūt: dū mē-
bra sua que oculis insipiētiū visa sunt squallore fedari: sic
potius fuso pro christo sanguine/ab oibus mūdauere cō
tagijs. Insup ⁊ beata immortalitatis luce digna reddide-
re: quod est lotas etiā dealbasse stolas in sanguine agni.
Ideo sunt inquit ante thronū dei: ⁊ seruiunt ei die ac no-
cte in templo ei⁹. Non est laboriosa/sed amabilis ⁊ optā-
da seruitus/in dei laudib⁹ perpetuo assistere. Dies q̄ppe
⁊ nox/non vicissitudinem temporis ꝓprie: sed ꝑpetuita-
tem tropice significāt. Nox em̄ non erit illic/sed dies vna
melior in atrijs christi sup milia: in qua nō plorat Rachel Apo. xxi.
filios suos: sed absterget deus omnem lachrymā ab ocu-
lis eorū. Dātq; vocē letitie ⁊ salutis eterne in tabernaculis
iustorū ei: q̄ viuit ⁊ regnat de⁹ ꝑ oīa secula seculorū. Amē.

¶ De eodem festo: Sermo sancti Seuerini.

ZElus quo tēdat/quo
prosiliat liuor/inuidia q̄ ferat/Herodiana ho-
die patefecit immanitas. Que dū tēporalis re
gni emulat angustias: eterni regis ortū molit extingue-
re. Tūc Herodes inq̄t/vidēs q: illusus est a Magis: mi-
sit ad Bethleem/⁊ occidit oēs pueros qui erant in ea/⁊
in oibus finib⁹ ei⁹. Uidens q: illusus est dolet impietas Sermo rhetoricis istructus coloribus.
se esse illusam: dilatans se crudelitas furit. Fremit dolosi
tas se deceptā: ⁊ in se fraus reuersa colliditur. Herodes
strider: cadens ipse in laqueum quē tetendit: hinc iniqui
tatem quam cōsiderat euaginat. De fide perfidie sumit
arma: terreno querit furore/quem natum celitus nō cre
dit. Ad sinus matrum militū cogit castra: inter vbera ar-
cem pietatis oppugnat. In teneris vberibus ferrum du
rat/lac fudit anteq̄ sanguinem: dat ante mortem sentire
q̄ vitam: tenebras ingerit intrantibus lucem. Sic ait
minister mali: minister doli/ire artifex/inuētor sceleris/im
pietatis auctor/pietatis predo/inimicus innocentie ho-
stis nature/suis peior/pessimus sibi: quem christus nō vt
euaderet/sed ne videretur aufugit: in altum tendens/ca
dit ab alto. Celum pulsans/intrat profundū: ⁊ in se vadit
cum vadit in deū. Se occidit/qui vitā conatur occidere:
q: capere nō potest perditionē salus/occisionē vita/eter
nitas finem. O ambitio q̄ ceca semper: o q̄ presumptio
pessima: o q̄ perdit concessa/qui incōcessa captat. Hero
des obsidens terrenum regnum: impugnat celeste. Ter
renis inhians irruit in diuinam/ipsamq; pietatē infecta
tur. Audierāt natum regem destinatus ad scelus/ad piā
culum promptus/paratus ad crimē: causas innocentie

non requirit/ius abnegat/confudit fasq; nefasq;. Cui ne
quitia est sodalis: cui odiosa est equitas/iniquitas est sp
amica: qui cedibus viuit/qui se pascit sanguine: qui cru
delitatibus seuit: cui de timore stat totum/de amore ni
hil constat. Herodes tunc cecus sic christum gladijs querit
inuestigat cruore/crudelitate rimatur: successorē timens
incessit in auctorē. Premit innocentes/volens innocētiā
deperire: innocentis causam facit nocentium crimē. Mu
nus nati natorū vertit in penā. Auctoris ortū/orientium
mādat occasum. Negotiū saluātis saluādorū iubet eē dis
crimen. Quorū lingua tacuit/oculi nihil viderūt. Nihil
audierūt aures/man⁹ nil fecerūt: τ quib⁹ actus null⁹: vn
culpe sumpserūt morte q̄ viuere nescierūt. Quibus apud (Rhetorizat sanctus antistes.)
Herodē solū: qd nati sunt h̄ fuit crimē. Quid christ⁹ futu
rorū prescius/conscius secretorū/cogitationū iudex/mentium
perscrutator: q̄re deseruit q̄s sciebat propter se q̄rendos esse/
propter se nouerat occidēdos? Nat⁹ rex τ rex celestis: q̄re
neglexit milites inocētie sue? Coetaneū sibi q̄re cōtēpsit
exercitū? Quare cunabulis suis deputatas excubias sic
reliq̄t: vt sol⁹ q̄situr⁹ hostis totū grassaret in milite? Fres
christus nō despexit suos milites sed prouexit: qb⁹ ante de
dit triūphare q̄ viuere: q̄s fecit capere sine cōcertatione
victoriā: q̄s donauit coronis anteq̄ mēbris: q̄s voluit vir
tutib⁹ vitia preterire: ante celū possidere q̄ terrā. Premisit
ḡ christ⁹ suos milites nō amisit. Recepit suas acies nō re
liquit. Beati q̄s natos martyrio videm⁹ esse non seculo.
Beati q̄ labores i requiē/in refrigeriū dolores/merores in
gaudiū cōmutarūt. Viuūt viuūt: q: vere viuūt q̄ p christo
merentur occidi. Beati vētres q̄ portauerūt tales. Beata
vbera q̄ se talibus infuderūt. Beate lachryme q̄ pro tali
bus fuse fletibus/gratiā baptismati cōtulerūt. Nā diuer
so mō/dono vno in lachrymis suis martyres suo sangui
ne baptizant: in martyrio filiorū matres passe sunt. Nam
gladius filiorū pertransiēs mēbra/ad matrū corda deuenit
τ ideo necesse est/vt sint premijs cōsortes: que fuerūt socie
passionis. Arridebat paruul⁹ occisori: gladio aduocabat
infantul⁹. Nutricis loco attēdebat lactēs percussoris hor
rorē nescia etas luc⁹ moritura gaudebat/infans fili⁹ oēm
hoiem nō hostē respicit/sed parētē. Martyres tulerunt
quicq̄d lāguoris extitit τ doloris: τ ideo nō carebūt mar
tyrū gaudio/martyrij lachrymas q̄ fuderūt. Hoc loco at
tendebat auditor: attēdat vt intelligat martyriū nō con
stare p meritū sꝫ venire p gratiā. In paruulis q̄ volūtas
qd arbitriū/vbi captiua fuit τ ipa natura? De martyrio ḡ
dem⁹ totū deo nihil nob. Vicere diabolū corp⁹ tradere cō
tēnere vitia/tormēta expēdere/lassare tortorē/cape de mā
rijs gl̄iaꝫ/de morte vitā: nō virtutꝫ hūane sꝫ mūerꝫ ē diuini.

¶ Sermo Joannis Chrysostomi in natali Innocentum.

PEdicatur nouus ab
infantib⁹ sermo/sanctis laudib⁹ christi in gloriā
dñi: primā vocē aperiunt Innocētes. Fiunt di
serti laude: qui fuerāt imperiti sermone. Offerūt dño primi
tias lingue nouos oris imolāt fructus: verborū principia
libāt. Infātia em̄ q̄ p etatē loq̄ nō poterat: glorias dei cū
gaudio resonabat. Norūt laudare christū/q loq̄ non no
rāt. Fiūt periti laude: q̄ fuerūt imperiti sermone. Osten
dūt laudib⁹ christū: suffragijs pdicāt christū. Fiūt interea
pueri sine magistro diserti/docti sine doctore/periti sine
eruditore. Agnoscūt christū/pdicāt dñm: nō quē persuasio
hūana docuerat: sꝫ quē diuinitas innocētib⁹ inspirabat.
Cessant em̄ hūana cū diuina tractant: q: hūana ipa pro
desse nō poterūt/nisi diuinorū solatio subleuent. Necesse
est em̄ terrena succūbere/cū celestia pdicāt: naturalia si
lere cū virtutes loquunt. Erigit itaq; infātiū etas in lau
dē: q̄ delictorū nō nouerat crimē: dign⁹ a dignis laudat/
τ innocēs inocētiū testimonio pdicat: accipiūt em̄ a chri
sto τ reddūt/cōsequunt τ referūt. Vno em̄ tpe τ q̄ dede
rat recipit τ q̄ accepat reddit: vno iquā tpe sua christo red
dūt: dū ei⁹ laudes illi ab infantib⁹ referunt. Diximus de
laude ifātiū: qd de lactētiū laudib⁹ pferem⁹ q̄rꝫ laudē iue
nire nō possum⁹/nisi cosipsos q̄ audaucrint nouerim⁹.
Qui sint/vbi sint/quā laudē intulerint q̄ro q̄ loq̄ nō no
rāt. Neq; em̄ etas illa poterat posse/qd natura nō dede
rat: aut celebrari a talib⁹ poterat/qd istituti o denegabat
Dicūt nāq; dño laudes trucidati ab Herode lactētes: lo
quunt sanguie/qd lingua nō possunt. Passiōe canūt/qd
sermone nō norūt: occisi pdicāt/qd viui nō poterāt. Nec
nouū qd d̄/vt innocens sanguis aut deo referat laudes/
aut suas iudicet passiōes: cū abel sanguinis clamet ad ce
lū: aut occisorū aīe ab altari vociferant ad deum. Cōtulit (Gen.iiij)
martyrū laudē/q̄bus negauerat natura sermonē: licuit
sanguinē clamare/quib⁹ narrare non licebat voce: licuit
sanguie loq̄/qb⁹ lingua nō licuit. Miscēt cū dño colloq̄a
q̄bus hūana negata sunt vba. Sꝫ em̄ occisis innocētib⁹
istis impleta sunt prophetie vba dicētis. Vox i rama au
dita est flet⁹ τ ploratiōis rachaelis flētis filios suos: τ no
luit cōsolari q: nō sunt. Rachaelē pmo ecclēie esse psonaꝫ
nemo q̄ abnuat: nemo q̄ aliud cōtra vitatē defendat. Sꝫ
duo in illa diuersa cōspicio: flet⁹ τ cōsolatiōis cōtēpt⁹. Si
em̄ fleuit/cur cōsolari cōtēpsit? Aut si cōsolari cōtempsit (Interpretatio vaticinij.)
cur fleuit? Aut quō cōpetit cōsolari noluisse cui competit
flesse: cū aut flere nō potuit: cū manifestū sit flet⁹ consola
tione tergi? Vel certe cur indiguit cōsolationis sermone?
Sꝫ inq̄t noluit scriptura cōsolari q: nō sunt. i. noluit cōso
lari q: sunt. Si idcirco noluit cōsolari q: sunt: quō voluit
flere quasi illos/q̄ nō sunt? Sꝫ vt cōpēdiosa diuersitatum
causa reddat/cōditio a matre defleretur: sed spe glorie con
solatio humana cōtēnit. Pietatis affect⁹ in fletib⁹ decla
ratur: sꝫ occisorū gloria repudiū consolationi indicit. Pu
gnāt em̄ in matre affect⁹ τ fides: humanitas cū deuotio
ne cōcertat: plāgit affect⁹/sꝫ fides exultat: deflet humani
tas/sꝫ deuotio cōsolatur. Licuit em̄ matri humanit⁹ flere
cui nō licuit cōsolatione humanit⁹ indigere. Ideo et dñs
christ⁹ in Lazaro fleuit: nec tm̄ ipe q̄ cuiusq; consolatione
indiguit: q: hoīs fuit q̄ fleuit/cū manifeste de⁹ sit q̄ Laza
rū suscitauit. Sed o btā lactentiū glīa: q̄bus p christo cō
tigit dedicare martyria. Expugnāt tpe vno natiuitatē et
mortē/ingressum τ exitū/principium τ occasum: vt ipis
posset tēpore vno vt dixi cōtingere/τ nascēdo igredi mū
dū: τ dedicare martyrio celū. Probat nou⁹ exercit⁹ christ⁹
rudes milites designat: legiones lactētes victoria perpe (Martyria innocētū christo faciātur.)
trata coronat. Fiūt p christo victores/q̄ etate fuerūt coeq̄
les: fiūt inquā ifantes sine certamine fortes: sine pugna
victores. Norūt vincere q̄ pugnare nō norāt. Existunt vi
ctorie cōpotes: q̄ fuerāt etate imbelles. Merentur pena
martyrium/gloriā sanguine cōparant: eternā vitam tēpo
rali morte commutant. Nec timuit etas illa mortem/nec
horruit. Timere enim non potuit: que timere non nouit.
Transmittit infantes infans christus ad celum: noua xe
nia patri/primicias fructuū exhibet genitori. Ostendit
futuram fecundissimā messem: dum in semine tantaꝫ ex
hibet vbertatē. Derisit se: derisit hostilis immanitas: que
putauit turbare posse consilium dei/gloriam christi/salu
tem necessariam mundi. Sed cōtulit infantibus multis
martyrium: dum infantem querit occidere christuꝫ. Pre
stat hostis dum nocet: beneficium tribuit cum occidit: in
uideret em̄ eorū glorie si amaret. Sed alie sunt terrestres
pugne: alie celestes victorie. In prelio christi moriēdo vi (Mat.ij.)
uitur/cadendo surgit/victoria per interitum cōparatur.

¶ Item Sermo sancti Augustini.

HOdie fratres charis
simi natalē illorū ifantiū colim⁹: q̄s ab herode
crudelissimo rege iterfectos esse euāgelij te
xtus eloquit. Et iō cū sūma exultatiōe gaudeat terra ce
lestiū militū: τ tantorū parēs fecūda vtutū. Ecce pphan⁹
hostꝫ nūq̄ btis paruulis tm̄ pdesse potuisset obseq̄o quā
rū pfuit odio. Nam sicut sacratissimum presentis diei fe
stū manifestat: quantum in beatos paruulos iniquitas
abundauit/tantum in eis gratia benedictionis refudit.
Beata es o Bethleē terra Jude/que Herodis regis in
manitatem in puerorū extinctione ppessa es: que sub vno
tempore candidatā plebē imbellis infantie deo offerre
meruisti. Digne tamē natalem illorū colimus/quos bea
tius eterne vite mundus edidit/q̄ quos maternorum vi
scerum partus effudit. Siquidē ante vite perpetue ade
pti sunt dignitatem q̄ vsuram presentis acceperint. Alio
rū quidem preciosa mors martyrū laudē in confessiōe p
meruit/horū in cōsummatione cōplacuit: q: incipiētis vi
te pmordijs ipse eis occasus initiū glorie dedit: q̄ presen
tis terminū imposuit: quos Herodis impietas lactātes
matrū vberib⁹ abstraxit. Qui iure dicunt martyrū flores
(Sanctū est innocentum martiriū.) q̄s in medio frigore infidelitatis exortos velut primas cru
pentes ecclēie gēmas/q̄dam persecutiōis pruina decoxit.
Et ideo dignū interfectis p christo infantib⁹ honores im
pēdere: cerimonias/nō dolores. Sacramētis dare vota/
nō lachrymis: q: ipse illis fuit causa pene/q̄ extitit τ coro
ne: ipse odiū cause q̄ primiū. Parāte aūt Herode paruulis
necē/Joseph p angelū admonet vt Christū dñm nrm in
Egyptū trāsferat/Egyptū idolis plenā. Nā post iudeorū
persecutionē: τ ad occidendū christum pfane plebis assen
sum/christus ad gētes idolis deditas trāsire dignat τ iu
deā relinquēs ignorāti seculo colendus infert. Et q: ex
scripturꝫ diuinis fratres charissimi/bonos τ iustos viros
persecutionē malorū semp sustinuisse cognoscim⁹/si diligen
ter cōsideram⁹ iueniem⁹ illos maiora supplicia sustinere
Ois em̄ hō q̄ aliū in corpore persequtur/prius ipe in corde
persecutionē sustinere cognoscit. Nā si etiā illi quē perse
quitur aliq̄d de substātia sua tulerit: maius sibi ipsi dispē
diū facit: q: nemo habet iniustū lucrū sine iusto damno.
Ubi lucrū ibi τ dānū. Lucrū in arca: dānū in conscientia.
Tulit vestē τ pdit fidē: acq̄rit pecuniā τ pdit iustitiā. Sꝫ
h̄ hoies iō faciūt: q: diē nouissimū attēdere nolūt. Si em̄
diē mortꝫ sue cogitare iugiter vellēt: animū suū ab omni
cupiditate vel malitia cohiberēt. Sed qd mō nolunt sa
lubriter cogitare/necesse hñt postea sine vllo remedio su
stinere. Veniet em̄ illis dies nouissima: veniet τ dies iudi
cij qñ eis nec penitētiā licebit agere/nec bonis operib⁹ se
ab eterna morte poterit redimere: q: pcurit etiā hac aīad
uersione peccator: vt moriēs obliuiscat sui/q̄ dū viueret
(Mat. xxiiij.) oblitus est dei. Venit dies iudicij: qñ mouebunt funda
menta montiū: τ ardebit terra vsq; ad inferos deorsum:
qñ celi ardētes soluent: qñ sol obscurabit τ luna nō dabit
lumē suū: qñ stelle cadēt de celo: qñ petōres τ ipij mittē
tur in stagnū ignis: τ fumus tormētorū illorū ascēdet in
(Apoca. xiiij.) secula seculorū: vbi flet⁹ τ stridor dentiū. Veniet tēp⁹ fra
tres charissimi: qñ nulli bono erit male/nulli malo erit
(Mat. viij.) bñ. Veniet iquā nouissima dies qñ discernēt pij ab ipijs
iusti ab iniustis. Laudatores dei a blasphematorib⁹ dei.
Veniet τ qñ discernēt vt nulli sicut dictū est bono fit ma
le/nulli malo fit bene. Quare ergo mō nō sic? Forte τ mō
sic. Sed qd nūc est in occulto/tunc erit in manifesto: lege
(Cōtēplatio subtilior.) scripturā diuinā. Ingredere mecū si potes in sanctuariū
dei. Forte ibi si possum docebo te: imo disce mecū ab eo q̄
docet me: τ nūc nō eē malis bñ: τ meli⁹ eē bonis q̄ malis
q̄uis nōdū venerit bonorū plena felicitas: nondumq; ve
nerit malorum pena nouissima. Si legem dei diligenter
attendis/forte intelligis mecum nō esse bene malis. Ro
go em̄ te τ q̄ro abs te/tibi q̄re malū est? Responsurus es.
Egestas angit/pmit difficultas/dolor fortasse mēbrorū/
timor ab inimico. Tibi iō male est: q: pateris mala/et bñ
est illi q̄ est ipe malus? Multū interest/inter malū pati τ
malū esse. Tu qd pateris nō es: malū em̄ pateris/sꝫ tu ma
lus nō es: ille h̄ malū nō patit/τ mal⁹ est. Noli ḡ falli. Nō
pōt fieri vt tibi male fit: q: paterꝫ malū/τ illi bene fit q̄ est
mal⁹. Cū em̄ mal⁹ est: putas q: nō patit malū cū patit se
ipsum. Tibi male est: q: malum alienū pateris in corpore
tuo: τ illi bene est q̄ malū seipsum patit in corde suo? Tibi
male est q̄ forte malā habes vitā: τ bñ est illi q̄ malam hꝫ
aīam. Esto bon⁹: q̄ habes bona. Bone sunt diuitie/bonū
est aurū/bonū est argentū/bonum familie/possessiones
Oia ista bona sunt/sed vñ facias bñ nō q̄ te faciāt bonū.
Habeto bona q̄ te faciāt bonū. Que sunt inq̄s ista? Fac
iudiciū τ iustitiā. Bona sunt q̄ habes: fac iudiciū τ iusti
tiā: esto τ tu bonus inter bona tua/erubesce bonis tuis.
Esto bon⁹ māsurus inter bona peritura/erubesce bonis
tuis. Noli esse malus in eis ne pereas cū eis. Ita ergo au
rum τ argentū distribuit hoibus conditor rerū ꝫ admini
strator deus: vt ipsum per se natura: τ genere suo bonū sit
copia vero ei⁹ nō extollat bonos/nec elidat inopia. Ma
lus aūt hō τ cū offert excecat: τ cū aufert excruciat: q: et
cū acq̄runtur diuitie/falsam letitiā tribuūt: τ cū pdūtur
verā tristitiā derelinquūt. Discam⁹ amare veras diuitias
id est castitatē τ iustitiā pacē τ misericordiā. Iste em̄ iuste (Amor verarū diuitiarū.)
dicunt diuitie: q: bonis meritis iustisq; tribuunt. Ille vere
dicunt diuitie: q: q̄sq̄s eas habuerit nō egebit dum iuxta
aplm. Habēs victū τ vestitū his cōtētus est. Istas vero
terrenas diuitias: iniustū est putare diuitias: q̄ nō auferūt (j.Thi.vj)
egestatē. tm̄ em̄ magꝫ q̄sq; ardebit egestate auaritie quā
to magꝫ eas diligēs maiores habuerit. Quō ḡ sūt diuitie
q̄b⁹ crescat iopia: amatorib⁹ suis q̄tū fuerint āpliores nō
afferūt satietatē/sed inflāmant cupiditate diuitē. Tu pu
tas q: min⁹ idigeres/si min⁹ haberes: vñ bene q̄dā dixit:
Crescit amor nūmi quātum ipa pecunia crescit. Cū pecu
nie em̄ incremēto/rabies cupiditatꝫ augēt. Nā oēs aua
ri vel cupidi velut hydropis morbo egrotare vidēt. Quō
em̄ hydropic⁹ quāto plus bibit/tāto ampli⁹ sitit: ita auar⁹
vel cupidus acq̄rendo nō satiat. Nos vo fratres cogitā
tes peregrinos nos τ hospites esse in hoc seculo: hoc tm̄
qd ad victū τ vestitū op⁹ est nobis in itinere vite isti⁹ re
seruem⁹: τ quātū possumus in eternā beatitudinē p elee
mosynā pauperū dirigamus: vt cū in die iudicij cupidi τ
auari p sterilitate bonorū operū audire meruerūt. Disce
dite a me maledicti in ignē eternū: nos p bonis operib⁹ (Mat. xxv.)
¶ Cum autē esset Jesus hierosolymis in pascha in die festo/multi crediderūt in eum. Ipse aūt nō credebat seipsum eis/eo q ipe nosset oēs: τ non opus erat ei vt quis testimoniū perhiberet de hoīe: ipse em̄ sciebat qđ esset in hoīe.

Nota verba.

Patet causa quare dn̄s ad festiuitates iudeorū celebrandas corporaliter venerit: vt vez plures per eius predicationē crederent. Ait enim euangelista: q: cū esset Jesus hierosolymis/multi crediderunt in eum: sed ipse non credebat semetipm eis quia illi non sic credebant in eum: vt digni essent cū quibus christus familiariter habitaret. Licet enim iam credere putarentur/ipe introrsus corda eoꝝ intuebat̄: hoc est enim quod dicitur/eo q ipe nosset oēs. Nec volebat a talibus predicari/quos preuidebat in sua passione posse scandalizari. Nō em̄ illi opus erat/vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine. Hi nimirū typum tenebant catecuminorū/q̄ iam credunt in christum: sed ipse non se credit eis: q: nondum renati sunt aqua baptismatis. Nemo enim pōt introire in regnū dei/nisi prius renatus fuerit ex aqua τ spūsctō.

Joā. iij

Inde etiā mos ecclesiastic⁹ obtinuit: vt catecuminis nō credantur mysteria corporis τ sanguinis christi/ quāq; ipsi se in christū credere fateant̄. Nos vero q̄ τ in christo iam renati/τ viuificis corporis eius sacramentis sumus initiati: agamus nomini eius eternas gratias/eiusq; misericordiā dignis inquātū sufficim⁹ laudib⁹ extollamus qui nobis ita dignatus est incōprehēsibili pietate cōtrahere/vt ipse in nobis τ nos in eo maneremus.

Mos ecclesie antiquus.

Magnū est certe quod presumimus: sed securi sum⁹ de eius verassima promissione qua ait. Qui manducat meā carnem τ bibit meū sanguinē/in me manet τ ego in eo.

Joā. vj.

Proinde inspiciamus diligenter penetralia cordium nostrorū: et quicquid vitijs fedum/quicquid sordidum deprehēderimus: his precipue diebus festinemus orationibus et ieiunijs/ac lachrymis emūdare profusis. Preueniam⁹ faciem eius in confessione/si cupim⁹ eius in futuro vultum cernere sine cōfusione. Ad celestē patriā gaudētes tēdamus: vt nulla nos seculi obiecta prepediant nec prospera reuocent/nec aduersa retardent. Neq; em̄ vile aut caducū aliq̄d nobis ꝓmittit̄: sed illud qđ nec oculus vidit nec auris audiuit/nec in cor hoīs ascēdit. Ad qđ mereamur puenire opitulāte ipo qui nos dignatus est vocare.

j. Cor. ij

¶ Feria. III. Joannis. VII.

¶ In illo tempore: Jam die festo mediāte ascēdit Jesus hierosolymā in tēplū τ docebat. Et mirabant̄ iudei dicētes. Quō hic literas scit: cū non didicerit. Et reliqua. Homilia lectionis eiusdē.

Ab lectiōe que hāc precedit narrat sanctus euangelista: q: ābulabat dn̄s in Galilea: nō em̄ volebat ire in iudeā: qm̄ iudei querebant eū occidere. Cū ergo ibi esset: τ vt ita dictum sit ꝓpter cōcitatā cōtra se ꝑsecutionem delitesceret esset q; in primo dies festus scenophegie: dixerūt fratres eius ad eū. Transi hinc τ vade in Judeā iterū/vt τ discipuli tui videāt opera tua q̄ facis.

Joā. vij

Quos videns dn̄s labilē τ caducā huius mūdi gloriā q̄rere/τ celestem paruipēdere: rn̄dit. Uos ascēdite ad diē festū: ego non ascendam ad diē festū istū. Cū igit̄ hec τ plura alia ad redarguendos cōfundēdosq; humane laudis cupidos dixisset/tūc quidem mansit in Galilea.

Tex.

¶ Jam autē mediante die festo (nā per octo dies agebat̄ ipsa solēnitas/sicut nunc lectū est) τ ipse Jesus ascendit.

Tex.

¶ Et mirabant̄ iudei dicētes. Quomodo hic literas scit/cū nō didicerit: Quid nā hoc est q dn̄s anteq̄ ad festiuitatē veniret querebant eum: τ murmur magn⁹ erat de ipso. Ecce adest qui querebatur/docet qui latebat: palā loquit̄/τ non tenebatur Sed illud erat exempli/hoc potestatis. Latuit enim vt nos doceret ꝑsecutionē fugere: ɓm qđ alibi precipit. Si ꝑsecuti vos fuerint in vna ciuitate fugite in aliam.

Mat. x.

Et mirabant̄ inquit iudei. Mirabant̄: nō tn̄ ab infidelitate cōuertebant̄. Sȝ vnde mirarent̄ aperit̄ cum subdit̄. Un̄ hic literas scit/cū nō didicerit: Nouerāt vbi nat⁹ τ quō fuerat educat⁹. Nūq̄ eū viderant literas discentē: audierāt tn̄ eum de lege disputantē: legis τ ꝓphetarū testimonia proferentē: qđ nemo alius faceret qui legē ipsaȝ nō legisset. Nemo aūt ipsam legē legeret/nisi pri⁹ literas didicisset.

Christo vn̄ legis notitia.

Hac de cā mirabant̄/nō intelligētes eū legis auctorē esse τ dn̄m. Or si credere voluissent/nequaq̄ mirarent̄ si ille legē nosset q̄ ipam legē dedisset. Uez hec illoꝝ admiratio/facta est vitatis magro altioris doctrine isinuāde occasio. Rn̄dit em̄ dn̄s aliq̄d ꝓfundum/τ attētius inspi-

Tex. ciendū. Nam sequit᷑. ❡ Rn̄dit eis Jesus. Mea doctrina
nō est mea: sꝫ eius qui me misit. Paucis v̄bis quasi cōtra-
rium aliq̄d dn̄s dixisse videt᷑. Nō em̄ ait: ista doctrina nō
est mea: sed mea doctrina nō est mea. Querēdū ergo q̄d
sit: mea doctrina nō est mea: si em̄ sua/ quō nō sua? Sꝫ re-
colam⁹ q̄d beat⁹ Joānes in exordio hui⁹ euāgelij dixerit
Joan. j. ⁊ ibi reperire poterim⁹ hui⁹ solutionē q̄stiōis. Ait em̄. In
principio erat v̄bū: ⁊ v̄bū erat apud deū/ ⁊ de⁹ erat v̄bū
Que est ergo doctrina patris/ nisi verbū patris? Verbū
em̄ alicui⁹ est verbū. Et ideo suā doctrinā dixit nō suā: q̄r
ip̄e nō a se est/ sed v̄bū patris est. Qd̄ ergo ait. Mea do-
Resolu- ctrina nō est mea: tale est/ ac si diceret. Ego q̄ doceo/ non
tio v̄bo- sum a meip̄o. Cū em̄ credam⁹ ⁊ ꝯfiteamur filiū pr̄i eē eq̄-
rū subti- lem ꝑ diuinitatē: nec vllā recipiam⁹ inter generantē ⁊ ge
lium. nitū/ vel nature vel substātie differentiā: tn̄ ille pr̄/ ille fili⁹
Et pater quidē de nullo: q̄r de se de⁹ est. Fili⁹ v̄o nō de se
sed de patre genitus est deus: sicut sp̄ūs sc̄tūs a patre ꝓce
dit ⁊ filio. Et hi tres vn⁹ de⁹: vnū lumē: vna potētia: vna
maiestas. Et q̄r hoc tā ꝓfundū mysteriū videbat nō oēs
posse intelligere/ dat ꝯsilium quid agentes ad illud per-
Tex. tingere valerent. ❡ Si quis inquit voluerit voluntatē
eius facere: cognoscet de doctrina mea/ vtrum ex deo sit:
an ego loquor a meipso. Si quis voluerit voluntatē pa-
tris facere: hoc est si quis voluerit in filium eius credere:
cognoscet de doctrina mea/ hoc est intelliget. Ergo intel
lect⁹ est merces fidei. Nō ergo intelligendū est vt creda-
mus/ sed prius credendū vt intelligam⁹. Scriptum nāq̄
Esa. vij. est. Si nō credideritis: nō intelligetis. Ergo faciam⁹ vo
Joan. v. lūtatē patris/ hoc est credam⁹ in filiū dei patris. Hec est
voluntas patris: iuxta qd̄ alibi idē fili⁹ dicit: hoc est op⁹
dei vt credatis in eū quē misit ille. Cognoscenda sane est
necessario hui⁹ verbi structura: aliud em̄ est/ cū dicimus
ꝑ datiuū casum credo tibi: aliud ꝑ actm̄ credo in te. Dici-
m⁹ certe nos credere Paulo/ sꝫ nō in Paulū. Dicim⁹ cre-
dere nos Petro/ sꝫ nō in Petrū. Ergo aliud est credere
deo aliud credere in deū. Credere em̄ deo est v̄bis illi⁹ fi-
dē accōmodare s̄m qd̄ demones credūt ei ⁊ cōtremiscūt
Credere v̄o in deū: est deū credēdo amare/ credēdo dili-
gere/ mēbris ei⁹ credēdo incorporari. Hec est fides quā a
Distinctio nobis exigit de⁹/ q̄ ꝑ dilectionē opat᷑. Si q̄s ergo facit vo
de fide. lūtatē p̄ris credēdo in filiū ei⁹ cognoscet de doctrina chri
sti q̄r nō aliūde: nō de nihilo sed de patre est manēs in p̄re
Tex. equalis. ❡ Qui a semetip̄o loquit᷑/ gloriā ꝓpriā querit
Quib⁹ v̄bis antichristū notat: thesaurū malitie ⁊ ꝑditio
nis filiū. Qui vt ap̄ls ait. Aduersat᷑ ⁊ extollitur supra oē
qd̄ dicit᷑ deus/ aut qd̄ colit᷑: ita vt in tēplo dei sedeat/ ostē-
dens se tāq̄ sit de⁹. Hic ergo cū venerit/ a semetip̄o loq̄-
tur sua se auctoritate venisse/ nō a deo missum dicēs: nec
Joan. v. dei sed suā quesitur⁹ gloriā. De q̄ alibi dicit. Ego veni in
noīe p̄ris mei/ ⁊ nō suscepistis me: si alius venerit in noīe
Tex. suo/ illū accipietis. ❡ Qui aūt querit gloriā ei⁹ qui misit
eū: hic verax est ⁊ iniustitia in illo nō est. Sꝫ vtriq̄ dn̄s his
v̄bis insinuat: q̄ cū ꝑ diuinitatē equalis esset patri: tn̄ per
susceptā serui formā apparēs in tp̄e/ q̄ erat creator: tēpoꝝ
nō suā/ sed patris quesiuit gloriā. Vel nobis certe ꝑ hoc
prebuit exēplū humilitatis: vt nos q̄ puri hoīes sum⁹: nec
ex nobis boni quicq̄ possum⁹/ totū deo tribuam⁹/ ad ei⁹
laudē ⁊ gloriā referam⁹: cū vel boni aliq̄d facim⁹: vel ei⁹
largiente clemētia recte scripturas illi⁹ intelligim⁹. Sed
nos ecōtrario bona q̄ agim⁹/ nobis sup̄be ascribim⁹: ma
la v̄o n̄ra creatori n̄ro irrogam⁹/ causantes q̄ tales nos
fecerit. Christ⁹ vero dn̄s noster gloriā p̄ris querebat: ⁊ id
circo verax est/ ⁊ iniustitia in illo nō est. In antichristo v̄o
iniustitia est: ⁊ verax nō est: q̄r suā nō dei gloriā q̄siturus
Tex. est. Nō est a deo missus/ sꝫ venire ꝑmiss⁹. ❡ Nōne Moy-
ses dedit vobis legem? Et nemo ex vobis facit legem: q̄d
me queritis interficere? Illi quidē gloriabant᷑ legis p̄ce-
pta implere: sed aperta reuincunt᷑ sententia. Lex em̄ ho-
micidiū vetat: quō ergo legem faciebant/ qui saluatorē
interficere cogitabant? Nam si legē recte legissent ⁊ ope
re impleuissent: in ipsis scripturis suis christū agnoscerēt
⁊ nunq̄ de ei⁹ morte tractassent. ❡ Rn̄dit ei turba. Tur Tex.
ba (inquit) incerta sp̄ ⁊ turbata/ nulla rōnis ordine p̄re-
dita. ❡ Demoniū habes. Quis te q̄rit interficere? O sce Tex.
lus inexpiabile: o blasphemia neq̄ in hoc seculo/ neq̄ in
futuro remittenda. Nā peius fuit h̄ dicere q̄ christū occi
dere: ei nāq̄ dicebant: demoniū habes/ qui suo imperio de
monia expellebat. Obturādē essent aures ad tam scele-
stam cōtumeliā/ nisi ipsius dn̄i exēplo disceremus habere
patientiā. Neq̄ a furiosis ⁊ turbatis hec audiēs turbat⁹
est/ sed in sua veritate trāquillus permanēs: nō reddidit
malū ꝑ malo: nec maledictū pro maledicto. Quib⁹ si re
spondere voluisset/ vos potius habetis demoniū: verū
vtriq̄ diceret. Nisi em̄ pleni essent demonio/ loqui nō pos
sent tā ꝑuerse de deo. ❡ Rn̄dit ergo eis. Vnū opus feci: Tex.
⁊ oēs miramini. Ac si diceret. Quid tantū miramini insa
natione vnius hominis: quantū miraremini/ si oīa opa
mea videretis? Vnam em̄ rem fecerat: sanauerat in sab-
bato paralyticū qui triginta ⁊ octo annis decumbebat/ Joan. v.
⁊ turbati sunt: q̄r non intelligebant eum esse auctorē sab
bati. Non destruxerat sabbatum/ hominē in eo sanando
q̄r ad salutem hominum/ sabbati custodia fuerat data.
❡ Propterea Moyses dedit vobis circūcisionē: non q̄r Tex.
ex Moyse est/ sed ex patrib⁹. Moyses quidem legem de
creuit/ vt circūcisio seruaretur: sed nō ip̄e auctor est circū
cisionis. Multo em̄ ante legē tp̄e Abraā primus accepit
circūcisionē a dn̄o/ in signum magne fidei sue. ❡ Et sab Tex.
bato circūciditis hominem. Tāq̄ diceret. Reuincit vos
Moyses. Precipitur in lege/ vt hominem octaua die cir
cūcidatis: precipitur etiam vt sabbatizetis septimo die.
Si ḡ octaua dies illius q̄ nat⁹ est euenerit: die septimo
hoc est in sabbato/ quid facietis? Vacabitis vt custodia- Argu-
tis sabbatū an circūcideritis infantem vt impleatis octa mētatio
ue diei sacramentum? Sed noui q̄r circūcideritis: quoniā pulchra.
signum salutis est/ ⁊ non debet hō vacare a salute. Nunc
ergo mihi indignamini: q̄r totum hominem sanum fecit
in sabbato. Quia ⁊ curatus est vt sanus esset in corpore:
⁊ credidit vt sanus esset in anima. ❡ Sed si circūcisionē Tex.
accipit homo in sabbato vt non saluat᷑ lex Moysi: mihi
cur indignamini: quia totū hominem sanū feci in sabba-
to? ❡ Illa quippe circūcisio ob tres precipue causas data
fuerat. Primo: vt signū esset magne fidei Abrae. Secun
do: vt per eam a ceteris nationibus discernerent᷑ in cor-
pore: sicut fimbrijs palliorū distinguebant᷑ in veste. Ter-
tio: vt illam in virili mēbro suscipientes: castitatē mentis
⁊ corporis se obseruare debere cognoscerent. Et tantum
valebat tunc circūcisio/ quantū ⁊ in nouo testamento ba
ptisma: q̄r oīa peccata per eam dimittebant᷑: excepto q̄
ianuā regni celestis nequaq̄ aperire poterat. Nō ergo a
tam vtili ⁊ ꝓficua re propter inanis otij sabbatum vaca-
re debebāt. Mystice vero illa circumcisio figurabat ba-
ptisma quod nunc in ecclesia geritur: quo verissime oīa
peccata dimittunt᷑/ ⁊ celeste regnum credentib⁹ aperit᷑.
Exhibebatur vero circumcisio in virili membro: ꝑ quod
humana ꝓpagatio ministrat᷑: vt ostenderet᷑ ꝑ vnū hoiē
pctm̄ intrasse in mundū/ ⁊ ꝑ pctm̄ mortē. Et sicut oīs hō
cū p̄putio nascit᷑: ita oīs hō cū originali pctō ḡnatur: a q̄
cū oībus vitijs ꝑ baptismū/ qd̄ est v̄a ⁊ sp̄ūalis circūcisio
expoliamur. Petrinis aūt cultris circūcidebant᷑ hoīes:
q̄r vt ait ap̄ls. Petra aūt erat christus. Cui⁹ noīs inuo- j. Cor. x.
catione/ simplex aqua baptismatis sp̄ūali potētia fecūda
tur vt hoīb⁹ sp̄ūalē possit p̄stare ḡnationē. ❡ Nolite iudi Tex.
care s̄m faciē/ sed iustū iudiciū iudicate. Scd̄m faciē iudi
care: est ꝑsonā in iudicio cōsiderare. Et isti ꝑsonaliter ꝯsi
derabāt: q̄r illis qui in sabbato paruulos circūcidebāt nō
irascebant᷑/ dn̄o aūt indignabant᷑: q̄r in sabbato totū ho-
minē fecisset. Justū q̄ppe iudiciū iudicate: qd̄ si facit᷑: ne-
q̄ me/ neq̄ Moysen cōdēnabitis: sꝫ v̄itate ꝑspecta nullā-
tenus mea opa Moysi p̄ceptis cōtraire videbitis. Sane
hec dn̄i admonitio: nō solis facta est iudeis/ nos etiā dn̄s

monuit/ nos instruxit. Sic ergo verba eius audiamus:
quasi presens nobis loquatur. Ait enim. Nolite iudicare
s̄m faciem/ sed iustum iudicium iudicate. Magni labo-
ris est hoc vitium fugere. i. non ad intuitum persone iudi
care/ sed iustum iudicium proferre. Nullus quippe alius
hoc potest implere/ nisi ille qui omnes equaliter diligit:
qui in iudicandis causis non attendit ambitum sed me
ritū: nec considerat quis iudicandus/ sed vnde sit iudicā
dus. Nec hoc dicimus de illis/ quos pro graduū honore
Tex. diuerso modo iubemur honorare/ sed de illis quoꝝ cau-
sas dicere/ ac dijudicare iubemur. ❡ Dicebant aūt q̄dā
ex hierosolymis. Nōne hic est quē querūt interficere? Ec
ce palā nunc loquit᷑: ⁊ nihil ei dicūt. Isti q̄ hoc dicebāt no
uerant/ q̄r dn̄s a iudeis querebat᷑/ sed nō intelligebāt q̄
Tex. sua potentia nō tenebat᷑: atq̄ ideo putauerunt principes
iam credidisse: q̄r ipse esset christ⁹. Dicūt ei. ❡ Nūq̄d vere
cognouerūt principes: q̄r hic est christ⁹. Sed ostendūt se
Tex. nondū credidisse cum subiungūt. ❡ Sed istū nouimus
Que- vnde sit. Christus autē cum venerit/ nemo scit vnde sit?
stio vti- Quid est qd̄ dicūt. Christ⁹ cū venerit nemo scit vnde sit?
lis. Nā Herode locū natiuitatis christi req̄rente: respōderūt
q̄ in Bethleem nasciturus esset: ⁊ ipsa sua verba ꝓphetica
auctoritate cōfirmauerūt. Sed nouerant locū natiuita-
tis ei⁹: non aūt poterāt cōprehēdere generationē diuini-
Esa. liij. tatis eius: ꝓpheta dicente. Generationē eius q̄s enarra
bit? Ac si dicerent. Istum sic vt aliquem ex ceteris hoīb⁹
nouim⁹: nihil in illo diuinū/ nihil regale attēdim⁹. Chri-
stus v̄o noster deus omnipotētissimus venturus est: ⁊ vni-
uerso mūdo imperaturus. Hoc em̄ erat causa mortis il-
loꝝ. Ideo em̄ in christū credere nolebant: q̄r solā humani
tatem cōsiderabant/ diuinitatem ꝑpendere nō valebant
Unde ⁊ dn̄s illis ad vtrūq̄ respondit: vel de humanita-
Tex. tis fragilitate/ ⁊ de diuinitatis maiestate. ❡ Clamabat
em̄ docens in templo. Et me scitis: ⁊ vnde sim scitis. Hoc
de sua dixit humanitate: s̄m quā ⁊ locum natiuitatis ei⁹:
⁊ parentū nobilitatē/ ⁊ vultus effigiem nouerant. Scie-
bant ergo eum: q̄r de regali stirpe descenderat ⁊ nobilita
Tex. tis lāpade illustris latere nō poterat. ❡ Et a meip̄o non
veni/ sed est verus qui misit me/ quē vos nescitis. Hoc ad
suā retulit diuinitatē: s̄m quē ignorabant eū esse dei filiū
⁊ a patre missum in mundū. Nesciebāt etiā deū patrē/ q̄
verus est ipsius genitor veritatis: quē nesciebāt: q̄r igno-
rantes filiū/ nec in eū credētes/ ad dei patris notitiā ꝑue
Tex. nire nō merebant᷑. Deniq̄ subiungit. ❡ Ego aūt noui eū
Si ergo cū noscere vultis: a me querite vt sciatis/ q̄r ab il
Tex. lo sum: ⁊ ille me misit. Pulcherrime ⁊ q̄ breuissime diui-
nitatē/ simulq̄ humanitatē suā cōplex⁹ est. ❡ Ab ip̄o in-
Tex. quit sum: q̄r filius de deo patre natus sum. Nā quicq̄d est
filius/ ab ipso est: ⁊ ei debet cuius est filius. ❡ Et ip̄e me
misit: hoc est incarnari ꝯstituit: hoc est qd̄ me videtis/ qd̄
presentem attēditis. Cū aūt audiam⁹ deū patrē misisse fi
liū: ne cogitem⁹ nature dissimilitudinē/ sꝫ patris auctori
Tex. tatē. ❡ Querebāt ergo eū apprehēdere: ⁊ nemo in eum
misit man⁹: q̄r nōdū venerat hora ei⁹. Nemo inq̄t in eum
Passio misit man⁹: h̄ est: nullus vim fecit/ null⁹ eū rapere p̄sum-
christi vo psit: q̄r nondū venerat hora ei⁹/ hora vel volūtatis eius.
lūtaria. Sicut em̄ voluntate natus: sic ⁊ sua volūtate passus est.
Nā sicut ante secula preordinauit matrē virginē de qua
nasceret᷑: sic etiā presciuit ⁊ p̄elegit mortē quā pateret᷑: et
tp̄s q̄n pateret᷑. Hui⁹ hore reminiscēs dū pēderet in cru-
Jo. xix. ce dixit. Cōsummatū est. Et iclinato capite tradidit sp̄m.
Nō ergo potuerūt iudei cōprehēdere: q̄r ip̄se mortē suā ⁊
ministros mortis sue in sua habebat p̄tāte: ac cum ip̄e vo
luit pati/ etiā si voluissent a nece eius iudei abstinere nō
potuissent. In altero igit᷑ misericordia: in altero veritas
prerogata est. Misericordia quidē in humilitate carnis
qua pati voluit: veritas in p̄tāte diuinitatis/ q̄ donec ip̄se
voluit cōprehēdi nequiit. Vtrūq̄ ꝓpter nostrā salutē ge-
stū est: ꝓpter quos hō fact⁹ fuerat/ q̄ hoīem creauerat: ne
periret qd̄ fecerat. Nō ḡ sim⁹ ingrati tātis beneficijs que
ab ip̄o immeriti accepim⁹ ⁊ indigni. Obediam⁹ p̄ceptis
eius/ vt sim⁹ cōpotes ꝓmissiōis ei⁹. Queram⁹ sp̄ūali desi
derio vultū eius: queram⁹ faciē eius semp̄. Queramus
eū: nō sicut iudei vt eū occidam⁹/ sꝫ vt ab ip̄o viuificemur
Queramus nō vt eū a nobis expellamus/ sed vt cum eo
in perpetuū maneamus. Tu autem.

❡ Feria quarta. Joannis. IX.

❡ In illo tempore: Preteriens Jesus vidit hominem cecum a natiuitate? Et interrogauerunt eum discipuli eius. Rabbi: quis peccauit: hic aut parentes eius: vt cecus nasceretur? Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

Venerat filius dei ad
solennitatē scenophegie: ⁊ nouissimo die eius
dē festiuitatis stans in tēplo docebat populū
qui ad diem festū cōfluxerat. Redarguebat iudeos infi-
deles: ⁊ mysterijs sue diuinitatis instruebat fideles. Sꝫ
miseri ⁊ toti⁹ boni inimici iudei/ v̄ba illi⁹ ferre non valē-
tes/ ad lapides confugerūt: querentes obruere/ quē non
poterant intelligere. Ipse aūt transiens ꝑ medium illoꝝ
ibat: necdū quippe venerat hora/ quā prefiniebat passio
ni: quia nō in scenophegia/ sed in pasca pati disposuerat.
❡ Preteriens ergo dn̄s sicut nūc euangelista loquitur Tex.
vidit hoiem cecū a natiuitate: hoc est cecū natū/ quē ma
ter de tenebris vteri ꝓfuderat in nocte mūdi. Vidit inq̄t
illū. i. misert⁹ est illi⁹. Videre em̄ illi⁹ misereri est. Hinc scri
ptū est Respexit dn̄s Petrū. ❡ Et interrogauerūt eū di Tex.
scipuli ei⁹. Rabbi/ q̄s peccauit: hic aut parētes ei⁹ vt cec⁹
nasceret᷑? Nouerāt sc̄i ap̄li ob multas causas dispēsatiōe
dei dari infirmitates hoīb⁹: aliq̄n ꝓpter purgationē pec- Infirmi
catorū: aliq̄n ad ꝓbationē: nōnunq̄ ad virtutū custodiā: tates q̄-
sꝫ ignorabāt qua haꝝ causa hō ille cec⁹ nat⁹ fuisset ideoq̄ modo a
interrogauerūt dn̄ꝫ quasi magistrū: vt ab eo discerēt qd̄ deo.
nesciebāt. ❡ Rn̄dit eis Jesus. Neq̄ h̄ peccauit: neq̄ pa- Tex.
rentes ei⁹. Quid est qd̄ dicit saluator: neq̄ illū/ neq̄ parē
tes ei⁹ peccasse. Si em̄ nullus hoīm sine pctō: quō paren
tes ceci nō peccauerūt? Nūq̄d etiā viuēdo ⁊ cōuersando
in mūdo/ nō plura pctā addiderāt? Si ergo hic ⁊ paren-
tes ei⁹ pctm̄ habebāt: quare dn̄s dixit/ neq̄ hic peccauit:
neq̄ parētes ei⁹. Sed sciendū q̄r dn̄s ad rē de qua fuerat
interrogat⁹ rn̄dit: illi em̄ interrogauerūt vtrū de suo/ an
parentū pctō cec⁹ nat⁹ fuisset? Ad hoc rn̄dit dn̄s: neq̄ illū
neq̄ parētes ei⁹ peccasse/ hoc nimirū vt ille cec⁹ nasceret᷑
Habebant ergo ip̄se ⁊ parentes eius pctā innumera/ sed
nō ꝓpter illa ip̄se cec⁹ editus erat. Quare ergo? ❡ Sed Tex.
inq̄t: vt manifestent᷑ opera ei⁹ in illo. Veritatis maḡr do
cet q̄ ad hoc sic natus sit: vt opa dei manifestarent᷑ in eo
quatenus ab ingenita cecitate illū liberādo: ⁊ lumē resti
tuendo/ filiū dei se esse oīb⁹ aperte mōstraret. ❡ Me opꝫ Tex.
operari opa ei⁹ qui misit me/ donec dies est. Sicut vbiq̄
ita ⁊ nunc oēm gloriā deo patri attribuit/ ei⁹ se dicēs ope
ra facere cui⁹ erat fili⁹. Ista erant opera dei patris ꝓpter
que dei filius venerat: illuminatio vel ⁊ sanatio generis
humani. Nam per illuminationem huius ceci/ illumina
tio significabat᷑ humani generis. Miracula deniq̄ no-
stri redemptoris ita iuxta literā facta credunt᷑ vt mystice
cōsiderata/ aliquid innuant faciēdi. Cecus ḡ iste genus
humanū presignat: qd̄ in primo parēte cecatū est: q̄r ex il Allego-
lo oēs traxim⁹/ nō solū originem mortis/ sꝫ etiā iniquita- ria pul-
tis. Et bene nō solū cecus/ sed etiā cecus a natiuitate dr̄: chra.
q̄r oēs hoīes (excepto illo qui de virgine nat⁹ est) cū pec-
cato originali nascimur: ⁊ grauissima cecitate depressi in
mundū venimus: quā cecitatem de radice primi parētis
cōtraxim⁹. Qui bene vidēs cōditus fuerat: sꝫ diabolicis
ꝑsuasionib⁹ obtēperādo/ cecitatē incurrerat: quā in oēs
suos posteros transmittebat. Preteriēs aūt dn̄s vidit ce
cū. Nō em̄ stans/ sed preteriens vidit: q̄r in similitudine car

j. Pe. ij. uis apparuit/sed in via peccatoꝝ non steterit: q: pctm̃ non fecit/nec inuentus est dolus in oꝛe eius. ℣Hinc est q ꝑ m alterit loci parabolá/Samaritan⁹ secus sauciũ venit. Dñs em̃ ibi per sauciũ/hoc significatur hic per cecũ. Et qđ ibi dicit venit: hic ꝓtererijt. Venit ergo dñs secus sauciũ/ꝛ ꝓtereriẽs vidit cecũ: q: appꝛopinquauit vie mortalitatis nostre: non tamen fixit vestigiũ in via peccatoꝝ. Venit em̃ vt cecitatẽ peccatoꝝ nr̃oꝝ tolleret/nõ vt eam suscꝛiperet. ℣Hec ergo opera pr̃is se dicebat oportere operari: q: venerat querere ꝓdita/ꝛ restaurare coꝛrupta. Donec ing̃t dies est. ℭ Venit nox qñ nemo põt operari. Quaz vellet intelligi definite/exꝑessit cũ subiũgit. ℭ Quãdiu sum in mundo/lux sum mundi. Sed quid est quod dixit. Me oportet ꝑari donec dies est. Nũquid em̃ tantũmõ operatus est/qñ ꝓsentia coꝛporali fuit in mũdo: Si em̃ hoc receperim⁹: iam post eius ascensionem est ista terribilis ꝛ meruenda nox in mũdo/de qua nemo potest operari. Et recte ipse alibi repromisit. Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus/vsq; ad cõsummationẽ seculi. Si g̃ est cum sanctis vsq; ad cõsummationẽ seculi: vtiq; semp operatur vsq; ad finem seculi. Qui em̃ tunc ꝓsentia coꝛporali fuit in mũdo/nunc diuina potẽtia vbiq; ꝓsens est mundo. Querẽdum g̃ que sit ista nox qua nemo potest operari. Nox ista impioꝝ est: quib⁹ dicet. Ite maledicti in ignẽ eternũ/qui ꝑparatus est diabolo ꝛ angelis eius. Nox ista erit: qñ damnatis oĩbus repꝛobis/nullus iã locꝰ penitentie/nulla facultas venie restabit: q: in inferno nemo ꝓfitebit dñm. Opatur g̃ dñs donec dies est: q: dum hic viuimus/expectat ꝛ horꝛatur ad cõfessionẽ: ꝛ punire detractat: adest oĩbus inuocãtib⁹ se in veritate. Venit nox qua nemo põt operari: q: finito mũdo/receptis celo electi/clauso ostio/vanus labor est/ꝛ sera pnia. Clamãtib⁹ em̃ dñe dñe aperi nobis: rñdebit. Nescio vos: discedite a me opa rij iniquitatis. Proinde audiam⁹ aplm dicentẽ. Dũ tp̃ habem⁹ operemur bonũ. Nũc est tp̃s operãdi bonũ: nũc ꝙ recipiẽdi/quod fueris operat⁹. Sed videam⁹ qđ dñs fecerit. ℭ Hec cũ dixisset: expuit i terrã ꝛ fecit lutũ ex sputo: ꝛ liniuit sup oculos eius ꝛ dixit. Vade laua in natatoria siloe/qđ interꝓtat⁹ missus. Dirabilis ꝛ ipa fuit nouitas re stupẽda ceci curatio/magnũ fi intelligam⁹ cõmẽdat mysteriũ. Expuẽs quippe in terrã fecit lutũ: ꝛ oculos ceci inunxit. Sputũ quod a capite in os defluit/diuinitatem christi significat: q: caput christi deꝰ. Et sapiẽtia loquitur Ego ex oꝛe altissimi pdiui/ꝑmogenita añ oẽm creaturã Et Salomon de ipsa. Vapoꝛ est em̃ virtutis dei: ꝛ emanatio qdã maiestatis eius ꝑsyncera. Lutũ de terra/caro christi est. Expuẽs g̃ i terrã lutũ fecit: q: Nr̃ũ caro factũ est: ꝛ habitauit in nobis. Inunctus iã ceꝰ nõdũ videt/donec venit in naratoria Siloe: qđ interꝓtatur missus. Nõ vacat a mysterio q eu ãgelista buĩ⁹ nois posuit interꝓtationẽ qđ inquiẽs interꝓtat missus. Quis em̃ missus/nisi ille qui dicit. Nõ veni a meipso/sz a patre missus sum. Christ⁹ em̃ vere est missus: q: nisi ille fuisset missus/null⁹ nostruz a pctõ fuisset dimissus. Piscina g̃ illa baptism⁹ est christi Lauit ceꝰ in piscina Siloe/qđ interꝓtatur missus: ꝛ illuminat⁹ est: q: in christo baptizati illuminant. Cat̃ ergo in unctus est: quasi catecuminus fact⁹ est: sz egebat lauari id est baptizari: vt illuminaret. Catecumin⁹ ꝙo inũgit vt doceat. Nã catecumin⁹ grece/latine instruct⁹ dicitur Baptizat ꝙo vt verũ lumen agnoscat: ꝛ remissionẽ oĩm pctõrũ accipiat. ℭ Iraq; vicini/ꝛ qui nouerant eũ prius: q: mendicus erat dicebãt. Nõne hic est qui sedebat ꝛ mẽdicabat. Alij dicebãt q: hic est: alij añ nõ/sed filius eius est. Hunc errore aperti oculi fecerũt illuminat⁹ quasi mutauerat vultũ. Sed ille nõ ingrat⁹/nec collati inemor: bñfacij dicebat. ℭ Ego sum. Cõfitebat se esse illum. Dicebãt ergo illi Quõ aperti sunt tibi oculi Rñdit. Ille hõ q dicitur Jesus/lutũ fecit et sputo: ꝛ vnxit oculos meos ꝛ dixit. Vade ad natatoria Siloe ꝛ laua: ꝛ abij ꝛ laui ꝛ video Beneiam videbat/qui fic gratiã sibi datã annuntiabat

Ter.
Luc. x.
Ter.
Ter.
Ioan. xxviij.
Noctis spualis descriptio.
Xu. xiij. Bal. vj.
Ter.
Ecclj. xxiiij. Sap. vij Joan. j.
Piscina baptismũ declarat.
Ter.
Ter.
Ter.
Ter.
Ter.
Ter.
Ter.
Ter.

Jam ergo euãgelizat christũ ꝓdicat illuminatoꝛẽ suũ. ℭ Dicebãt ergo ei. Ubi est ille: Ait. Nescio. Adducunt eum ad eos/necdũ spualiter erat illuminat⁹. Predicabat autez christũ: sed quẽ ꝓdicaret ignoꝛabat. Nã vt supra ille ait hõ: nesciens deũ dicere/q: quasi catecumin⁹ erat/ꝛ docere necesse habebat. ℭ Adducũt eũ ad phariseos q̃ cecus fuerat. Erat aũt sabbatũ in die illa qñ lutũ fecit Jesus: ꝛ aperuit oculos ei⁹. Iterũ g̃ pharisei interrogabant eum quo vidisset. Ille g̃ dixit eis. Lutũ posuit mihi sup ocꝰlos ꝛ laui ꝛ video. Dicebãt ergo ex phariseis quidã. Non est hic hõ a deo/q̃ sabbatum nõ custodit. Non oẽs hoc dicebant: sz quidã. Jã em̃ inungebant/iam veritas coꝛroꝛdi bus subrutilare incipiebat. Isti hõ q̃ dñm reprehẽdebant potius cecꝰ erat: nec inuncti erant/nec videbãt. Reprehẽdebant em̃ dñm/q nõ custodiret sabbatũ: cũ ipe ꝑpetuo ab oi seruili ope vacaret: q: pctm̃ non fecit. Hoc est nãq; spualiter sabbatũ custodire/feriatũ esse a pctõ: qđ est op⁹ seruile: q: ois q̃ facit pctm̃/seru⁹ est pcti. Sz illis ista dicẽtib⁹: alij q̃ iam illuminationi appꝛopinquabãt/dicebant.

Sabbati violatio.
Jo. viij.

ℭ Quõ põt hõ pctõr: hec signa facere: Et schisma erat iter eos. Schisma grece latine scissio. Scissi ergo erãt: q: pars veritati assentiebat/ꝛ pars falsitati applaudebat. Christus dies/inter lucẽ ꝛ tenebras diuisus est. ℭ Dicũt ergo ceco iterũ. Tu q̃d dicis de eo q̃ aperuit tibi oculos: Interrogãt quid de suo illuminatoꝛe sentirer: vt occasionem inuenirent qua eũ de synagoga ꝓscirent. Sed ille q̃d de eo existimaret cõstanter aperuit. Ait em̃. ℭ Quia ꝓpheta est. Necdũ in coꝛde illuminat⁹: sed inunct⁹ tantũ nescit dicere filiũ dei: sed cõfitet ꝓphetam esse: nec tamẽ erras ꝓ oia fallebat. Ipse em̃ de se ait. Nõ capit ꝓphetã perire extra Hierusalẽ Et nemo ꝓphꝛeta sine honoꝛe/nisi in patria sua. ℭ Nõ crediderũt de illo q̃ cecꝰ fuisset ꝛ vidisset/donec vocauerũt parẽtes eius q̃ viderat: ꝛ interrogauerũt eos dicentes Hic est filius vester quẽ vos dicitis/q: cecus nat⁹ est: Quõ ergo nũc videt: Rñderũt eis parẽtes eius ꝛ dixerũt. Scim⁹ q: hic est filius nr̃⁹: ꝛ q: cecꝰ natus est: quõ nũc videt nescimus: aut q̃s eius aperuit oculos nescim⁹. Ipsum interrogate: etatẽ habet/ipe de se loquat. Videbant em̃ ꝛ sibi ꝛ illi calũniã struit: ꝛ ideo dicũt Scimus q: hic est filius noster: ꝛ q: cecus nat⁹ est. Si autem vultis scire quõ nũc videat/ipsi interrogate debetis q: etatẽ habet/olim loquit. Juste quippe ꝓ infante loq̃ cogeremur: q: infans ꝑ etatẽ loqui rõnabiliter non põt. Hec aũt illos nõ ob ignoꝛantiã/sed ob metũ dixisse euãgelista ostendit: cũ subdit. ℭ Hec dixerũt parentes ei⁹: q: timebant iudeos. Jam em̃ cõspirauerãt iudei: vt si q̃s eum ꝓfiteret esse christũ extra synagogã fieret. Ꝓ o magno apud illos tpis ducebat: si quem de synagoga eiecissent. Sicut em̃ modo homicide/vel adulteri/vel cereris capitalib⁹ criminib⁹ rei ab eccl̃a pellunt: ita tũc cõfessores christi a synagoga iudeoꝝ eliminabant. Hoc metuebãt incurrere parẽtes ceci nati: ideoq; dixerũt. Ipse de se loquat. ℭ Vocauerunt rursum hoiem qui cecꝰ fuerat ꝛ dixerunt ei. Da gloꝛiam deo. Gloꝛiam deo dare est verita tem de aliqua re quasi ꝓsente deo loqui. Sed isti volebant/vt negaret christum. Nam quid est aliud dicere da gloꝛiam deo/nisi nega donũ quod accepisti: cũ certe hoc nõ sit gloriã deo dare/sed eum blasphemare. ℭ Nos scimus q: hic homo peccatoꝛ est. Sic illũ volebant dare gloriam deo: vt (sicut ipsi) diceret christum peccatoꝛẽ. Sed ille vt neq; pateret calumnie: neq; veritatem subtelaret non dixit: scio eum iustum/sed respondit. ℭ Si peccator est nescio: vnũ scio q: cecus cũ esse modo video. Dixerunt ergo illi Quid fecit tibi: quomõ aperuit tibi ockos: Ille qui toties interrogatus/toties responderat/iam quasi quodam tedio affectaret/ꝓpter illoꝝ durities ꝛ incredulitatem cũ quadã apoꝛia respondit. ℭ Dixi vobis iam ꝛ audistis/quid iterũ vultis audire: Nũquid ꝛ vos vultis eius discipuli fieri: Quia enim ipse iam credebat/iã dñi discipulus factus erat: ideo dicebat. Nunq̃d ꝛ vos sicut

ego vultis

Ter.
Ter.
Ter.
Ter.
Ter.
Ter.
Ter.

dixerũt veni vt lãguentẽ sanas: nõ hoc certe ause sunt dicere: sufficiebat illis/si tãtũ nosceret q̃ ifirmaret: sciebãt ei q̃ nõ desereret quẽ amabat. Ecce iquiũt: quẽ amas infirmat. Tãq̃ dicerent. Satis est vt hoc noueris dñe: nec op⁹ est vt ad nos veniẽs fatigeris. Ibi pcipe: t hic qđ iusseris fiet. ¶ Audiẽs aũt Jesus dixit. Infirmitas hec nõ est ad mortẽ: ſz p gl̃ia dei: vt glorificet fili⁹ dei p eã. Quare dicis dñe ad mortẽ nõ est: cũ Lazar⁹ ineuitabiliter sit mortu⁹? Nouerat t hoc dñs: t vt sic fieret ipe voluerat: sed post mortẽ cũ suscitare decreuerat. Qđ g̃ rndit: infirmitas hec non est ad mortẽ: tale est/ac si dicat: mors hec nõ est ad mortẽ. Nõ em̃ mouit: vt sicut cereri hoies mortui: a morte teneat: sed vt mirabiliter resuscitet. P:o gl̃ia dei: vt fili⁹ dei gl̃ificet p eã/subaudiẽdũ infirmitatẽ. Hec aũt gl̃ificatio nõ ipm̃ aut̃ q̃ summe pfect⁹ est: t pficere nõ nouit: sed nobis pfuit: quatenꝰ p hoc tãtũ miraculuz in eũ crederem⁹: t eternã aie mortẽ euaderem⁹. Sz videamus diligẽtius qđ dixerit. Ait em̃. P:o gl̃ia dei: decide ad iũtit: vt gl̃ificet fili⁹ dei p eã. Ergo fili⁹ dei de⁹. Hoc contra hereticos q̃ dixerũt christũ nõ esse natura deũ: ſz gra. Vñ qđã illoz dixit. Nõ inuideo christo facto deo: b t ego fieri possim si volo. ¶ Diligebat aũt Jesus Martha et sororẽ ei⁹ Mariã t lazarũ. Ille lãguebat/ille dolebat: sed spem matrimã habebat: q: diligebat ab eo q̃ t dolẽtiũ est cõsolator: t lãgueriũ sanator: ipsoz etiã mortuoz suscitator. ¶ Ut ergo audiuit q: infirmabat/cũ qđẽ manſit in eodẽ loco duob⁹ dieb⁹. Noluit tunc dñs venire/distulit sanare/vt posset mirabili⁹ resuscitare. Manſit ergo illic donec quatriduũ impleret. ¶ Deniq̃ post hec dixit discipulis suis. Eam⁹ in Judeã iterũ. Territi sunt discipli q̃ audiebãt illũ velle iterũ in Judeã venire. Nouerãt cõspiratione immanissimã qua illũ iudei pseqbãt/t mortis trahere laborabãt: idcirco dicebãt ei. ¶ Rabbi/nũc q̃rebãt te iudei lapidare: t iterũ vadis illuc? Rndit eis q̃ humanã rabiem timere nõ poterat. Nõne duodecim hore sunt dici? Si q̃s ambulauerit in die nõ offendit: q: lucẽ huius mũdi videt. Si aũt ambulauerit in nocte/offendit q: lux in eo nõ est. Audierãt sancti discipuli dñi in iudeã iterũ velle venire: ac formidãtes ne bon⁹ magr̃ a iudeis cõprehenderetur: quasi cõsiliũ ei dare/t de incepto reuocare volebãt. Nõ adhuc pfecte itellexerũt dispẽsatione, ppter quã venerat: ad hoc em̃ de⁹ hoiem induerat/vt p salute hoiz moreret. Sic t beat⁹ Petrus cũ audisset dñm de passione sua loquentẽ/quasi reuocare eũ volẽs/dixit. Absit hoc a te dñe/nõ morieris. Cũ ergo apli dño cõsulere quodammodo vellẽt: redarguit eos dicens. Nõne duodecim sũt hore diei? Si q̃s ambulauerit in die nõ offendit: q: lucẽ huius mũdi videt. Si aũt ambulauerit in nocte/offendit q: lux in eo nõ est. Audierãt sancti discipuli dñm in iudeã iterũ velle venire: ac formidãtes ne bon⁹ magr̃ a iudeis cõprehenderetur: quasi cõsiliũ ei dare/t de incepto reuocare volebãt. Nõ adhuc pfecte itellexerũt dispẽsationẽ

solui põr. Precipit ergo dñs discipulis vt cũ absolnãt/et abire finant: q; ipis ⁊ reliquis ministris scrẽ ecclie et succes/oribus eox/data est prãs dimittendi pcã. Air enim. Quecũq; soluerit/sup terrã: erũt soluta ⁊ in celo. Simul eriã cõmẽdata est hoc loco vnitas christi ⁊ ecclie. Quia ereñ christ⁹ capur est ⁊ ecclia cop⁹ ei⁹: christ⁹ suscitat/discipuli soluũt: vt liqđe monstret: neminẽ sine vnitate fidei catholice posse a pcõx morte suscitari. Sane nõ est omittendũ q; in scto cuãgelio/tres rãtũ mortuos resuscitasse dñs legitur. Plures quidẽ resuscitasse mortuos nõ dubitat: qm quidẽ beatus Joãnes dicit. Multa alia signa fecit Jesus in cõspectu discipulox suox/que nõ sunt scripta in libro hoc. Sz tres tãtũ referunt certi causa mysterij. Denicq; suscitauit filiã archisynagogi/adhuc interdomesticos parietes cõstitutã/nec pmisit secũ quẽq; intrare/nisi Petrũ/Jacobũ ⁊ Joãnẽ/⁊ pres ⁊ matrẽ puelle. Suscitauit eriã filiũ vidue mulieris/extra portã sue ciuitatis delatũ/multis cotã positis ⁊ cernẽtib⁹. Suscitauit prerea Lazarũ iam sepultũ/iã feridũ. Ista tria genera mortuox significãt tria genera hoiz pcox: quos dño suscitat christus. Nã p filiã archisynagogi q̃ intra domũ paucis vidẽtib⁹ resuscitata est: designant hi q̃ pcm intus in cõsciẽtia clausum habẽt: ⁊ necdũ ad opus erumpũt. Verbi gra. Cũ mortuus est aliq̃s mala cõcupiscentia/deliberat si adsit facultas implere q̃ illicite ocupiuit: iã mortuus est. sed intra domũ clausus est. Dicit enim dñs. Qui viderit mulierẽ ad cõcupiscẽdã eam: iam mechat⁹ est eã in corde suo. Necdũ corpe ad eam accessit: sed corde cõsentit: mortuus iam est: sed nõdũ clarus est. Hic si aliq̃ diuina inspiratione reprehendit malã cõcupiscẽtiam ponit nequã cõsensum: reuiuiscit ad salutẽ in secreto cogitationis. Sunt alij q̃ post cõsensum ad perpetrãdũ facinus exeũt: ⁊ quasi mortuus de latebris animi proferunt vt q̃d latebat in secreto/appareat in publico. Sed hi rarissimi. Plerisq; diuinit⁹ admoniti cõuertunt: et ad vitã animẽ resuscitant. Sunt prerea nõnulli qui faciẽdo q̃d malũ est/eriã se mala cõsuetudine implicãt: adeo vt ipa mali cõsuetudo nõ pmittat eos intelligere malũ esse q̃d faciũt: ⁊ nõnũq; defendũt malũ q̃d agunt: irascunt cũ reprehendunt. Hi quasi iam sepulti: ⁊ ingenti mole. i pondere male cõsuetudinis obruti sunt. Ad hos quippe dignatur dñs venire occulto sue misericordie instinctu: si rñ habuerint fructus penales. i. spũales anime. fructus/quarũ iteruẽtu possunt reuocari ad vitã. Verũ quandã ostẽdit dñs difficultatẽ cũ fremit spũ/cũ turbat seipm cũ clamat voce maxima vt ostendat/q; magne obiurgationis clamoribus⁹ opus est aduersus eum/qui in peccãdi cõsuetudine duraverit. Nõ ergo de his desperandũ est. Ad voces nãq; dñi corre/muunt infirmus/surrexit quatriduanus mortuus: liberatus est peccatox/eriã a cõsuetudine cõmittẽdi reat⁹. Sed pius cum intrinsecus p scipm viuificat: postea p sacerdotũ ministeriũ absolnit: nullus quippe pcrõ: absoluẽdus est antequ; per dignã penitentiã cor rectus ⁊ intrinsec⁹ appareat viuificat⁹. ¶ Multi aũt ex iudeis q̃ venerãt ad Mariã ⁊ Marthã: ⁊ viderũt q̃ fecit/crediderũt in cũ. Facto tã glorioso ⁊ cũctis seculis pdicando miraculo: nõ oẽs. sz multi iudeox credidisse dicunt. Quo loco durissima infidelitas ⁊ cõuertibilis in malo pnacia nota est. Et reuera tãtũ erat pcm illox: vt aliter nõ possent digne fidem christi suscipere/nisi prius filiũ dei interficerent. Hinc ps. Imple facies eox ignominia: ⁊ querent nomẽ tuũ dñe. Pul⁹ em cõfusiõe ⁊ ignominia repleti sunt: cũ post christi ascensionẽ audirẽt apl'os eius resurrectionẽ pdicãtes: ceperũt erubescere ⁊ ppendere quãtũ scelus in nece saluatoris admisissent: ficq; nomẽ eius quesierũt cũ pculsi timore apli dicerũt. Quid faciem⁹ viri fratres/indicare nobis. Quib⁹ beatus Petrus. Pniam ingt agite/⁊ baptizetur vnusq̃sq; vestrũ in remissionẽ pcrox. Sic em aũ seculo decreuerat vt mortẽ sua illũ q̃ habebat mortis imperiũ. i. diabolũ destrueret: ipsoq; mortis sue ministros mortuus sibi, subiugaret. Quocirca nos ingnigni mortis trisphatoũ gratias dignissima exultatione solueme⁹: illi die bus ⁊ noctib⁹ laudũ preconijs extollamus: precipue misericordiã illius implorem⁹: quatenus nos ira sua per oñia faciat obedire mãdatis: quo nullo in nobis regnãte peccato: ipsi mẽte et desiderio adherere: atq; ad gaudiũ beate visionis mereamur feliciter peruenire.

¶ Sabbato Joãnis. VIII.

¶ In illo tempore: Dicebat Jesus turbis iudeorum. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me: non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite. Et reliqua. Homilia lectionis eiusdem.

Postquã dñs ⁊ redemptor noster mulierẽ in adulterio deprehensam a seuitia iudeox se lapidare volentiũ eripuit/⁊ a reatu adulterij misericordissime absoluit: ne alicui forsitan fidelis in dubiũ veniret: vtrũ nã is quẽ verũ hoiem putabat posset pctã dimittere: dignat apertissime qs sit ex diuinitatis potẽtia demõstrare. Air em. ¶ Ego sum lux mũdi. Lux qppe erat icõprehẽsibilis ⁊ incircũscripta diuinitas que sub velamine assumpte carnis latebat: cuius auctoritate huic mulieri ⁊ cuicunq; volebat pctã dimittebat. Hec est illa ꝑa lux q̃ illuminat oẽm hoiez venientẽ in hunc mũdũ: dei vez sapia q̃de illo lumine eterno ⁊ indefinẽti processit. Cuius splẽdorẽ humana fragilitas aliter sufferre nõ potuisset/nisi se illa sicuti nube carnis circũdedisset per quã veluti p lucidissimũ speculũ diuine huius luminis claritatẽ humanis mentib⁹ innotesceret. Ergo purganda est interioris hominis acies: ⁊ ab omni vitio: ũ labe quasi humore nocio immunis custodienda: vt veri huius luminis aspectu digna reddat. ¶ Qui sequit me nõ ambulat in tenebris: sed habebit lumẽ vite. Ac si verbis alijs manifesti⁹ diceret. Qui in presenti meis iussis obsequitur/⁊ mea inquãtũ sufficit exẽpla imitatur: in futuro nõ timebit tenebras eterne dãnationis: sed lumine vite eterne perfruet: vbi sublato metu mortis/de sola dabit perẽnitate gaudere. Hẽ sunt meruẽde tenebre oñi nocte terriores: nec oculis exterioribus q̃bus alba ⁊ nigra videmus: sed interioribus quib⁹ iusta ⁊ iniusta discernimus quib⁹ nõ corporeas et visibiles formas aspicim⁹/sed veritatẽ intelligibiliter cõtemplamur. ¶ Riderũt ei Pharisei Tu de teipso testimoniũ phibes: testimoniũ tuũ nõ est verũ. Sic ista rñdent rãq; solus ipse testimonium phiberet: atq; verũ nõ esset eius testimoniũ: cũ pster: q; anteq; veniret dñs ⁊ p carnẽ visibilis appareret/multos testes fimisit: ⁊ quasi lucernas spũ pphetie accẽdit: q̃ eius natiuitatẽ/passionem/resurrectionẽ ⁊ ascensionẽ pdixerũt. Et q̃ bus pcipuus ⁊ magn⁹ fuit Joannes baptista: cuius magnitudinẽ ipse saluator attestat/dicẽs. Inter natos mulierũ nõ surrexit maior ⁊c. Et alibi idẽ dñs cũdẽ lucernã vocat dicens. Ille erat lucerna ardẽs ⁊ lucens. Hic ergo testimoniũ t̃no nro Jesu christo phibuit dicẽs. Ego vos baptizo: sz q̃ post me venit fortior: me est: cui⁹ nõ sũ dign⁹ corrigiã calciamẽti soluere. Sed iudei ista nõ attendẽtes: ex hoiũ facti imemores: quasi solus sibi testimoniũ daret dicebat. Tu de teipso testimoniũ phibes: testimoniũ tuũ nõ est verũ. Sz audiam⁹ q̃d eis dñs rñderit. ¶ Et si ego testimoniũ phibeo de meipso/testimoniũ meũ est verum: q; scio vnde veni ⁊ quo vado. Quib⁹ ꝑbis se simul ⁊ deũ patrẽ oñdit: cui oẽm gloriã dabat vnigenit⁹ filius. Si ingt ego phibeo testimoniũ de me/verũ est meũ testimoniũ: q̃ patris testimonio cõfirmat. Scio em vnde veni: q; ab eo missus sum: et quo vado: q; peracto mysterio mee incarnationis reuertar ad patrẽ. Non aũt q̃n ad nos veniret patrẽ deseruit: nec rursum quando ad patrẽ redijt reras. Neq; enim tale lumen est christus/quod locis tẽporibusq; comprehendatur: ficut sol iste corporeus qui non potest accedere ad occidentẽ nisi recedat ab oriente. Nõ

Tria genera peccatorum noranť.

Matt. xviij.

Joã. xj.

Lu. viij.

Ter.

Fides christi ꝑ batur.

Act. ij.

Ter.

Ter.

Ter.

Ter.

Ter.

Lux spiritualis exponit.

Ter.

Matt. xj. Joã. v.

Ter.

Ter.

Ter.

Ter.

Joan. j. ira de illo ꝑo lumine q̃d est christ⁹ sentiendũ est: q̃d vbiq; totũ est/q̃d vbiq; ineffabiliter lucet. Ipe em alibi dicit. Deũ nemo vidit vnq̃. Unigenit⁹ filius q̃ est in sinu ptis ipe enarrauit. In terris loq̃bat ⁊ apud patrẽ se esse dicebat: sed ꝑ assẽptionẽ iã recessurus de mũdo/pmisit fidelib⁹/discens. Ecce ego vobiscũ sum oib⁹ diebus⁹/vsq; ad cõsummationẽ seculi. Verũ igit erat testimoniũ quod de se phibebat: q; a patre missus eius testimoniũ habebat: atq; hoc impleto eo quo venerat redibat. ¶ Vos sm carnẽ iudicatis: ego nõ iudico quẽq̃. Hoc de primo eius aduentu accipi debet. Duo em sunt oñi aduẽt⁹. Primus misericordie: secũs iudicij: ille pactus est/iste in fine seculi futur⁹ est Matt. xxviij. Aduẽt⁹ duo. Ter. Ter. Ter. Ter. Ter. Una est cognitio dei. Dañ. xiij Ter. Ter. Ter. Ter. Ter.

passiõe/verio: est iustitio: q̃ lerãdi rõ ḡ dolẽdi. Fuerat tũc discipulo: excusabilis pauo: nec diffidẽtie culpã aplic' mero: inciderat: qñ cõcurrẽtib' ad vnũ sceles iudeis/iudeoq̃ principib' superbus rauo: pinguiũ tumo:: t pterua virulo: petulantia seuiebat: qñ sub oculis ouiũ pastoris iusti sanguinẽ fremẽtiũ bestiarum rabies expectabat: qñ oẽq̃ etiã ipse qui pati venerat/de nostre nature cõmunione dicebat. Tristis est aia mea vsq̃ ad mortem. Nũc aũt postq̃ p susceptionẽ infirmitatis potẽtia est clarificata virtus: nulla fideliũ mestitudine pascalis est obscuranda solẽnitas: nec cũ tristitia nobis gesto: o:do celebrandus est: cũ ira dñs vsus sit malitia iudeo:: vt de intentione faciendi/voluntas sit implera misereris. Si aũt in exitu israel de egypto agni sanguis fuit redemptio liberatis: t sacratissima est facta festiuitas: q̃ per hostiã pecudis irã auerteret pastoris: quãta ppls christianis cõcipienda sunt gaudia: p quib' oiporẽs pater filio suo vnigenito nõ pepercit/sed p nobis oib' tradidit illũ: vt in occisione christi pasca esset verũ t singulare sacrificiũ quo nõ ex dñatione Pharaonis vn' ppls/sed ex diaboli captiuitate totus mundus eruit? Hoc ergo est illud dilectissimi sacramẽtũ/cui ab initio oĩa famulata sunt mysteria. Nũc sanguis iusti Abel mortẽ summi pastoris eloquitur: t in parricidio iudeo: Cain interfecto: fratris agnoscit. Nũc diluuiũ t Noe arca manifestat/q̃d fit renouationis in baptismo t q̃d salutis in ligno. Nũc Abraã gentiũ pater/promissos acquirit heredes: t in semine eius nõ germẽ carnis/sed fidei ppago benedicit. Nũc ad pũritia tũ festis oib' festũ/facer nouo: mẽsis emicuit: vt in quo accepit mũdus exordiũ/in eodẽ haberet christiana creatura principiũ. Quis ergo fremẽres iudei fecerãt in dominũ Jesum q̃ũq̃ voluerint: t suscepti hois veritatem nullis co:antib' prãs diuina subtraxerit: patiẽtia tñ ofi cõsilij sui inunus impleuit: t pertinacia sacrilege crudelitatis/pfecit operi saluatoris: q̃ nõ Scribe/nõ Pharisei/nõ summi põtifices itelligere. Si eñ cognouissent nũq̃ dñm gtle crucifixissent. Nec ipse itaq̃ diabolus intellexit q̃ in semẽdo in christũ suũ destrueret pincipatũ: q̃ antiq̃ fraudis iura nõ pferet/si se a dño Jesu sanguine cõtineret. Sed malitia nocendi auida: dũ irruit/ruit: dũ capit/capta est: t dũ psequit mo:talẽ incidit in saluatorẽ. Immisit in illo molimine impudẽtis audacie/dignũ coopertoriũ. Et dignũq̃ cõsortẽ: cui impi' Judas maluit ministerio esse diaboli q̃ apls christi: qui nõ timoris cõturbatione deseruit: sed pecunie cupiditate distraxit. Videte dilectissimi t pudẽter inspicite: q̃ germina t q̃les fructꝰ de auaritie stirpe nascant: quã merito aplꝰ radicẽ esse maloꝝ omniũ definiuit: q̃ nullũ pcrũ fine cupiditate cõmittit: et ois illicit' appetit' istius auiditatis est mo:b'. Immoũ pecunie vilis est ois affectio: t aĩa lucri cupida etiam p exiguo perire nõ meruit: nullũq̃ est iustitie in illo cor: de vestigiũ/in quo sibi auaritia fecit habitaculũ. Hoc perfidus Judas inebriat' veneno/ũ sitit lucrũ/puenit ad laqueũ: t tã stulte impi' fuit/vt triginta argẽteis t finẽ vẽderet t magistrũ. Cũ aũt se ad excipiendũ iniq̃tatis iudicio dei filij pbuisset: beat' Petr' apls cuius fides ea deuotione feruebat: vt nõ copati paratus esset t cõmouncilla sacerdotis calũmiante exterritus infirmitatẽ negationis incurrit. Ob hoc sicut apparet hesitare pmissus: vt in ecclie principe remediũ penitẽtie cõderet: t nemo auderet de sua virtute cõfidere: q̃ mirabilitatis periculũ nec beatus Petrus posset euadere. Dñs aũt Jesus q̃ intra pontificale cõciliũ solo corpore tenebat/trepidatione dissipuli foris positi diuino vidit intuitu: t pauentis animũ mox vt respexit erexit: t in fler' penitudinis incitauit. Felices lacrymæ apls lachrymæ tue: q̃ ad diluẽdũ culpã negationis/virtutẽ sacri habuere baptismatis. Affuit eñ de terra dñi Jesu: q̃ labẽtẽ re prius q̃ decideret excipere: et qua firmitatem standi in ipso cadendi periculo recepisti. Vidit in te dñs non fidem fictã/non dilectionẽ auersam/sed constantiã fuisse turbatã. Abũdauit fletuo/vbi non defecit affect' t fons charitatis lauit verba fo:/midinis: nec tardũ est remediũ abolitionis/vbi non fuit iudicium voluntatis. Cito itaq̃ in soliditatẽ suã rediit petra tanta recipiens fortitudinẽ: vt quod tũc in christi expauerat passioe/in suo pcessit supplicio nõ timeret. Tu aũt.

Matt. xxvj.

Ro. viij.

Flẽtre passiõis pertinent.

Auaritia ẽ fit dãnabilis.

¶ De eadẽ dñica. Joannis. VIII.

¶ In illo tempo:e: Dixit Jesus turbis iudeoꝝ et pncipibus sacerdotũ. Quis ex vobis arguet me de peccato. Si veritatem dico: quare nõ creditis mihi. Qui ex deo est: verba dei audit: propterea vos nõ auditis: quia ex deo non estis. Et reliqua. Homilia beati Gregorij pape.

¶ Ensate fratres charissimi mansuetudinẽ dei: relatare pcã venerat et diceba:. ¶ Quis ex vobis arguet me de peccato? Non dedignat ex ratione ostendere se pcẽtem nõ esse: qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Sed terribile est valde q̃ sequ:tur. ¶ Qui est ex deo verba dei audit: propterea vos non auditis: q: ex deo non estis. Si eñ ipse ẽba dei audit q̃ ex deo est: t audire ẽba dei nõ põt q̃sq̃ ex illo nõ est: interroget se vnusq̃sq̃ si verba dei in aure cordis pcipit/t intelligit vnde sit. Celestes patriã desiderare veritas iubet/carnis desideria conteri mũdi gloriã declinare/aliena nõ appetere/propria largiri. Penset ergo apud se vnusq̃sq̃ vestrũ/si hec vox dei in cordis aure cõsonuit: t q̃liam ex deo sit cognoscit. Nã sunt nõnulli qui pcepta dei nec aure corporis pcipere dignatur. Et sunt nõnulli qui hec quidẽ corporis aure pcipiũt: sed nullo ea mẽtis desiderio coplectunt. Et sunt nõnulli qui libenter verba dei suscipiũt: ita vt etiã in fletib' commũgant: sed post lachrymarũ rpa ad iniq̃tatẽ redeunt: hi profecto verba dei nõ audiũt: qui hec exercere in opere cõtẽnũt. Vitã ergo vestrã fratres charissimi ante mẽtis oculos reuocate: t alta consideratione ptimescite: hoc q̃ ex ore veritatis sonat/propterea vos nõ auditis: q: ex deo nõ estis. Sed hoc q̃ de reprobis veritas loquitur: ipsi hoc de semetipsis reprobi suis operib' ostẽdũt. Nã sequitur.

Ro. viij.

Ioan. viij.

Ioan. v.

Ioan. viij.

Ioan. viij.

Ioan. viij

ij.co.xiij. dicens. An experimētū q̄ritis ei⁹ qui in me loq̄tur christ⁹
Esa.lij. Scti em̄ p̄dicatores pedes christi erāt/ p̄p̄ha dicente. Q̄
speciosi pedes euāgelizātiū pacē euāgelizātiū bona. Per
pedes hos itur⁹ erat ad gētes: vt fidē ꝛ salutē quā iudei
Tex. sp̄reuerant/ gētes reciperēt. ¶ In nouissimo aūt die ma-
gno festiuitatis/ stabat Jesus ꝛ clamabat dicēs. Si q̄s si-
tit veniat ꝛ bibat. Qui credit ī me/ sicut dicit scriptura(p
uerb. Salo.) flumina de vētre ei⁹ fluēt aq̄ viue. Solemni-
tas scenophegie tūc celebrabat̄. i. tabernaculoꝝ ī memo-
riā illi⁹ tp̄is/ q̄n p xl. annos in vmbraculis habitauerāt i de-
serto. Agebat̄ hec solēnitas mēse septimo/ q̄ a latinis se-
ptēber appellari ꝯsueuit. Solēnizabātq; eā p octo dies: ꝛ
octaua dies. i. nouissima dies erat celeberrima ꝛ sc̄tissima
In hac nouissima die solēnitatis hui⁹ stabat Jesus ꝛ nō
tātū loq̄ndo/ s̄z clamādo aduocabat dicēs. Qui sitit/ ve
Sitis spi- niat ad me ꝛ bibat. Sitis ista nō erat corporis/ s̄z mētis. Si
ritualis q̄s sitit. i. q̄s vult credere ꝛ diligere christū: veniat nō passi
exponit. bus corporis/ s̄z affectib⁹ mētis: veniat nō migrādo corpalr
ad christū s̄z amādo christū: recedat ab amore s̄cli/ ꝛ susci-
piat amorē christi. Qui credit ī me(sicut dicit scriptura)
flumina de vētre ei⁹ fluēt aq̄ viue. Quā aquā intelligere
debeam⁹ necessario curauit euāgelista exponere subdēs
Tex. ¶ Hoc aūt dicebat de sp̄ū quē accepturi erāt credentes
in eū. Que igit̄ hec est aq̄/ nisi charitas q̄ p sp̄m̄sc̄tm̄ dif-
Rom.v. fusa est in cordib⁹ fideliū? Ait em̄ ap̄ls. Charitas dei dif-
fusa est in cordib⁹ nr̄is/ p sp̄m̄sc̄tm̄ q̄ dat⁹ est nobis. Uēter
q̄ hāc aquā recipere debem⁹ interior cōsciētia est/ q̄ cū sp̄ūs-
sancti aquā biberit. i. cū christi charitatē habere ceperit/
habebit fontē aq̄ viue: imo ip̄a efficiet̄ fons. Fōs em̄ iste
de vētre cōsciētie fluēs/ beniuolētia est/ q̄ charitatis aq̄ p
cedēs vult cōsulere p̄ximo. Nā q̄ bonū qd̄ habet sibi soli
putat sufficere: nec ad alienū satagit deriuare p̄fectū nō
fluūt aq̄ viue de vētre ei⁹: q2 nō diffundit̄ ad p̄ximos be-
niuolētia illi⁹. Nec vlla ariditate iste fons siccabit̄: s̄z ma-
gis magisq; pio cursu sp̄ augebit̄. Hoc aūt dixit de spiritu
quē accepturi erāt credētes in eū. Sp̄m̄sc̄tm̄ dicit quem
Joā.iiij. nos tertiā p̄sonā in sancta trinitate veneramur. Sciēdū
nāq; oib⁹ fidelib⁹ est: q2 tota trinitas de⁹ sp̄ūs est: dn̄o di-
cēte. De⁹ sp̄ūs est. Pr̄ g̃ sp̄ūs/ ꝛ fili⁹ sp̄ūs/ atq; ideo distin-
ctio fit p̄r̄is ꝛ filij. Tertia trinitat̄ p̄sona iā nō absolute spi
rit⁹/ s̄z cū epitheto sp̄ūsc̄tūs appellat̄. Hūc sp̄m̄sc̄tm̄ ante
Spūscā- ascensionē ap̄lis p̄misit: ꝛ post ascensionē die p̄tecostes
ctus q̄re in linguis igneis misit. Atq; ideo euāgelista dicit. Quē
dicitur. accepturi erāt credētes in eū. Habebāt q̄dē sc̄ti ap̄li/ ꝛ re
liq̄ fideles sp̄m̄sc̄tm̄ an̄ resurrectionē christi/ s̄z nō ita apta
datiōe illū acceperūt/ sicut postea accepturi erāt. Habe-
bāt sp̄m̄sc̄tm̄: vt ip̄i recte viuerēt/ ꝛ q̄busdā p̄dessent: acce
perūt sp̄m̄sc̄tm̄/ vt oē gen⁹ hoim ad fidē christi cōuertere
possēt. Hoc sp̄ū vniuersaliter tota ecc̄lia illuminat̄: instruit̄
Jā Petrus pdicat sine timore ⁊ cuȝ timore. Sine timore xxvj.

eorū q̄ occidūt corpus: cū timore eius q̄ habet potestateȝ
corpus ⁊ aiam occidēdi in gehēnā ignis. Timuit ois hō
⁊ annūtiauerūt opera dei. Nāqȝ annūtiātes istos aplos
opera dei/exhibuerūt sibi principes sacerdotū: cōminati
Act.v. sunt dicētes: ne i noie Jesu pdicarēt. Et illi dixerūt. Dicite
nobis: cui magis obtemperare oportet/deo an hoibus?
Quid illi dicerēt? Hoibus potius q̄ deo? sine dubio non
respōderēt/nisi deo poti⁹. Illi aūt sciebāt q̄d iuberet de⁹/
Mors q̄ ⁊ cōtempserunt minātes sacerdotes. Quia ḡ timuit ois
timēda. homo/nō terruit hō: ⁊ annūtiauerūt opera dei. Si timet
hō/nō terreat hō. Eum em̄ timere debet homo/a quo fa/
ctus est homo. Quod supra hoies est time: ⁊ hoies te nō
terrebūt. Mortē sempiternā time: ⁊ p̄sentē non curabis.
Voluptatē illā incorruptā ⁊ quietē sine labe cōcupisce/⁊
pmittentē dona ista tpalia totū mundū deridebis. Ama
ergo ⁊ time: ama qd̄ pmittit de⁹: time qd̄ minat de⁹. Nec
corrūperis ex eo qd̄ pmittit: nec terreberis ex eo qd̄ mina
tur hō. Et timuit ois hō: ⁊ annūtiauerūt opa dei. ¶ Et fa/
cta ei⁹ intellexerūt. Quid est facta ei⁹ intellexerūt? Hoc
erat illud o dn̄e Jesu christe qd̄ tacebas: ⁊ sicut ouis ad vi
Esa.liij. ctimā ducebaris: ⁊ nō apiebas corā tōdēte os tuū. Tu aūt.

Legitur sine titulo. Mat.XXVIII.

¶ Vespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati: venit Maria Magdalene: ⁊ altera Maria videre sepulcrū. Et ecce terremotus fact⁹ est magnus. Angelus enim domini descendit de celo: ⁊ accedens reuoluit lapidem: ⁊ sedebat super eum. Et reliqua. Homilia venerabilis Bede presbiteri.

Sine titulo.

Vigilias nobis hui⁹ sacratissime noctis/sicut lectione euangelica
audiuim⁹ fratres charissimi/resurrectio dn̄i
ac saluatoris nr̄i dedicauit. Juste em̄ hanc pro eius amo/
re vigilijs celebram⁹ ⁊ hymnis: q̄ pro nostro amore in ea
dormire in morte/ac de morte voluit excitari. Nam sicut
Ro.iiij. apostolus ait Mortuus est propter delicta nostra: ⁊ re/
surrexit ppter iustificationē nostrā. Mo ipo q̄s statu tēpo
ris: quo vel mortuus est in cruce/vel a mortuis resurrexit
ondit. Circa horā q̄ppe nonā: cū inclinata iā eēt ad vespe/
rā dies: ⁊ tepefact⁹ a meridiano feruore radius solis: my
steriū victoriosissime passionis cōsummauit/euidēter se
insinuās(ppter auferēda scelera: q̄b⁹ a diuina luce ⁊ di/
lectiōe in hui⁹ mortē pegrinatiōis incidim⁹)crucis subis/
se patibulū: surrexit mane pma sabbati: q̄ nūc dies dn̄ica
vocat. Manifeste docēs se nos a morte aie resuscitaturū
⁊ in lucē ppetue felicitatis eē pducturū. Sed ⁊ aliud no/
Secre/ bis memoriale mysterium tpe sue passiōis/sepulture ⁊ re
tū nota/ surrectionis itimare curauit. Sexta q̄ppe feria crucifix⁹
bile. est/sabbato q̄euit in sepulcro/dn̄ica resurrexit a mortuis:
significās electis suis p sex hui⁹ scl'i etates/inter pericula
persecutionuȝ bonis operib⁹ insudandū: in alia aūt vita
q̄si in sabbato ppetuo requiē animarū sperādā. Porro in
die iudicij q̄si in die dn̄ica/corporū quoqȝ immortaliū re/
ceptionē esse celebrādā: in q̄bus deinceps aie supno gau/
dio sine fine fruant. Qr aūt in lectiōe euāgelica dictū est:
q: scte mulieres vespere sabbati q̄ lucessit in prima sabba
ti venerint videre sepulcrū: ita intelligenduȝ est: q: vespe
quidē venire ceperint: sed lucescēte mane in prima sabba
ti ad sepulcrū puenerūt.i. vespe aromata parauerūt: q̄b⁹
corp⁹ dn̄i vngere desiderabāt: sed parata vespere aroma
ta/mane ad sepulcrū detulerūt. Qd̄ Mattheus quideȝ
breuitatis causa obscurius posuit: sed alij euāgeliste quo
ordine sit factum/euidentius ostendunt. Sepulto nāqȝ
sexta feria dn̄o/reuerse a monumento mulieres: paraue/
runt aromata ⁊ vnguenta q̄diu operari licebat: ⁊ sabba
Lu.xxiij to quidem siluerūt sm̄ mādatū/sicut Lucas aperte desi/
gnat. Cum aūt transisset sabbatū vesperaqȝ adueniente
tempus operandi redisset/mox prompti ad deuotionem
emerunt (que minus parauerant) aromata: sicut Mar/ Mar.
cus cōmemorat: vt venientes vngerēt eum: ⁊ valde ma/ xvj.
ne vna sabbatorū veniunt ad monumentum. Querēdū
aūt/cur noctem dominice resurrectionis euāgelista de/
scribens ait. Vespere autē sabbati que lucescit in prima
sabbati: cum consuetus ordo temporū habeat vesperam
magis tenebrescere in noctem q̄ in diem lucescere. Sed
mystice loquēs euangelista/quātū dignitatis hec sacra/
tissima nox de gloria deuicte mortis accepit insinuare stu
duit/dum eius exordiū quo deuote christo femine in ob/
sequiū illius vigilare ceperunt/in sequētē iam diē lucesce
re phibuit. Nā dn̄s auctor ⁊ dominator ⁊ ordinator tēpo/
rum qui in vltima noctis huius parte surrexit: totā eam
nimirū eiusdem resurrectionis luce festiuā reddidit ⁊ co
ruscā. Siquidē ab exordio mundane creationis vsqȝ huc
ita temporū cursus distinguebatur vt dies noctē precede
ret iuxta ordinem vcȝ prime conditionis. Hac autem no/ Ordo
cte per mysteriū resurrectionis dn̄i/temporū ordo muta/ dierȝ mu
tus est. Nam quia nocte resurrexit a mortuis: die vero se/ tatus.
quenti eiusdē resurrectionis effectum discipulis ostēdit/
ac participato cum eis conuiuio veritatem virtutis eius
mirantibus simul ⁊ gaudentib⁹ astruxit: rectissime nox
illa sequentis diei coniuncta est luci: ac sic temporum ordo
statut⁹ est/vt dies noctē sequat. Et quidē aptissime quō/
dam diem sequebat nox: q: homo a luce paradisi peccā/
do lapsus/in huius scl'i tenebras erūnasqȝ decidit: aptissi
me nunc dies sequit noctem: q̄n per fidem resurrectio/
nis a peccati tenebris ⁊ vmbra mortis/ad lucem vite chri
sto largiente reducimur. Quapropter necesse est fratres
charissimi/vt quia noctē hanc precipuā gratia dominice
resurrectionis illustratā cognouim⁹: ipi quoqȝ solicite cu
remus/ne qua ei⁹ particula nostro in corde tenebrescat/
sed tota lucescat in diē: ⁊ nunc vcȝ nobis vigilias eius di/
gne deuotione laudis agentib⁹: ⁊ cōpletis quoqȝ vigilijs
sobria ac pura conscientia diei dominice pascalia festa ex
pectantibus. ¶ Venit inquit Maria magdalene ⁊ alte Tex.
ra Maria videre sepulcrū. Due vnius nominis eiusdēqȝ
amoris ac deuotionis femine/que dominicū venerūt in/
uisere sepulcrū: duas fideliū plebes/iudaicā scȝ ⁊ gentilē
designant: que vno atqȝ indissimili studio passionē resur/
rectionēqȝ sui redeptoris quacūqȝ eius ecclesia p orbem
diffusa est celebrare desiderant. Qr autē terremotus (re/
surgente dn̄o de sepulcro: sicut etiā moriente in cruce) fa
ctus est magnus: significat terrena prius corda ⁊ celesti Terre/
spe deiecta/per fidē passionis ⁊ resurrectionis eius cōcu/ mot⁹ si/
tienda ad penitentiā: ⁊ saluberrimo pauore pmota/ad gnifica/
vitam sublimanda perpetuā. Qr angelus aduenit/obse/ tio.
quiū seruitutis sue quod dn̄o debuit exoluit. Quia enim
christus deus ⁊ homo est: inter acta humanitatis eius sp
angelorum ministeria deo debita non desunt: sicut inqui
sita sancti euangelij copiosissime pbat historia. Reuoluit
autem lapidem: nō vt egressuro dn̄o ianuā pandat: sȝ vt
egressus eius iam facti prestet hominibus indiciū. Qui
enim mortalis/adhuc clauso virginis vtero potuit nascē
do mundū ingredi: ipse absqȝ vlla dubietate iam factus
immortalis: clauso licet sepulcro potuit resurgendo exire
de mundo. Nec pretereundum quare testis dn̄ice resurre
ctionis angelus sedens apparuerit: cum is qui natiuita/
tis eius mundo gaudium euangelizabat/iuxta pastores
stetisse legatur. Stare quippe pugnātis est/sedere regnā
tis. Et recte stans apparuit angelus qui aduentū dn̄i in
mundo predicabat: vt etiā stando signaret/q: is quē pre/
dicabat/ad debellandū mūdi principem veniret. Recte
preco resurrectionis eius sedisse memoratur: vt etiam se/
dendo figuraret eū superato mortis auctore sedē regni Mat.
conscendisse perpetui. De q̄ ipse paulo post discipulis ap/ xxviij.
parens ait. Data est mihi ois potestas in celo ⁊ in terra. Mar.
Et euangelista Marc⁹. Et dn̄s q̄dem Jesus inq̄t postq̄ xvj.
locutus est eis/assumpt⁹ est in celū/⁊ sedet a dextris dei.

Sedebat autē sup lapidē reuolutū q̄ ostium monumēti claudebatur: vt claustra inferoꝝ sua dñm virtute deiecisse ac superasse doceret: q̄ten⁹ oēs quos ibi suos inuenisset ad paradisi lucē requieq̃ sublevaret: iuxta illud ꝓphe
Zach. ix ticū. Tu quoq̃ in sanguine testamēti tui eduxisti vinctos
Tex. de lacu in quo nō est aqua. ¶ Erat aūt aspect⁹ eius sicut fulgur: ⁊ vestimēta ei⁹ sicut nix: vt ipso q̄ habitu ⁊ vultu significaret: q: is cui⁹ gloriā resurrectiōis nūtiabat: ⁊ terribilis ad damnandū reprobos: ⁊ benign⁹ esset ac blandus ad cōsolandū electos. In fulgure etenī terror timo
Angel⁹ amabilis ⁊ terribilis. ris: in niue autē blādimentū cādoris exprimit. In cuius indiciū diuine discretionis ipse q̄ angel⁹ qui apparet et custodes sepulcri ipsos timore terreret ac mortuoꝝ instar terre psternit: ⁊ visitatrices eiusdē sepulcri pussimas benigna consolatione refouet/ac ne paueāt cōfortat: insup etiā familiari affatu prior ipse: q: sciret eas Jesum querere dicit. Et q: iam surrexit addit mox etiā ipsas bonorifico ac letissimo subditas ministerio/gaudiū resurrectiōis eius euangelizare precipit. Et q̄ felices femine que angelico docte oraculo/triūphū resurrectionis mundo annūtiare meruerūt: atq̃ mortis (quā Eua serpētino seducta affatu cōtraxit) imperiū p̄dicare dirutū. Quāto feliciores aie viroꝝ pariter ⁊ feminaꝝ: quotquot in die iudicij pcussis pauore ac digna vltione reprobis: ipse celesti gratia adiute/triūphare de morte/⁊ gaudiū beate re
Tex. surrectionis intrare meruerint. ¶ Currentib⁹ autē eis euāgelizare discipulis/occurrit Jesus/easq̃ salutat: ostēdens se oibus iter virtutū inchoantibus: vt ad salutē ppe
Tex. tuā peruenire queāt adiuuando occurrere. ¶ Ille autē accesserūt ⁊ tenuerūt pedes ei⁹. Uideam⁹ fr̄es in dño resurgēte a mortuis v̄itatē nr̄e carnis: videamus gloriā noue incorruptionis. Supius q̄ppe lectū est: q: clauso surrexit monumēto: nūc aūt legit/quia mulieres tenuerūt pedes eius ⁊ adorauerūt eū. Surrexit em̄ clauso ostio monumēti ⁊ exiit: vt immortale iā factū doceret esse corpus/ qđ in monumēto clausum fuerat mortuū. Tenēdas mulieribus p̄buit plantas/vt verā se h̄re carnē q̄ a mortalib⁹
Tex. tāgi posset intimaret. ¶ Ite inq̄t nuntiare fratrib⁹ meis vt eant in Galileā/ibi me videbūt. O mira pietas saluatoris/mira benignitas. Quos ante passionē discipulos ⁊ aliqn̄ etiā seruos vocare cōsueuerat/hos post resurrectio
Dignatio christi mira. nē fr̄es suos appellat: vt ⁊ eiusdē se hūanitatis quā ⁊ añ habuerat/habitū resurgēdo resumpsisse mōstraret: ⁊ illos quoq̃ ꝓmerendā sperandāq̃ in sua carne coronā immortalitatis qua ipe iā p̄minebat erigeret. Sane q̄ se in Galilea videndū a discipulis p̄dixit: ⁊ sicut sequētia scti euāgelij declarāt exhibuit: etiā in hoc mystice ⁊ veritatē sue resurrectiōis/⁊ nr̄e ꝑfectū vite sp̄ualis insinuat. Galilea q̄ppe trāsmigratio facta interpretat. Et bñ in Galilea videt a discipulis: q: iā de morte ad vitā/de corruptione ad incorruptionē/de pena transmigrauerat ad gloriā: vt victoriā resurrectiōis nō solū ostēsione corpis ⁊ exhortatione sermonis: sed noie loci q̄ in quo apparet ⁊ loq̄retur commēdaret. Sed ⁊ nosipsi gaudio resurrectionis eius ita solum tunc frui valemus: si nunc de corruptela vitioꝝ ad virtutum opera transmigrare satagimus. Unde curandū summopere est fratres mei: vt quia resurrectionis dñi ⁊ saluatoris nostri tēpus agnouimus: q: eius solēnia celebramus/cōtinuis bonoꝝ operū ꝑfectibus ad contēplandā ei⁹ celsitudinē trāsmigrem⁹: q: nr̄e resurrectionis temp⁹ ignoram⁹: qđ tñ futuꝝ nullo mō ambigimus: ⁊ oī quidē tpe ⁊ in hac p̄cipue nocte solicitas ꝑ eius expectatione vigilias agam⁹. Obsecrem⁹ m̄iam illius: qui suscepta pro nob humiliter morte/mox sublimiter superauit: vt nr̄e nos tpe resurrectiōis de morte ad vitā trāsmigrare cōcedat. Rogem⁹ eū q̄ pasca nr̄m imolat⁹ est christus: vt ⁊ inchoata pascalis gaudij solēnia/nos digne peragere: ⁊ ꝑ hec cōtingere ad gaudia p̄stet eterna. Inter hec v̄o notādū/q̄ hui⁹ sacratissime noctis ac redemptionis nr̄e quā colim⁹ solēnitas: iā olim est in antiq̄ dei pp'o mystice designata. Cū em̄ idē pp̄ls diu fuisset egyptia seruitute grauat⁹/nec eū dimittere vellent Egyptij ad liberum sui Exo. xij.
cōditoris exire seruitiū: tādē p̄cepit ei dñs in celebratione pasce immolare agnum: eiusq̃ carnes hac nocte assare ⁊ edere: ei⁹ sanguine qui esset fusus in limine/postē domoꝝ suarū vtrūq̃ ac superliminare pungere: atq̃ intus parati/ac vigilantē horam sue redēptionis expectare. Qđ dū facerent/ecce noctis huius medio dñs adueniēs/pcussis egyptioꝝ p̄mogenitis: liberauit pp'lm suū a pondere longe seruitutis: atq̃ ad terrā ꝓmisse olim patrie pduxit: iubens cū hanc noctē in memoriā sue saluationis oibus annis immolatione agne pascalis agere solemnē. Que ꝑfecto redēptio pp'li illi⁹ sp̄ualis nostre redēptionis (q̄ resurgēte a mortuis dño hac nocte cōpleta est) typū gessit: sicut etiā carnales eiusdē pp'li oppressores egyptij/dura nequitie sp̄ualis arma designāt: q̄bus subiectū sibi gen⁹ humanū impia dñatiōe p̄mebat. Sed veniēs agn⁹ immaculat⁹ Jesus christus dignatus est immolari ꝓ nobis: dedit sanguinē suū nostre salutis preciū: q̄ morte ad tps suscepta/mortis imperiū ppetuo dānauit: mirādoq̃/ ac desiderabili spectaculo agn⁹ innocēter occisus: leonis q̄ eū occiderat vires potēter attriuit. Agnus q̄ tollit pctā mūdi/leonē qui intulit pctā mūdo cōfregit. Agn⁹ q̄ nos sue carnis ⁊ sanguinis libamine ne pereamus reficit: leonē (qui nos rugiens circuīt: ⁊ quē de nobis pdat inq̄rit)
interficit. Agnus q̄ sue mortis signū frōtib⁹ nr̄is ad decu j. Pe. v.
tienda tela mortiferi hostis imposuit (nam ⁊ iō sanguis agni legalis in limine supliminari ⁊ vtroq̃ poste domoꝝ in q̄b⁹ edebat iussus est poni: vt etiā q̄dripertita sanguinis distictio/q̄drifidū dñice passiōis vexillū: q̄ nos signari liberamur exp̄meret) deiecit aduersariū nr̄e libertatis ⁊ pacis: q̄ insidiat nobis in occulto sicut leo in cubili suo.
Sicuti ḡ nocte hac imolato agno in Egypto: signati ei⁹ Triumph⁹ christi narratur.
sanguine domib⁹ fideliū/comestis ei⁹ carnib⁹ venit dñs repente: ⁊ eos qui mysterijs celestib⁹ exortes manebant puniēs: ecōtrario pp'lm quē sacramētis salutarib⁹ ībutū vidit redemit: ita nimirū dñs ⁊ redēptor nr̄ cū suū pro nobis corp⁹ ⁊ sanguinē hostiā patri obtulisset/subuertit potentiā diaboli: satellitū eius spirituūq̃ immūdoꝝ audacia comminuit: disiecit claustra inferni: electos q̄ ibidem (q̄uis in trāquillitate sinu) tenebant eruit: ⁊ hac ipsa nocte resurgēs a mortuis/ad celestia regni gaudia reduxit impleta ꝓphetia que dixit. Ascendēs in altū/captiuā duxit captiuitatē. Nec iustos solū q̄s apud inferos inuenit abstulit: verūetiā q̄s in carne adhuc positos suos esse cognouit: necnō ⁊ nobis q̄s in se credituros in fine tēporꝝ p̄uidit: remediū salutis morte sua ac resurrectiōe ꝓcurauit. Nobis ⁊ anteq̄ crearemur sp̄ualē vite alimoniā q̄ recrearemur sacrauit: signū victorie q̄ ab hostiū isidijs muniremur parauit: vite pennis iter qđ seq̄mur apuit. Uñ ⁊ ipsi merito nocte hac redēptionis nr̄e memores/vigilijs dño dignis instam⁹ ⁊ p̄cib⁹ lectionib⁹ diuinis q̄ date nobis gr̄e mūera narrāt audiēdis operā dam⁹: nouā adoptiōis plebē sp̄ualis egypti dñio subtractā/vni v̄o dño fonte regeneratiōis sacram⁹: missarū solēnia celebram⁹: corp⁹ sacrosanctū ⁊ p̄ciosum agni nr̄i sanguinē q̄ pctis redempti sum⁹/denuo deo in ꝑfectū nr̄e salutis imolam⁹. Et q: de resurrectiōis dñice fit ⁊ ereptiōis nr̄e mysterijs annua solēnitate letamur: studeam⁹ charissimi hec eadē mysteria interno mētis amore cōplecti: hec viuēdo sp tenere/hec q̄si mūda aialia nūc oris locutiōe rumināda: nunc cordis penetralib⁹ retractāda seruem⁹. Et añ oia talib⁹ vitā ducere curem⁹ actib⁹: q̄b⁹ nr̄e q̄ resurrectiōis euētū letantes mereamur aspicere: vt cum tuba nouissima totum gen⁹ humanū excitans/ad tribunal iusti iudicis aduocauerit nos a sorte reproboꝝ secernat/signū eiusdem iudicis nostri sacramur: a pena negligentiū secernāt vigilie/q̄bus aduētū eius expectamus/eisq̃ digna vltione mulctatis: ipse nos ad mansionē superne pacis quā ante secula promisit inducat/qui viuit ⁊ regnat ⁊c.

¶ In die

¶ In die sancto. Marci. XVI.

¶ In illo tēpore: Maria Magdalene: et Maria Jacobi et Salome emerunt aromata: vt venientes vngerēt Jesum. Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum: orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumēti? Et respicientes viderunt reuolutū lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum: viderūt iuuenem sedentem in dextris: coopertū stola cādida: et obstupuerunt. Et reliqua. Homilia beati Gregorij pape.

Multis vobis lectionibus fratres charissimi ꝑ dictatū loqui cōsueui sed q: lassescēte stomacho: ea q̄ dictauerā legere ipse nō possum: ⁊ quosdā vestros minus libēter audiētes intueor: vñ nūc a memetipso exigere contra morē volo: vt inter sacra missarū solēnia/lectionē sancti euāgelij
Mod⁹ pnūtiādi Gregorij. non dictando/sed colloquēdo edisseram: sicq̃ excipiat vt loq̄mur: q: collocutionis vox corda torpētia plusq̄ sermo lectionis excitat: et quasi quadā manu solicitudinis/vt euigilent pulsat. Et quidē ad hoc opus me sufficere posse nō video: sed tñ vires quas imperitia denegat/chari
Ps. lxxx tas administrat. Scio nāq̃ qui dixit. Aperi os tuū ⁊ ego implebo illud. Bonū ergo opus nobis in voluntate sit: nā ex diuino adiutorio erit in perfectione. Dat loquendi ausum etiā resurrectionis dñice tanta solēnitas: q: ⁊ indignum valde est: vt eo die laudes debitas taceat lingua carnis: quo vel die caro resurrexit auctoris. Audistis fratres charissimi q̄ sancte mulieres que dñm fuerant secute cū aromatibus ad monumentū venerūt: ⁊ ei quē viuētem dilexerant/etiam mortuo studio humanitatis obsequūtur. Sed res gesta aliq̄d in sancta ecclesia signat gerendū. Sic quippe necesse est: vt audiamus q̄ facta sunt quatenus cogitemus etiā que nobis sunt ex eoꝝ imitatione facienda. Et nos igitur in cū qui est mortuus credentes: si odore virtutū referti/cū opinione bonoꝝ operū dñm querim⁹: ad monumētū ꝑfecto illius cū aromatibus venimus. Ille aūt mulieres angelos vident: q̄ cū aromatibus venerūt: q: vel ille mētes supnos ciues aspiciunt: q̄ cum virtutū odoribus ad deū per sctā desideria proficiscūtur. Notandū vero nobis est quid nam sit q̄ in dextris sedere angelus cernitur. Quid nāq̃ per sinistrā nisi vita p̄sens: quid v̄o per dexterā/nisi perpetua vita si
Cāti. ij. gnat? Unde scriptū est. Leua eius sub capite meo: ⁊ dextera illius amplexabit me. Quia igit redēptor noster iā presentis vite corruptionem trāsierat: recte angelus qui nūtiare perēnem eius vitam venerat/in dextera sedebat. Qui stola cādida coopertus apparuit: q: festiuitatis nostre gaudia nūtiauit. Cādor em̄ vestis splendorē denūn
Pasca nostrū ⁊ angeloꝝ. tiat nostre solēnitatis. Nostre dicamus an sue? Sed vt fateamur verius/⁊ sue dicamus ⁊ nostre. Illa quippe redēptoris nostri resurrectio ⁊ nr̄a festiuitas fuit: q: nos ad immortalitatē reduxit: ⁊ āgeloꝝ festiuitas extitit: q: nos reuocādo ad celestia coꝝ numerū impleuit. In sua ḡ ac nostra festiuitate angelus albis vestit⁹ apparuit: q: dum nos ꝑ resurrectionē dñicā ad supna reducimur/celestis patrie dāna reparātur. Sed quid veniētes feminas affa
Tex. tur audiamus? ¶ Nolite expauescere. Ac si aperte dicat Paueant illi qui nō amāt aduētū supernoꝝ ciuiū: ptimescant qui carnalibus desiderijs pressi/ad eoꝝ se societatē posse pertingere desperant: vos aūt cur ptimescitis/q̄ ve
Matt. xxviij. stros cōciues videtis? Unde ⁊ angelū Mattheus apparuisse describens ait. Erat aspectus ei⁹ sicut fulgur/⁊ vestimēta eius sicut nix. In fulgure em̄ terror timoris est: in niue aūt blandimētum candoris. Quia v̄o oipotens deus ⁊ terribilis est pctōribus/⁊ blandus iustis: recte testis resurrectiōis eius angelus/⁊ in fulgure vultus: ⁊ in candore habit⁹ demonstrat: vt de ipsa sua specie terreret reprobos/⁊ mulceret pios. Unde recte quoq̃ pp'lm ꝑ deserta gradiētē colūna ignis in nocte: ⁊ colūna nubis p̄ibat in die. In igne em̄ terror est: in nube aūt visionis lene blādimētū. Dies v̄o vita iusti/⁊ nox accipit vita pctōris. Unde ⁊ cōuersis pctōrib⁹ Paulus dicit. Fuistis aliqn̄ tene
bre: nūc aūt lux in dño. In die aūt per nubē colūna mon Eph. v.
strata est: ⁊ in nocte ꝑ ignē: q: oipotens deus ⁊ blādus iustis: ⁊ terribilis apparebit iniustis. Justos in iudicio veniēs ꝑ lenitatis mansuetudinē demulcet: illos v̄o ꝑ iustitie districtionē terret. Sz iam q̄d angel⁹ subiūgat audiamus. ¶ Jesum q̄ritis Nazarenū. Jesus latino eloq̄o sa
lutaris. i. saluator interp̄tat. At v̄o multi tunc Jesus dici Tex.
poterant: nō tñ substātialiter/sed nūcupatiue. Ideo ⁊ locus subiūgit: vt de quo Jesu dictū sit manifestet. Nazarenū. Et causam ptinus subdidit. ¶ Crucifixū. Atq̃ addi
dit. Surrexit/nō est hic. Nō est hic/dr ꝑ presentiā carnis: Tex.
qui tñ nusq̄ deerat per p̄sentiā maiestatis. Sed ite dicite discipulis eius ⁊ Petro: q: p̄cedet vos in Galileā. Querēdū nobis est: cur noiatis discipulis Petr⁹ designat ex
noie? Sed si hūc angelus noiatim nō exp̄meret q̄ magi questio de petro resoluit.
strū negauerat: venire inter discipulos nō auderet. Uocat ḡ ex noie/ne desperaret ex negatione. Qua in re cōsiderandū nobis est: cur oipotens deus eū quē cūcte ecclesie p̄ferre disposuerat: ancille vocem pertimescere ⁊ seipm negare pmisit. Qđ nimirū magne esse actū pietatis dispēsatione cognoscim⁹: vt is q̄ futurus erat pastor ecclesie/in sua culpa disceret q̄liter alij misereri debuisset. Pri⁹ itaq̃ eū ostēdit sibi: ⁊ tūc ceteris ꝑposuit: vt ex sua infirmitate cognosceret q̄ misericorditer aliena ifirma toleraret. Bñ aūt de redēptore nostro dr. ¶ Precedet vos in Galileā:
ibi eū videbitis/sicut dixit vobis. Galilea nāq̃ trāsmigra Tex.
tio facta interp̄tat. Jam quippe redēptor noster a passione ad resurrectionē/a morte ad vitā/a pena ad gl'iam/a corruptiōe ad icorruptionē trāsmigrauerat. Et pri⁹ post resurrectionē in Galilea bene a discipulis videt: q: resurrectiōis ei⁹ gl'iam post leti videbimus/si mō a vitijs ad virtutū celsitudinē trāsmigramus. Qui ergo in sepulcro nūtiatur/in trāsmigratione ostendit: q: is q̄ in mortificatione carnis agnoscitur/in transmigratione mētis videt. Hec etenī fr̄es charissimi/ꝑ tanta diei solēnitate de lectiōis euāgelice expositiōe trāscurrim⁹: sz libet vt de hac eadē solēnitate aliq̄d subtilius loq̄mur. Due etenī vite erant: quaꝝ vnā noui⁊us/alterā nesciebam⁹. Una quip
pe mortalis est/alia īmortalis: vna corruptiōis: alia incor Duplex vite distinctio.
ruptionis: vna mortis/alia resurrectionis. Sed venit mediator dei ⁊ hoim/hō christ⁹ Jesus suscepit vnā: ⁊ ostendit alterā. Unā pertulit moriendo/ostēdit alterā resurgēdo. Si igit nobis mortalē vitā sciētib⁹ resurrectionē ꝓmitteret carnis: ⁊ tñ hāc visibiliter nō exhiberet: q̄s eius ꝓmissionibus crederet? Factus itaq̃ hō apparuit in carne: mori dignatus est ex volūtate: sed resurrexit ex ptāte/⁊ ostēdit exēplo qđ nobis ꝓmisit in p̄mio. Sed fortasse aliquis dicat. Jure ille surrexit: q̄ cū deus esset teneri a morte nō potuit. Ad instruēdā ergo ignorātiā nostrā/ad roborādā infirmitatē nostrā/sue tātū resurrectionis exēplū nobis sufficere voluit. Sol⁹ illo in tpe mortu⁹ est: ⁊ tñ solus minime surrexit. Nā scriptū est. Multa corpora sanctoꝝ qui
dormierāt surrexerūt. Ablata sunt ḡ oia argumēta perfi Matt. xxvij.
die. Ne quis em̄ dicat: sperare de se nō debet hō/qđ in carne sua exhibuit homo de⁹. Ecce cū deo hoies resurrexisse cognoscimus: ⁊ quos puros fuisse hoies nō dubitamus. Si igit mēbra nostri redēptoris sumus: p̄sumamus in nobis qđ gestum constat in capite. Si multū nos abijcim⁹: sperare debemus in nobis nos mēbra vltima: qđ de mēbris eius superioribus audiuimus. Ecce v̄o ad memoriam redit/q̄ crucifixo dei filio iudei insultantes dicebant. Si rex Israel est descendat de cruce/⁊ credimus ei: q̄ si tunc

de cruce descenderet:nimirū insultantibus cedens:virtutem patientie nobis non demonstraret. Sed expectauit paululum/tolerauit probra/irrisiones sustinuit/seruauit patientiā/distulit admirationē:⁊ qui de cruce descendere noluit/de sepulcro surrexit. Plus igitur fuit de sepulcro surgere/q̄ de cruce descendere: plus fuit mortem resurgendo destruere q̄ vitam descendendo seruare. (Gloria christi surgētis) Sed cum iudei hunc ad insultationes suas de cruce descendere minime cernerent:cū morientē viderent eum se vicisse crediderunt:nomen illius se quasi extinxisse gauisi sunt. Sed ecce clarificatū de morte nomē eius per mundū creuit:ex qua infidelis turba hoc extinxisse se credidit. Et q̄ gaudebat occisum/dolet mortuū:q: hūc ad suā gloriam cognoscit peruenisse per penā. (Judicū xvi.) Q̄d bene in libro iudicū Sāson illius facta significat:q̄ cū Gazā ciuitatē Philistinorū fuisset ingressus Philistei ingressū eius protinus cognoscentes/ciuitatē repente obsidionibus circūdederūt:custodes deputauerūt:et Sāsonē fortissimū se iā cōprehendisse gauisi sunt. Sed q̄d Sāson fecit/agnouim⁹. Media nocte portas ciuitatis abstulit:⁊ montis verticē ascendit. Quē fratres charissimi in hoc facto/quem nisi redēptorē nostrū Sāson ille significat? Quid Gaza ciuitas/nisi infernū significat? Quid per philisteos/nisi iudeorum perfidia demonstratur? Qui cū mortuum dn̄m viderent:eiusq̄ corpus in sepulcro iam positū/custodes illico deputauerūt:et cū q̄ auctor vite claruerat/inferni claustris retentū/quasi Sāsonē in Gaza deprehēdisse sunt letati. Sāson vero nō solū media nocte exijt/sed etiam portas tulit:q: vez redēptor noster ante lucē resurgens:non solū liber de inferno exijt:sed ip̄a etiā inferni claustra destruxit:portas tulit:⁊ mōtis verticē subijt:q: resurgendo claustra inferni abstulit:⁊ ascendendo celorū regna penetrauit. Hanc ergo resurrectionis eius gloriā fratres charissimi:que et prius demōstrabatur signo:et post patuit ex facto/tota mēte diligamus: et pro eius amore moriamur. Ecce enī in resurrectione auctoris nostri/ministros eius angelos conciues nostros agnouimus. Ad horum ergo ciuiū illā frequētem solēnitatē festinemus:his cum necdū visione possum⁹/desiderio ⁊ mēte iūgamur. Trāsmigremus ad virtutes a vitijs/vt redēptorē nostrum in Galilea videre mereamur. Adiuuet nos omnipotēs de⁹ ad vitā desideriū nostrū:q̄ pro nobis in mortē dedit vnicū filiū suū per eūdē Jesum christū dn̄m nr̄m/q̄ cū eo viuit ⁊ regnat deus in vnitate sp̄ussancti/per oīa secula seculorū. Amen.

¶ Sermo de pascali die: sumptus ex moralibus Gregorij.

Due quippe vite sunt hoīs in corpore cōsistētis. Una ante mortem:et alia post resurrectionē. Quarū vnā oēs agēdo nouerāt/alterā nesciebāt:⁊ humanū genus soli huic quā nouerat intēdebat. (Christ⁹ duplicē vitā exercuit.) Uenit p carnē dn̄s:⁊ dū suscepit vnā/alterā demōstrauit:dū hāc nobis cognitā suscepit/illam q̄ nobis est incognita ondit. Moriēdo q̄ppe vitam exercuit quā tenem⁹:resurgēdo aperuit quā grām⁹:exemplo suo nos docēs/q̄ hec vita quā ante mortē ducim⁹: nō propter se amāda sit/sed propter alterā tolerāda. Null⁹ autē nostrum q̄d post mortē seq̄ret agnosceret:nisi vite nostre cōditor ad penā vsq̄ nostre mortis veniret. Nisi enī ipse misericorditer infima peteret/nequaq̄ nos post suā imaginē pditos iuste ad summa reuocaret. Unde ⁊ recte ad beatū Job dr̄. (Job. xxxviij.) Nunq̄d ingressus es pfunda maris: et in nouissimis abyssi deābulasti? Ac si dicat:vt ego q̄ nō solū mare.i.seculū p assumptā humanā carnē atq̄ aīam perij: sed etiā p eā spōte in mortē positā/vsq̄ ad vltimuz inferi: quasi ad maris pfunda descēdi/Si enī mare(more diuini eloquij)seculū dz intelligi/nil phibet pfunda maris inferni claustra sentiri. Q̄ pfundū maris dn̄s perijt/cum inferni nouissima electorū suorū aīas erepturus intrauit. (Esa. lj.) Un̄ et p pphetā dr̄. Posuisti pfundū maris viā/vt transirēt liberati. Hoc nāq̄ pfundū maris ante redēptoris aduentū nō via:sed carcer fuit:q: in se etiā aīos bonorū/q̄uis nō in locis penalibus clausit. Q̄d tn̄ pfundū dn̄s viam posuit:q: illuc veniēs/electos suos a claustris inferi hodierna die ad celestia trāsire cōcessit. Un̄ ⁊ apte illic dicit vt transirent liberati. Q: vero pfundum maris dixerat/hoc alijs v̄bis replicans/abyssi nouissimū vocat:q: sicut aquarū abyssus nulla nostra visione cōprehendit:ita occulta inferi nullo a nobis cogitationis sensu penetrant. Qui enī hinc subtrahant cernim⁹:sed que illis iuxta meritū retributio suppliciorū maneat nō videmus. Uigilāti vero est cura pēsandū/q̄ in nouissimis abyssi deābulasse se perhibet:deābulare quippe nō constricti sed liberi est. Quē enī vincula astringūt:ei⁹ nihilomin⁹ gressus impediūt. Q: igit dn̄s nulla pcti vincula ptulit/in inferno deambulauit:liber q̄ppe ad ligatos venit:vn̄ scriptum est: Factus sum sicut hō sine adiutorio inter mortuos liber. (Psal. lxxxvij.) In nouissimis ergo abyssi dn̄z deambulare:est in locis dānationis/nil sue retentionis inuenire:attestēte Petro qui ait. Solutus doloribus inferni:iuxta q̄d impossibile erat teneri illum ab eo. (Act. ij.) Uel certe:q: deābulādo nos cum de loco in locū ducimur/hic illicq̄ presentes inuenimur. Ambulasse in inferno dn̄s dr̄:vt electis aīabus in locis singulis/per diuinitatis potentiā p̄sens fuisse monstret. Un̄ ⁊ sp̄us sapiētie mobilis describit/vt per hoc q̄d nusq̄ deest vbiq̄ nobis occurrere designet. Quā descēsionem suā dn̄s quāto mirabilē respicit/tāto eam redēpto homini crebrius infundit. Eā nāq̄ adhuc replicās subdit. Nūquid aperte sunt tibi porte mortis:⁊ ostia tenebrosa vidisti? (Job. xxxviij.) Porte enī mortis sunt prātes aduerse: quas descēdēs dn̄s aperuit:q: earū fortitudinē moriēdo superauit. Que appellatione quoq̄ alia tenebrosa ostia vocant:quia dū p occultationis sue insidijs nō videntur:deceptis mentibus viā mortis aperiunt. Que tenebrosa ostia dn̄s vidit: q: immūdorū spirituū fraudulētā malitiā:⁊ respicit ⁊ premit:quos nisi ipse nobis nesciētibus vidēdo phiberet:et nil de insidijs mens nostra cognosceret/⁊ hisdē insidijs capta deperiret. Que tenebrosa ostia nos etiam cernim⁹ quādo superne lucis radijs illustramur. Un̄ et p pphetā dicit. Dn̄s mihi adiutor est:⁊ ego videbo inimicos meos. (Psal. cxvij.) Hostes igit nostros ipse videt:qui suo eos mūere nobis visibiles facit. Uel certe tenebrosa ostia tūc dn̄s vidit: cū claustra iferni penetrās/crudeles sp̄us pculit:⁊ mortē p̄positos moriendo dānauit. Quod idcirco hic nō adhuc de futuro:sed etiam de p̄terito dr̄: q: hoc quod facturus erat in opere/nimiruz iam defecerat in predestinatione. Quia vero post mortem resurrectionēq̄ eius creuit ecclesia/atq̄ in cūctis est gentib⁹ dilatata/aperte subiungitur. Nūquid considerasti latitudinē terre:dum enim angustias mortis petijt/fidem suam in gentibus dilatauit/atq̄ ad innumera corda credentium sanctā ecclesiaz extēdit/cui per pphetam dicitur. (Job. xxxiij.) Dilata locum tentorij tui et pelles tabernaculorū tuorum extende/ne pareas. Longos fac funiculos tuos/⁊ clauos tuos cōsolida. Ad dexterā enī ⁊ ad leuā penetrabis:⁊ semen tuū gentes hereditabunt. (Esa. liiij.) Que latitudo terre profecto nō fieret/nisi ip̄e prius ⁊ vitam quā nouimus resurgendo monstraret. In morte quippe sua nostre oculos mētis aperuit:vt q̄ esset vita:que ve sequeret ostēderet. Un̄ ⁊ hūc in euāgelio ordinē tenēs discipulis dicit. Sic oportebat christū pati/et resurgere a mortuis tertia die:⁊ pdicari in noīe ei⁹ pniaz et remissionē pctorū p oēs gētes. (Luce. xxiiij.) Pauci enī ex plebe israelitica ipso p̄dicante crediderunt:innumeri v̄o gentiū populi/viam vite illo moriente secuti sunt. Supbos namq̄ dū adhuc passibilis viueret ptulit:a passibili v̄o vita mortuos strauit. (Jud. xvi) Q̄d bn̄ Sāson in semetipso dudū figuraliter expressit:qui paucos quidē dū viueret interemit: destructo aūt templo hostes innumeros cū moreret occi-

dit. Quia nimirū dn̄s ab eleuatione supbie paucos cum viueret:plures vero cū tēplū sui corporis solueret extinxit:atq̄ electos ex gentibus quos viuēdo sustinuit simul oēs moriēdo pstrauit. Recte itaq̄ postq̄ inferna penetrasse se edocuit:cōsiderandā mox terre latitudinē subiūxit. Dn̄s itaq̄ noster ad humani generis redēptionez veniens velut quēdam de se in necē diaboli hamū fecit. Assumpsit enī corpus:vt in eo vehemoth iste quasi escā sua mortē carnis appeteret:quā mortē dū in illo iniuste appetit/nos quos quasi iuste tenebat amisit. In hamo ergo eius incarnatiōis capt⁹ est:q: dū in illo appetit escā corporis/trāsfix⁹ est aculeo diuinitatis. Ibi q̄ppe inerat humanitas q̄ ad se deuoratorē duceret: ibi diuinitas q̄ pforaret. Ibi aperta infirmitas q̄ puocaret:ibi occulta virtus/q̄ raptoris faucē trāsfigeret. In hamo igit capt⁹ est: q: inde interijt vn̄ deuorauit. Et quidē vehemoth iste filiū dei incarnatū nouerat:sed redēptionis nostre ordinē nesciebat. Sciebat enī q̄ redēptione nostra incarnatus dei filius fuerat:sed oīno/q̄ isdē redēptor noster illū moriendo trāsfigeret nesciebat. Ne ergo iste humanis morsibus cetus insidians:quos vellet vltra deuoraret:hamus hic fauces raptoris tenuit:⁊ sese mordentem momordit. (Moralis monitio.) Supest vt vnusq̄sq̄ nostrū tanto se plenius auctori subijciat:quāto cōtra se verius violētas aduersarij vires pensat. Quid nāq̄ nos nisi puluis sumus? Quid v̄o ille nisi vnus atq̄ in celestibus spiritib⁹? Et q̄d adhuc mai⁹/sumus. Quid enī de ppria virtute audeat/q̄n cōtra angelorū principē puluis pugnat? Sed q: supernorū spirituum cōditor: terrenū corpus assumpsit:recte iā supbientē angelū puluis humilis vincit. Et dignū est vt vincat puluere:qui fortē se credidit deserto creatore:vt superat⁹ inueniat q: defecit elatus. Ualde aūt seniēs anhelat/q̄ eum ip̄m ima cruciēt. Homo ad summa cōscēdat/q̄ in illa celsitudine subuecta caro pmanet:a qua tāt⁹ ipse sp̄us sine fine piectus iacet. Sz loca mētiū mutauit ordo meritorū sic supbia meruit deijci:sic humilitas exaltari: q̄tenus et celestis spiritus erigēdo se tartarū tolleret:⁊ in terra humilitas sine termino sup celos regnet. Prestāte dn̄o nostro Jesu christo/qui viuit ⁊ regnat in sc̄la seculorū. Amē.

¶ Feria. II. Luce. XXIIII.

¶ In illo tēpore: Duo ex discipulis Jesu ibant in castellum:quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalē:nomine Emaus. Et ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus que acciderant. Et factum est duz fabularentur et secum quererent:et ipse Jesus appropinquās ibat cuz illis. Oculi autem eorū tenebātur: ne eum agnoscerēt. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermōes quos confertis adinuicem ambulantes:⁊ estis tristes? Et respondēs vnus cui nomen Cleophas:dixit ei. Tu solus peregrinus es in Hierusalē:et nō cognouisti que facta sunt in illa his diebus? Quib⁹ ille dixit: Que? Et dixerūt: de Jesu Nazareno:q̄ fuit vir propheta:potens in opere et sermone coram deo et omni populo. Et quomō eum tradiderūt summi sacerdotes ⁊ principes nostri in dānationem mortis:et crucifixerunt eum. Nos aūt sperabamus:q: ipse esset redēpturus Israel. Et reliqua. Homilia beati Gregorij pape.

Quia quotidiana vobis solēnitate laborātib⁹:pauca loquenda sunt:et fortasse hec vtilius pderūt: q: sepe ⁊ alimēta q̄ min⁹ sufficiūt/auidius sumūtur. Lectionis ergo euāgelice summatim sensum starui non p singula v̄ba discutere: ne dilectionē vestrā valeat sermo plixior: expositiōis onerare. Ecce audistis fratres charissimi: q: duob⁹ discipulis ambulātib⁹ in via:nō quidē credētib⁹/sed tn̄ de se loquētibus dn̄s apparuit:sed eis speciē quā recognoscerēt nō ostēdit. Hoc ergo egit foris dn̄s in oculis corporis:q̄d apud ipsos agebat intus in oculis cordis. (Christ⁹ q̄re peregrin⁹ apparuit.) Ipsi nāq̄ apd̄ semetipsos intus ⁊ amabāt ⁊ dubitabāt. Eis aūt dn̄s et foris p̄sens aderat:⁊ q̄s esset nō ostēdebat. De se loquētibus p̄sentiā exhibuit:sed de se dubitātib⁹ cognitiōis sue spēm abscōdit. Uerba quidē cōtulit/duritiā intellectus increpauit:scripture sacre mysteria q̄ de ip̄o erāt aperuit et tn̄ q: adhuc in eorū cordib⁹ pegrin⁹ erat: a fide/ire se lōgius finxit. Fingere nāq̄ cōponere dicim⁹:vn̄ ⁊ cōpositores luti/figulos vocamus. Nihil ergo simplex veritas p duplicitatē fecit:sz talē se eis exhibuit in corpore: qualis apud ipsos erat in mēte. Probādi aūt erāt:si hi q̄ cū et si necdū vt deū diligerēt:saltē vt peregrinū amare potuissent. Sz q: extranei esse a charitate nō poterāt hi cū q̄b⁹ veritas gradiebat/eū ad hospitiū quasi pegrinū vocant. Cur aūt dicimus vocāt:cū illic scriptū sit:⁊ cogerūt illū. Ex quo nimirū exēplo colligit:q: peregrini ad hospitiū nō solū inuitādi sunt/sed etiā trahedi. Mēsam ponit:panes ciboscq̄ offerūt/⁊ deū quē in sacre scripture expositione nō cognouerāt:in panis fractiōe cognoscūt. Audiēdo ergo precepta dei illuminati nō sunt/faciēdo illuminati sunt:q: scriptū est. Nō auditores legis iusti sunt apd̄ deū: (Rom. ij.) sed factores legis iustificabuntur. Quisq̄s ḡ vult audita intelligere:festinet ea q̄ iā intelligere potuit opere implere. Ecce dn̄s nō est cognitus dū loqueret:⁊ dignatus est cognosci dū pascit. Hospitalitatē ergo fr̄es charissimi diligite:charitatis opa amate. Hinc enī p Paulū dr̄. Charitas fraternitatis maneat in vobis:⁊ hospitalitatē nolite obliuisci:per hāc quidā placuerūt angelis hospitio receptis. (Hebre. xiij.) Hinc Petrus ait. Hospitales inuicē sine murmuratione. (j. Pe. iiij.) Hinc ip̄a veritas dicit. Hospes fui: ⁊ suscepistis me. (Matt. xxv.) Opinata res est valde:⁊ seniorū nr̄orū nobis relatione tradita. Quidā prfamilias cū tota domo sua/magno hospitalitatis studio seruiebat. Cūq̄ enī quotidie ad mēsam suā pegrinos susciperet:quodā die pegrin⁹ q̄dā inter alios aduenerat/ad mēsam ductus est. Dūq̄ paterfamilias ex humilitatis ↄsuetudine aquā vellet in eius manibus fundere cōuersus vrceū accepit/sed repēte cū in cui⁹ manib⁹ aquā fundere volebat nō inuenit. Cūq̄ hoc factū secū ipse miraret/eadē nocte ei dn̄s p visionem dixit. Ceteris dieb⁹ me in mēbris meis:hesterno aūt die me in memetip̄o suscepisti. Ecce in iudiciū veniēs dicet. Quod vni ex minimis meis fecistis/mihi fecistis. Ecce an̄ iudiciū cū p mēbra sua suscipit/susceptores suos etiā p semetip̄m reqrit:⁊ tn̄ nos ad hospitalitatis grāz pigri sum⁹. (Exēpli pbatio.) Pēsate fr̄es quāta hospitalitatis virt⁹ est. Ad mēsas v̄ras christū suscipite vt vos ab eo suscipi ad cōuiuia eterna valeatis. Prebete mō pegrino christo hospitiū:vt nos in iudicio/nō quasi pegrinos nesciat/sed vt pprios recipiat ad regnum. Tu autem.

¶ Feria secunda pasce. Sermo sancti Maximi episcopi.

Exultandū nobis est fratres charissimi in hac die quam fecit dn̄s continuata letitia:⁊ in eius festiuitate iugi gl̄ia gratulādū. Nec q: nox solēnitati interuenit/gaudia nr̄a p̄scidit:nec q: obscuritas distinxit tpa vespertina/resurrectiōis lux vota eterna deseruit. (Hebre. xiij.) Nobis enī heri ⁊ hodie dies/vn⁹ dies ip̄e est:q: sic dicit de saluatore btūs apl̄s. (Aetnuz. xviij.) Jesus christ⁹ heri ⁊ hodie ip̄e est. Ergo si Jesus christ⁹ heri ⁊ hodie ip̄e est:ip̄e atq̄ idē nobis semp

est dies:q: in ipso viuim⁹:in ipo mouemur/in ipo nō mo-
rimur. Nō morimur inquā: q: sicut lucē christi nulla peri
incessit obscuritas:ita ⁊ viuētes in ea nulla temporis ab-
sumit vetustas. Letemur ergo in christo resurrectiōis die
Cōmunis em̄ oim:cōis est nostra leticia. Cōmunis pla-
ne:q: oēs illo resurgente surreximus. Omniū em̄ reuixit
Assertio resurrectionis dn̄ice. saluti q̄ p oim pctis addictus est passioni. Resurrexit igi-
tur saluator a mortuis:noua res et mira/ſ3 habet hec as-
sertio veritatē. Nam vt taceam pphetarū oracula ange-
lorū ministeria aperta sepulcri penetralia:ipm dn̄m post
resurrectionē cū discipulis loquētem/cōuersantem/eden
tem/Thomā quoq3 clauorum vulnera etiā digito cōtrectā-
tem:vt hec oia ptermittam/tn̄ fidem nostrā cōfirmat im
pietas iudeorum. Nā sufficit ad credulitatē nobis / eorū ni
miū aucta crudelitas. Quo em̄ diligenti⁹ custodierunt
tumulū/eo cōstat illū manifestius resurrexisse. Qd plu-
res apposuere custodes:eo plures testiū reliquere. Nam
hoc pcurauit diuina puidētia:vt resurrectioni dn̄ice nō
solū angeli/nō solū discipuli/ſ3 testimoniū phiberēt (qd
est ampli⁹) inimici. Liberti⁹ ergo accipim⁹ q eū diligēti⁹
seruauerūt. Credimus em̄ sub tot custodib⁹ potuisse illū
pdire citius q̄ aperire:⁊ de tumulo iure dn̄i pgredi/q̄ di
scipulorum fraude subduci. Tāta em̄ solicitudine sepulcrum
obstruxit impietas:vt id nō pualeret manus humana de
struere/nisi sola virtus resurgentis aperiret. Deniq3 dicit
sctūs euāgelista/descendente angelo/magno terram tre
more fuisse cōmotam:vt fundamēta tumuli mouerētur:
et percussos pauore custodes q̄ venerant custodire mor-
tuū/⁊ esse factos vt mortuos. Et mortuos inquā: dignū
plane iudiciū:si cū iustus resurgit/pctōr emoritur:cū reui
uiscit innocens/eius intercipitur inimic⁹. Nam ideo nec
progredientem dn̄m cernere potuerūt:quia criminosas
mentes terror oppresserat/dū sustinere fulgorem resurre
ctiōis rutile nō valebāt. Maiore ergo solicitudine Pha
risei dn̄m custodierūt mortuū/q̄ viuū sint psecuti. Siqdē
causa illos maior vrgebat:intelligebāt em̄ facilius fuisse
apud superos eū deposci/q̄ redeūtes ab inferis posse cō
teni:⁊ qd tunc pdicans facile potuerit occidi:nūc autem
Ro.vi. resurgens iā non possit occidi:dicente aplo. Resurgens
aūt iam nō moritur/mors illi vltra nō dn̄abit. Custodie-
bant ergo eū solicite in sepulcro/presertim q: se die tertia
dixerat surrecturū. Custodiebant aūt solicite in sepulcro
q: necesse illis erat eū iam nō doctorē timere/sed iudicē.
Matt. xxvij. Judicē inquā nō sui tātū/sed ⁊ crudelis sentētie sue qua
filios posterosq3 suos sceleribus addixerūt dicētes. San
guis eius sup nos:⁊ sup filios nostros. Crudelis sub tali
sn̄ia impietas iudeorum:q̄ facinore suo:nō solū psentes libe
ros dānat/sed etiam non natos occidit. Quantos enim
hac voce ad cōscientiā facinoris vocant:quos sciētia cri-
minis nō tenebat. Crudelis inquam impietas qd poste-
ros ante in reatū vocat q̄ pducat in lucē:vt prius futu-
Judeorum taxatur crudelitas. ris contingeret peccare q̄ viuere. Cruenti plane genito
res/q̄ ante parricide facti sunt q̄ parentes:⁊ ante eos so
cios suis scelerib⁹ assumpserūt:quos vtrū sanguinis par
ticipes possent habere nesciret. Nō igit mirandū est si in
saluatorē tā crudeles fuerūt/q̄ extiterūt in suos posteros
tā crudeles. Nō immerito in hac die sctūs Dauid sine ex-
ceptione exultandū pcipit ⁊ letandū/in qua die toti⁹ mū
di gaudia celebrantur. Omnibus em̄ letādū est: q: oib⁹
prodest. Cunctis exultandū est:q: cunctis est salutare/et
ideo non adulatoria est adhibenda/nec fucata leticia.
Quisq3 em̄ in christi resurrectione letatur:letetur poti⁹/
q: in christo ipe surrexit. Jn illo em̄ nostra portio / nostra
cōditio:⁊ mortē ptulit ⁊ reuixit. Et licet in nobis adhuc
resolutio corpusculi maneat/cepimus tūc in christo eter-
na vita iā viuere. Unde q̄uis fragilitatē nostrā accelera
ret immature mortis occasio:in saluatore tunc didicim⁹
prius resurgere q̄ perire. An̄ em̄ futur⁹ hō resurrexit in
christo q̄ vitā sortiret in seculo. Nō em̄ tantū illi dn̄a ge-
nerationi resurrectionis pstitit gratiā:in cuius gn̄atiōis
tpe resurrexit:sed etiā secuturis postea populis hoc pui
dit vt prius essemus de resurrectione securi q̄ de morte
soliciti:⁊ ante cū deo viueremus in celis/q̄ cū hoibus cō
uersaremur in terris. Jn saluatore em̄ oēs resurreximus
oēs reuiximus/oēs ad celestia trāsmigrauimus. Est em̄
in illo christi hoie vniuscuiusq3 nostrum caro/sanguis et
portio. Ubi ergo portio mea regnat/regnare me credo: Gratulatio piē tissima.
vbi dn̄atur sanguis me⁹/me sentio dominari: vbi glorifi
catur caro mea/me gloriosum esse cognosco. Quis em̄
peccator de hac cōmunione gratie nō diffidat:q: ⁊ si pctā
nos phibēt/substātia nos reqrit:⁊ si delicta ppria nos ex
cludūt/nature cōio nō repellit. Nā pter bonitatē diui-
nitatis peculiarē nobis saluator dz affectū:scz q: sicut de⁹
noster in ipso est:ita et sanguis nr̄ in illo est. Misericor-
diā igitur mihi debet prestare diuinitas/necessitudinem
exhibere debet affinitas. Neq3 em̄ tam immitis est domi
nus vt obliuiscat hois:⁊ nō meminerit illius quē ipe ge
stat:vt quē causa mei susceperit:nō eius causa quē susce-
perit me reqrat: Nō (inquā) tā immitis est dn̄s/vt nō di-
ligat carnē suā/mēbra sua/viscera sua. Ait sctūs apl's. Ne- Eph. v.
mo vnq̄ carnē suā odio habuit:sed nutrit ⁊ fouet eā sicut
christ⁹ ecclīam. Nihil ergo de venia desperemus fratres
nihil de odio timeam⁹. Habem⁹ progatiuā sāguinis no
stri. Jn christo enim caro nostra nos diligit. Sum⁹ enim
mēbra eius/sicut dicit idē btūs apl's. Hoc nūc os ex ossi-
bus meis:⁊ caro de carne mea. Sacramētū hoc magnū Gen. ij.
est:ego aūt dico in christo ⁊ in ecclīa. Exultem⁹ ergo fra Eph. v.
tres (sicut ait scriptura) in hac die dn̄i:exultem⁹ plane:q:
cū votis dn̄i gratulamur / magis nostra vota curamus.
Quid tātū dicit ppheta: Hec est dies quā fecit dn̄s. Bo- Ps. cxvij.
nus plane dies q̄ lucē intulit vniuersis : verū nō hui⁹ se-
culi lucē/sed resurrectionis eterne. Lux em̄ ista nō caligi
nē noctis depulit sed mortis tenebras amputauit. Bon⁹
inquā dies/⁊ melior hic q̄ ille in quo primū mūdus eni-
tuit. Jlle em̄ hoib⁹ ad laborē creat⁹ est:hic factus est ad
quietē. Jlle mortē meruit/hic formidinē mortis euasit.
Jlle bonis malisq3 cōmunis est:hic pprius est iustorum.
Jllius diei lux tenebris sepelit:huius diei splendor etiam
sepulturas illuminat. Ad postremū illius diei lucē mor-
tui nō vident:hui⁹ diei lumē etiā defunctis emicuit/sicut
ait ppheta. Qui sedebāt in vmbra mortis/lux orta est eis Esa. ix.
Letemur ergo in hac die/q̄ ⁊ viuos circūfulget: ⁊ mortuos
viuificat:⁊ vēturos illuminat:sicut ait btūs euangelista.
Erat lux vera/que illuminat omnem hominem venien- Joan. j.
tem in hunc mundum ⁊c.

¶ Feria tertia. Luce. XXIIII.

**¶ Jn illo tēpore: Stetit Jesus in medio disci-
pulorū suorum:et dixit eis. Pax vobis :ego sum
nolite timere. Cōturbati vero et cōterriti: existi-
mabant se spiritū videre. Et dixit eis. Quid tur-
bati estis: et cogitatiōes ascēdūt in corda vestra.
Uidete manus meas ⁊ pedes meos: q: egoipse
sum. Palpate ⁊ videte: q: spūs carnē ⁊ ossa non
hz sicut me videtis habere. Et rel'. Homilia ve-
nerabilis Bede presbyteri.**

Gloriā sue resurrectio-
nis dn̄s ⁊ redēptor noster paulatim discipulis
per incremētū tēporis ondit:q: nimirum tāta erat
virt⁹ miraculi vt hāc repēte totā cape fragilia mortaliū
pectora nō possent. Cōsulēs igit ipe imbecillitati querētiū:
prio venietib⁹ ad monumētū:⁊ feminis suo amore feruē
tib⁹:⁊ viris reuolutū lapidē ⁊ ablato suo corpe linteami Nota ordinē apparitionis.
na qb⁹ inuolutū erat sola posita mōstrauit. Deinde curio
sius qrētib⁹ feminis:⁊ de eo qd inuenerāt mēte psternatis
āgelorum visionē ondit/q̄ illū resurrexisse certa māifestatio
ne patefacerēt:ac sic pcurrēte fama patrate resurrectiōis

tandē ipse dn̄s virtutū ⁊ rex glorie apparens/quāta po-
tētia mortē quā ad horam gustauerat deuicisset aperuit.
Et quidē quātū ex euāgelice serie lectionis inuenimus/
quinqes ipsa qua resurrexit die visus est hoibus. Primo
Marie Magdalene ad monumētū:qn̄ ei desiderāti pe
Joā. xx. des eius amplecti dictū est. Noli me tāgere:nondū enim
ascēdi ad patrē meū Deinde duab⁹ a monumēto curren
tibus nūtiare discipulis/q̄ ab angelis de pfecta eius re-
Matt. xxviij. surrectione didicerant:de qbus scriptū est. Quia accesse
rūt ⁊ tenuerūt pedes eius/⁊ adorauerūt eum. Apparuit
Lu. xxiiij. ipso die aduesperascēte/duob⁹ eūtib⁹ in castellū Emaus
qui eū ad hospitiū vocātes/in panis fractione cognoue
rūt. Apparuit et Petro:qd si euāgelista qn̄ vel vbi factum
Jbidem sit minime designauerit:tn̄ q: factū sit Lucas nō tacet/
scribēs:q: cū pfati duo discipuli cognito dn̄o in Emaus
statim redissent Hierusalē:inuenerūt cōgregatos vnde-
cim/⁊ eos q̄ cū ipsis erāt dicētes:q: surrexit dn̄s vere : et
apparuit Simoni. Ac deinde subiūgit. Et ipsi narrabāt
q̄ gesta erāt in via:⁊ quō cognouerūt eū in fractione pa-
nis. Statimq3 annectit quintā eius apparitionē:de qua
Tex. mō cū legeret audiuim⁹ ita incipiēs. ¶ Dū hec autem lo
quūtur/ Jesus stetit in medio eorum:⁊ dixit eis. Pax vobis
Tropologia pulcherrima. ego sum/nolite timere. Ubi pmo notādū:⁊ diligēter me-
morie cōmēdandū est/q de se loquētibus discipulis dn̄s
astare in medio:⁊ psentiā sue visionis reuelare dignatus
est:hoc est em̄ q fidelib⁹ cunctis alibi pmisit dicēs. Ubi
sunt duo vel tres congregati in noīe meo/ibi sum in me-
dio eorum. Ad cōfirmādā naq3 fidei nostre cōstātiā:qd sem-
per agit psentia diuine pietatis:aliqn̄ etiā psentia voluit
corporalis ostēdere visionis. Nā ⁊ de nobis / q̄uis porro
infra aplorum pedes iacētib⁹/hoc ipm ei⁹ misericordia fie-
ri cōfidere debem⁹:ipm vcz esse in medio nr̄i qtiescūq3 cō
uenietes in noie illius cōgregamur. Nomē qppe illi⁹ est
Jesus.i.saluator. Et cū de acqsitione ppetue salutis locu
turi cōuenimus/cōstat nimirū q: in noie Jesu cōgrega-
mur. Nec dubitare fas est de his q̄ ipse amat cōferētib⁹
nobis/nobis eū esse psentē:⁊ tanto vtiq3 verius/quanto
ea que ore pferimus/pfectiori corde retinem⁹. Deinde vi
dendū q apparens saluator discipulis / pacis eis statim
gaudia mandat/idiōm celebrata immortalitatis glīa ite-
rans/qd ad passionē mortis iturus/quasi pignus eis spe
ciale salutis/ac vite cōmēdauerat dicēs. Pacē relinquo
Jo. xiiij. vobis/pacē meā do vobis. Cuius gratiā muneris eo q̄
nato/visi mox pastorib⁹ angeli pdicabāt / laudātes deū
et dicētes. Glīa in excelsis deo/⁊ in terra pax hoibus bo-
Luce. ij. ne volūtatis. Quia nimirū tota redēptoris nostri in car-
ne dispēsatio/mūdi est recōciliatio. Ad hoc quippe incar
natus/ad hoc passus/ad hoc resuscitat⁹ est a mortuis:vt
nos q̄ peccando irā dei incidim⁹/ipse recōciliādo ad dei
Esa. ix. pacē reduceret. Un̄ recte ⁊ a ppheta pater futuri seculi/
princeps pacis noiat. Et apl's de eo scribens his qui ex
Eph. ij. gentibus crediderāt ait. Et veniēs euāgelizauit pacē vo
bis qui lōge fuistis:⁊ pacē his q̄ ppe:qm̄ per ipsum habe
Tex. mus accessum ambo in vno spū ad patrē. ¶ Apparente
aūt sibi dn̄o:cōturbati ⁊ territi discipuli existimabant se
spiritū videre. Agnoscētes quidē dn̄m esse q̄ apparuit: ſ3
putantes q: nō in corporis eū/sed in spūs sui substātia vi-
derēt.i.q: nō corpus ipsius qd defunctū ⁊ sepultū noue-
rant/iam resuscitatū a morte cōspicerent:sed spm̄ potius
quē relicto corpore in man⁹ patris cōmēdauerat pre ocu
lis haberēt. Sed hūc eorū errorē simul ⁊ pauorē: quo ad
nouā/incognitāq3 visionē fuerant perculsi/benigna ma
gister piissimus gratia cōsolationis ⁊ admirationis ab-
Tex. stergere curauit. ¶ Quid inquiens turbati estis:⁊ cogi
tationes ascendūt in corda vestra: Uidete manus meas
Reuelatur secretum. et pedes:q: egoipse sum. Nō aūt sine causa manus suas
et pedes potius q̄ vultum quē eque nouerant eos vide-
re/ac recognoscere iubet:ſ3 vt visis clauorum signis quib⁹
cruci erat affixus:nō solū corpus esse qd videbant/sed vt
ipsum dn̄i sui corpus esse qd crucifixū nouerāt intellige-
re possent. Unde bene Joānes dn̄ice apparitiōis memo
riā faciēs/latus quoq3 suū qd a milite fuerat vulneratum
discipulis eū ostēdisse phibet:vt quo plura notissime pas
sionis/ac suscepte mortis indicia cognoscerent/eo certio
ri patrate iam resurrectionis/ac dirute mortis fide gau-
derent. Qui vt illos p oia de fide resurrectiōis certos red
derent:nō tātū oculis intuendū/sed attrectandū quoq3
manibus corpus qd immortale illis ostenderat/exhibuit Tex.
dicens. ¶ Palpate ⁊ videte:q: spūs carnē ⁊ ossa non ha
bet/sicut me videtis habere:quatenus glīam resurrectio
nis pdicaturi modū quoq3 nobis resuscitati corpis qua-
lis esset sperādus/absq3 omni ambiguitate mōstrare va-
lerēt. Unde cū magna fiducia beat⁹ Joānes apostolus
auditores suos ad sequēda fidei:⁊ veritatis quā didicit j. Joā. j.
arcana puocat dicēs: Qd fuit ab initio/qd audiuim⁹ et
vidimus oculis nostris/qd pspexim⁹:⁊ manus nostre cō
trectauerūt de verbo vite. Solent aūt gentiles hoc in lo
co simplicitati fidei nostre deceptionū tēdere laqos/dicē
do. Qua temeritate cōfiditis:q: christ⁹ quē colitis vestra Refutatur error gētilium.
de puluere corpora possit incorrupta reducere: q̄ nec suorum
vulnerū q̄ in cruce suscepit potuit cicatrices obducere:ſ3
resuscitato vt dicitis suo corpore a mortuis/signa adhuc
mortis inesse nō celauit: Quibus tn̄ respōdem⁹ : q: chri-
stus cū omnipotēs sit de⁹:⁊ nostra vt pmisit corpora de
corruptione ad incorruptionē/de morte ad vitā/de terre
puluere celestē suscitabit ad gliam:⁊ suū quod moriendo
exuerat corp⁹ quale voluit reuocauit ad vitā. Qd cū abo
litis passionis indicijs ostendere discipulis posset: certe
vtriq3 dispēsationis gr̄a passionis in eo maluit indicia re
seruare. Primo vcz vt discipuli q̄ hec videbāt / manifeste
possent dinoscere:nō spm̄ sine corpore/sed corpus esse spi
rituale qd videbant:certāq3 fidē peracte resurrectionis
eius:certā spem future omniū hoim resurrectionis mū-
do pdicarēt. Deinde vt ipse dn̄s ⁊ deus nr̄ Jesus christus/
qui in humanitate patrē interpellat pnobis ostēsis vul
nerū suorum cicatricib⁹ quātū p humana salute laboraue-
rit ei perpetuo demōstraret:miroq3 ⁊ ineffabili nobis or
dine cū q̄ nil vnq̄ pōt obliuisci: q̄ semp misereri paratus
est:absq3 intermissione admoneat q̄ cōgrue hoibus mi-
sereat/quorum particeps nature doloris ⁊ passiōis ipe dei
filius effectus sit:p quib⁹ ipe cōfligens/mortis imperiū
moriendo pstrauit. Tertio vt oēs electi perpetua beati-
tudine suscepti:vidēres in deo/ac dn̄o suo signa passiōis
nūq̄ illi gratias agere desistant/p cuius mortē se viuere
cognoscūt:sicq3 fieri valeat/qd voce totius ecclīe cantat
ppheta in psalmis. Misericordias dn̄i ineternum canta quatuor rōnes cicatricum christi.
bo. Ad extremū vt etiā reprobi in iudicio signa eiusdem
passionis aspiciant:sicut scriptū est. Uidebūt in quē trās-
fixerunt. Ac se iustitie dānandos intelligant:non solum
hi q̄ ei impias intulere man⁹/sed ⁊ illi q̄ vel suscepta eius
mysteria pro nihilo contēnunt/vel sibi oblata nūq̄ susci-
pere curarūt:vel etiā maiore impietate in eis qui suscepe-
rant/odijs/ac psecutiōibus extinguere aut corrūpere la-
borant. Non ergo fallit nos fides resurrectiōis christi/nō de-
cipit nos spes resurrectionis nostre:q: deus pr̄ ⁊ dn̄m su-
scitauit/⁊ nos suscitabit p virtutē suā. Et sicut alibi idem Ro. viij.
aplus ait. Qui si spiritus eius inquit q̄ suscitauit Jesum a
mortuis habitat in vobis:q̄ suscitauit Jesum a mortuis/
viuificabit ⁊ mortalia corpora vestra p inhabitantē spm̄ j. Co. xv.
eius in vobis:qd de electis spāliter dictū cōstat:qm̄ quidē
oēs resurgemus/nō aūt oēs immutabimur:sed soli q̄ nūc
spūssancti inhabitatiōe regūtur/tunc in eterne vite btitu
dine maiori eiusdem spūs gr̄a subleuātur. Jgit dn̄s ad cō
firmandam resurrectionis fidē/seipm viuum discipulis
pbuit/vba exhortationis attulit:vestigia passionis nō so
lum intuēda/sed ⁊ palpanda demonstrauit. Sed infirma
adhuc eorum pcordia nouitatem tante potentie capere ne-
queūt:magisq3 mirari pre gaudio qd videbāt q̄ credere
qd docebant incipiūt. Uerum dn̄s ne qd in eorum mente resi-
deret ambigui/sumptis etiā epulis comedit coram eis:vt

si visibus oculoꝝ/si suoꝝ tactibꝰ nō crederēt/digitorum
vel alimentoꝝ carnaliū perceptione carnē esse que appa
ruit cognoscerent. Qua in re fratres cauēda est heresis
[Therin/thi error explodit̄] stulta Therinthianoꝝ: ne q̄s vcȝ pueriliter desipiēs esti/
met/vel mediatoris dei ⁊ dn̄i nostri corpus excitatum a
mortuis sustentaculo eguisse ciboꝝ: vel nostra post resur
rectionē corpora in vita ⁊ cōuersatiōe spūali escis reficiē/
da carnalibus: vbi diuine cōtēplatio claritatis esurire et
sitire/sicut ⁊ bonoꝝ ceteroꝝ penuriā pati nullatenꝰ sinit
Unde ardētissimus vite illius amator de sua certꝰ deuo/
[Ps. xvi.] tione deo spe letabūdus loquit̄. Ego aūt cum iustitia ap
parebo in cōspectu tuo: satiabor: dū manifestabit̄ gloria
[Jo. xiiij.] tua. Et Philippus eodē feruens amore. Dn̄e inq̄t ostēde
nobis patrē: ⁊ sufficit nobis. Simplr̄ itaq; ⁊ pie sentiēdū
est/resuscitatū a morte: ⁊ immortale iā factū corpus domi
nicum: nullā quidē necessitatē/attamē facultatē habuis/
se vescēdi. Ideoq; vbiq; opportunitas p̄bāde substātie na
turalis exigebat cibis esse refectū: qui nimirū cibi nullū
sanguini adiumētū/vt mortaliū corporibꝰ solēt illi p̄bue
runt: sed quō in ignem missa aqua: ita mox comesti spūali
eius sunt virtute assumpti: sed ⁊ nostra post resurrectionē
corpora celesti gloria p̄dita/credendū est ad quicquid vo
luerint agendū esse potentia: ad perueniendū vbicūq; li
buerit esse promptissima. Sed q: tunc nulla manducandi
necessitas/vel vtilitas aliūde pōt incurrere: nullatenus
immortale seculū cibis mortalibꝰ esse fruiturū: vbi filijs
resurrectionis nō aliud esca ⁊ potus/q̄ vita ⁊ salus/gau
dium/pax ⁊ oia bona: q̄ illud nimirū sit qđ in psalmo ca
nitur. Beati q̄ habitant in domo tua: in secula seculorum
[I. Co. xv.] laudabūt te. Et iterū. Uidebit̄ deus deorum in sion. Un/
de et apl's illius seculi arcana describēs ait. Quādo erit
deus oia in oibus. Expleta aūt refectione dn̄s adhuc ex/
[Tex.] hortationis monita subiungit dicens. ¶ Hec sunt verba
que locutus sum ad vos/cū adhuc essem vobiscum. i. cuȝ
mortali adhuc ⁊ passibili carne vestre essem similis: qm̄
necesse est impleri oia q̄ scripta sunt in lege Moysi et pro
phetis/⁊ psalmis de me. Omē magr̄ veritatis tollit scru/
pulū simulationis/vndiq; veritatis iura cōfirmat: videt̄
palpatur/reficitur/sermo exhortationis per singula p̄/
betur. Et ne solum eius testimonium minus sufficere pu
taretur: etiā Moysi ⁊ p̄phetarū auctoritas/q̄ eius incar
nationem/passionem/⁊ resurrectionem suis p̄signaue
runt scriptis ad mediū producitur. Ne vero ad intelligē/
da hoꝝ mystica dicta tardi forte remanerēt: sensuȝ quoq;
illis quo hec intelligere possent aperuit. Quo facto nil
vltra prisce dubietatis in eorum mēte residere permisit:
nec tn̄ illis adhuc rationem passionis/ac resurrectionis
[Tex.] sue reddere desistit. Nam sequit̄. ¶ Et dixit illis. Qm̄ sic
scriptum est: ⁊ sic oportebat christum pati: et resurgere a
mortuis die tertia: ⁊ predicari in noie eius penitētiā et re
missionē pctōꝝ in oēs gentes. Ideo aūt christū pati ⁊ re/
surgere oportebat a mortuis: q: impossibile erat mundū
saluari/nisi deus hō veniret: qui in hoīs habitu apparēs:
et hoies que essent diuina instrueret: ⁊ morte vt hō susci/
[Nō diuine dispē/sationis.] piens diuina virtute reuinceret: sicq; in se credētes: ⁊ ad
cōtēptū subeūde mortis ascenderet: ⁊ certitudine sperā/
de resurrectionis/ac vite perpetue animaret. Quo enim
aptius exēplo poterant hoies ad fidē participande glie/
et p̄merende vite immortalis erigi: q̄ cū ipsum deum co
gnoscerēt humanitatis/ac mortalitatis sue factum fuisse
participē: Quo efficacius ordine ad toleranda p̄ sua sa/
lute aduersa queq; p̄uocarentur: q̄ cum amatorē suū di/
dicisset/pro eorū salute innumera ab impijs gn̄a p̄boꝝ
et ipsam mortis subijsse sniam: Qua rōne congruentius
spem resurrectionis acciperent: q̄ cū eius se sacramētis
ablutos et sanctificatos eius corpori adunatos esse me/
minissent: q̄ pro ipsis morte gustata/citiꝰ exēplū resurgē/
di a morte p̄beret. Oportebat itaq; pati christū: ⁊ resurge
re a mortuis die tertia. Et p̄dicari inq̄t in noie eiꝰ pniam
et remissionē peccatoꝝ in oēs gentes. Qui nimirū ordo
erat necessarius: vt prius pro salute mundi sanguis fun/
deretur christi: postq; per eius resurrectionē ⁊ ascensionē
pateficeret hoibus celestis ianua regni. Et sic demū mit/
terentur qui cunctis per orbem nationibus verbuȝ vite
predicarēt: ac sacramēta fidei quibꝰ saluari/atq; ad gau/
dia superne patrie possent attingere ministrarēt: cooperan
te ipo mediatore dei ⁊ hoim/hoie Jesu christo: q̄ viuit et
regnat cū p̄re in vnitate spūsscti deꝰ/p oia scl'a scl'oꝝ. Amē.

¶ Feria tertia. Sermo sancti Cypriani martyris.

Sapientissimus Salo
mon fons sapientie/cēsor iustitie: ⁊ magr̄ disci/
pline/in Cāticis canticoꝝ sic fatus est. Ubi pa/ [Can. i.]
scis: vbi manes: In meridiano. Quis iterrogabat: Uox
est spūs interrogātis dn̄m christū: vbi pascis: vbi manes:
Et ille. In meridiano. Et miramur fratres dilectissimi q̄
interrogat spūssanctus: eo q̄ non habet opus cui totus
notꝰ est mūdꝰ: qui ante tēpꝰ fuit/nec initiū habuit: sicut
nec aliq̄n finē habebit: neq; eternitas habet etatem/aut
aliq̄n finē qui nescit originē. Sed ad hoc spūssctūs cogit
de passione dn̄m christū dicere: vt populus qui ignorabat
possit audire. Ubi pascis. i. vbi pateris. Et dn̄s respōdet.
In meridiano: cū in sexta hora per mediū celi spatiū sol
igneus in sua penderet libra: ⁊ axe flāmigero diuisa men
sura celi/subiectas vmbras clypeo vibrante colligeret: cū
mūdi penderet vmbra ⁊ inferi simul in nocte. Sic oms
iudea vestita de cecitate: q̄n furibundo impetu clamabāt
Crucifige/crucifige. Sicut ois creatura sexta hora nō vi
dit solem: sic quicquid sub celo iacebat didicit maiestatē
(parua enim dico) sic lumen christi qui in sole posuit ta/ [Lu. xxiij]
bernaculum suū/vniuersas gentes collegit: ⁊ cōsciētias
nostras alta nocte temporū totus intrauit. Pependit in
cruce sexta hora dn̄s christus: ⁊ sol pependit vt famulus.
Cum latus christi lācea perforatur/ab hora sexta vsq; ad
nonam/solis claritas iugulatur. Luget celum auctorem
perdidit oculum dies: ⁊ orbatus fibula celi/velut nox fa
cta est dies: ⁊ subito aduenies nox excecat claritatē. Pro/
pterea in passione dn̄i Jesu christi velut nox facta est dies
quia in eius resurrectione nox declarauit vt dies/sicut
scriptū est. Quia tenebre non obscurabūtur a te: ⁊ nox si/
cut dies illuminabitur. Peccaret creatura si nō lugeret [Psal. cxxxviij.]
creatorem: vel dies/si suam nō cōscinderet vestē. Judea
iure admiserat sacrilegium si non in crimine suo sexta ho
ra palpitaret: ⁊ solis cecitas testimonium perhiberet. An
tecedit dominū ad iferos dies/nox eterna qđ ignorabat
didicit. Dies noctē quā nesciebat expauit/dicente Dauid
In sole posuit tabernaculum suum. Bene ostēdit taber/ [Psal. xviij.]
naculum suum christus/crucem hospitiū corporis sui: in
qua vna macerie destinata iugulati sunt inferi. Adhuc
pēdet in macerie christi corpus: ⁊ iā debellatur inferꝰ. Ti
mēt terrore tartari maiestate pegrina. Mors ab inferis
[illegible] fugit: a suis sedibus mors exclusa currit ad ce
lū/vidit quā nō nouerat noctē. Pallent astra: tremit ter/
ra turbantur elementa/p̄cedunt ex suis tumulis funera
Neq; enim sepulchra aliquā partē corporis tenere potue
runt: quādo gehēna simul crepuerat tota. Ad hoc em̄ re/
uersus est dies ad p̄prium statū: quia ad verū diem reuer
sus est auctor qui fecit hunc diem: sicut scriptū est. Hec est
dies quā fecit dn̄s. Propterea elementa recipiunt speciē
suam: quia si omnia cum ruina mundi perirēt/hodie nō [Psal. cxvij.]
erat q̄ timeret: ⁊ ideo in fide christi totus mūdus vnꝰ est
locus: adeo hoc nomē per terras volauit/nauigauit per vn
das: q: spūs nō habet iter/nec fides aliq̄n querit vectorē.
Quid dictura est Judea aduersus dn̄m christū/quē natū
stella flāmigera demonstrauit: ⁊ passum solis cecitas de
clarauit: Jā perdidit estimationē suā humana superbia: quia
natum dn̄m audiuit/passum vidit. Expauit ppl's post re
surrectionem videndo nouū/post inferos sanū ⁊ post cla

nos ⁊ mortē ipm iterū ad patrē vehiculo lucis vsq; ad ce/
los euolare: ppl's supinis vultibꝰ adorabat: ⁊ ne totꝰ ab/
iret/per sacrm corporis in nostris cordibꝰ se diuisit. Dū eum in
tra cōscientiā nostrā per fidem portamꝰ/martyria per sangui/
nem/virginitas per pudorē/totiusq; ppl'i adorabāt: nō flen
tes/sȝ gaudētes: q: ostēdit nobis iter ad celos dn̄s christꝰ
qui viuit ⁊ regnat deus in secula seculorum. Amen.

¶ Feria quarta. Joannis. XXI.

¶ In illo tempore: Manifestauit se iterū Jesus
discipulis suis ad mare tyberiadis. Manifesta/
uit autem sic. Erāt simul Simon Petrꝰ ⁊ Tho/
mas qui dicitur didymus: ⁊ Nathanael q̄ erat a
chana Galilee: ⁊ filij Zebedei: ⁊ alij ex discipulis
eius duo. Dicit eis Simon Petrus. Uado pisca
ri. Et reliqua. Homilia beati Gregorij pape.

Lectio sancti euange
lij que modo in auribus vestris lecta est/fres
mei questione animum pulsat: sed pulsatione
sua vim discretionis indicat. Queri etem̄ potest: cur Pe
trus qui piscator an̄ conuersionē fuit/post conuersionē
[Luc. ix.] ad piscationē redijt: ⁊ cū veritas dicit. Nemo mittēs ma/
num suam in aratrum: ⁊ aspiciens retro aptus est regno
dei: cur repetijt qđ dereliq̄t: Sed si virtus discretiōis inspi
citur: cito videt̄ q: nimiꝝ negotiū qđ ante cōuersionē sine
pctō extitit: hoc etiā post cōuersionē repetere culpa non fuit
[Doctri/na mora/lis.] Nā piscatorē Petrū: Mattheū vero Telonariū scimus: et
post cōuersionē suā ad piscationē Petrꝰ redijt: Mattheꝰ
vero ad Telonei negotiū nō resedit: q: aliđ est victū per pisca
tionē q̄rere/aliud telonei lucris pecuniā augere. Sūt em̄
pleraq; negotia q̄ sine pctis exhiberi/aut vix aut nullate/
nus pn̄t. Que ḡ ad pctm̄ implicant/ad hec necesse est vt
post cōuersionē animꝰ nō recurrat. Queri etiā pōt/cur di
scipulis in mari laborantibus post resurrectionē suā dn̄s
in littore steterit: q̄ ante resurrectionē suā corā discipulis in
fluctibꝰ maris ambulauit: Cuius rei rō festine cognoscit̄
si ipsa que tūc inerat cā pensēt̄. Quid em̄ mare/nisi p̄ns
scl'm designat: qđ se casuū tumultibus ⁊ vndis vite corru
ptibilis illidit: Quid per soliditatē littoris/nisi illa perpetui/
tas q̄etis eterne figurat̄. Quia igit̄ discipuli adhuc flu/
ctibꝰ mortalis vite inerāt/in mari laborabāt. Qr aūt redē
ptor nr̄ iā corruptionē carnis excesserat/post resurrectio/
nē suā in littore stabat: ac si ipȝ resurrectiōis sue mysteriū
rebus discipulis loqueret̄ dicens. Jam vobis in mari nō
appareo: q: vobiscū in perturbatiōis fluctibꝰ nō sum. Hinc
est q̄ in alio loco post resurrectionē suā eisdē discipulis di
[Lu. xxiiij.] cit. Hec sunt verba q̄ locutꝰ sum ad vos/cū adhuc essem vo
biscū. Neq; em̄ cū ipsis nō erat/quibꝰ p̄sens corporaliter
apparebat. Sed tn̄ iam se cū ipsis esse denegat: a quoruȝ
mortali corpore carnis imortalitate distabat. Qđ illic cū
ipsis positus fatet̄ nō se esse cū ipsis: hoc q̄ hic situ corporis
indicat/cū adhuc eis nauigātibꝰ esse se iā in littore demō
strat. Facta est aūt discipulis piscationis magna difficul/
tas: vt magro veniente fieret admirationis magna subli
[Tex.] mitas. Qui protinꝰ dixit. ¶ Mittite in dexterā nauigij
rete: ⁊ inuenietis. Bis in scto euāgelio legit̄: q: dn̄s iussit
vt ad piscandū retia mitterent̄: an̄ passionē vcȝ/⁊ post re/
surrectionē. Sed priusq̄ redēptor noster pateret̄ ⁊ resur/
geret/mitti quidē rete ad piscādū iubet: sed vtrū in dexte
rā/an i sinistrā mitti debuisset nō iubet. Post resurrectio/
nem vero discipulis apparens: mitti rete in dexteram iubet
In illa piscatione tanti capti sunt vt retia rumperētur: in
ista autem ⁊ multi capti sunt/⁊ retia tn̄ rupta non sunt.
Quis vero nesciat bonos i dextera ac malos i sinistra figu
rari: Illa igit̄ piscatio in q̄ spāliter in quā partē mitti rete
debeat non iubet̄/presentem ecclesiā designat: q̄ bonos
siml' ⁊ malos colligit/nec eligit quos trahat: q: quos eli/
gere possit ignorat. Hec aūt piscatio post dn̄i resurrectio
nem facta in solam dexterā iussa est: q: ad videndā clarita
tis ipsius gloriā/sola electorū ecclesia pertingit: que de si/
nistro opere nil habet. In illa piscatione pre multitudine
piscium rete rumpitur: q: nunc ad fidei confessionē/etiaȝ
cū electis reprobi tanti intrant: qui ipsam q̄ ecclesiam he
resibus scindant. In ista vero piscatione: ⁊ multi pisces/⁊
magni capiuntur/⁊ rete non rumpit̄: q: sancta electoruȝ
ecclesia in continua auctoris sui pace requiescēs/nullis [Tex.]
iam dissentiōibus dilaniat̄. ¶ Captis autē tam magnis
piscibus ascendit Simon Petrꝰ ⁊ traxit rete in terrā. Jā
credo q̄ vestra charitas aduertat: quid est qđ Petrꝰ rete
ad terrā trahit: Ipsi quippe sancta ecclesia est commissa [Joā. xxi.]
ipsi quippe specialiter dicit̄. Simon Joannis amas me/
pasce oues meas. Quod ergo postmodū aperitur in vo/
ce/hoc mō signat̄ in opere. Qr igit̄ predicator ecclesie nos
a mūdi huiꝰ separat fluctibꝰ: nimirū necesse est vt rete ple
nū piscibꝰ Petrꝰ ad terrā ducat. Ipse em̄ pisces ad solidi/
tatē littoris ptrahit: q: sancte predicationis voce/stabili/
tatē eterne patrie fidelibꝰ ostēdit. Hoc egit verbis: ⁊ egit
epl'is/hoc agit q̄tidie miraculorū signis. Quoties em̄ per eū
ad amorē quietis eterne cōuertimur: quoties a terrena/
rum rerū tumultibus separamur: qđ aliud q̄ missi intra
rete fidei/vt pisces ad littus trahimur: Sed cū rete ma/ [Numeri mysteri/um ostē/ditur.]
gnis piscibꝰ plenū dicit̄/addit̄ ⁊ quātis/scȝ cētū quinqua
gintatribꝰ. A magno mysterio numerus non vacat/sed
intentos nos tanti mysterij profunditas expectat. Neq;
etem̄ quantitatis summā solerter euāgelista exprimeret:
nisi hanc sacramento plenā esse iudicasset. Scitis nāq; q̄
in testamento veteri ois operatio decalogi mandato pre
cipitur. In nouo aūt eiusdē operationis virtus per septifor/
mē gratiā spūsscti multiplicatis fidelibꝰ datur: quē pro/
pheta denūtians dicit. Spūs sapiētie ⁊ intellectus/spūs [Esaie. xi]
cōsilij ⁊ fortitudinis/spūs scientie ⁊ pietatis: ⁊ replebit eū
spiritus timoris dn̄i. Sed ille in hoc spiritu operationem
percipit/qui fidem trinitatis agnoscit: vt ⁊ patreȝ ⁊ filiū
⁊ eundem spm̄sctm̄ vnius virtutis credat/vnius substan
tie esse fateatur. Quia igitur septē que superius diximus
per nouum testamentū latius data sunt: decem vero per ve
tus precepta/ois nostra virtus ⁊ operatio per decem ⁊ septeȝ
potest plene cōprehendi. Ducamus erga per trigonū deceȝ
⁊ septem ⁊ veniunt quinquaginta ⁊ vnū. Qui profecto nu
merus a magno mysterio nō vacat: q: in testamento vete
ri legimus q̄ annus q̄nquagesimꝰ iubileus vocari iussus
est: in quo vcȝ cunctus populus ab omni operatione quie/
sceret. Sed vera requies in vnitate est/diuidi q̄ppe vnuȝ
nō potest. Ubi em̄ scissura diuisionis est/vera requies nō
est. Ducamus igitur per trigonū quinquaginta ⁊ vnum: ⁊
fluunt cētum quinquagintatres. Quia igitur ⁊ ois ope/
ratio nostra in fidem trinitatis exhibita ad requiem ten
dit/decem ⁊ septē ter ducimꝰ: vt ad quinquaginta ⁊ vnū
venire debeamus. Et q: vera nostra requies tunc est/cuȝ
ipsaȝ iam claritatem trinitatis agnoscimus: quā in vnita
te diuinitatis esse certum tenemus: quinquaginta ⁊ vnū
ter ducimus: ⁊ electoꝝ summā in superna patria quasi cē
tum quinquagintatriū pisciū numerū tenemus. Post re [Numerus ele/ctoꝝ no/tatur.]
surrectionem ergo dn̄i missum rete dignum fuit vt tot pi
sces caperet: quot solūmō electos ciues superne patrie desi
gnaret. Inter hec vero ⁊ hesterna scti euangelij lectio ⁊ ho
dierna nos admonet: vt vigilāter debeamꝰ inspicere/cur
dn̄s ⁊ redēptor noster post resurrectionē suā piscē assum
legit̄ comedisse. Nō em̄ vacat a mysterio/qđ iterat̄ in fa
cto. In hac etem̄ lectione panē ⁊ assum piscē: in illa vero q̄
hesterna die lecta est/cū asso pisce etiā fauū mellis come/
dit. Quid aūt credimus piscem assum signare/nisi ipsuȝ
mediatorem dei ⁊ hoim: Ipse em̄ latere dignatus est in
aquis generis humani: capi voluit laqueo mortis nostre
⁊ quasi tribulatiōe assatus est tpe passionis sue. Sed qui
piscis assus fieri dignatus est in passiōe/fauus mellis no
bis extitit in resurrectiōe. An qui in pisce asso figurari vo
luit tribulationē passiōis sue: i fauo mellis vtrāq; naturā

exprimere voluit psone sue? Fau⁹ cū mel in cera est: mel in cera/diuinitas est in humanitate. Quod ab hac q̄ lectione non discrepat: nā piscē comedit ⁊ panē. Qui enim assari vt piscis potuit ex humanitate: pane nos reficit ex
Joā. vj. diuinitate: qui ait. Ego sum panis viu⁹ q de celo descēdi. Assum ergo piscē comedit ⁊ panē: vt ipo suo cibo nobis ostenderet/q: ⁊ passionē ex nostra humanitate prulit: ⁊ refectionē nostrā ex sua diuinitate ꝓcurauit. Nos si vigilāter inspicim⁹ nobis q̄ qualiter ad imitandū congruit videmus. Sic em̄ sua facta redēptor indicat: vt imitatiōis viā nobis sequētibus seruet. Ecce in cibo suo dn̄s noster pisci asso coniūgere fauū voluit: q: vez illos in suo corpore ad eternā quietē suscipit. Qui cū hic tribulationes ꝓ deo sentiunt/ab amore interne dulcedinis nō recedunt. Cū asso pisce fauus sumit: q: qui hic afflictionem pro veritate suscipiunt/illic dulcedine vera satiantur. Notādū q̄ ꝙ vltimū cōuiuiū dn̄s cum septem discipulis habuisse describit/Petr⁹ nāq ⁊ Thomas/Nathanael/filij Zebe-
Allegoria pulcherrima. dei: ⁊ alij ex discipulis ei⁹ duo in eo fuisse memorant. Cur autē cum septem discipulis vltimū cōuiuiū celebrat/nisi ꝙ eos tātūmō qui septiformi gratia spūsctī pleni sunt futuros secū in eterna refectione denūtiat? Septē q̄ dieb⁹ oē hoc tp̄s euoluit: ⁊ sepe septenario numero pfectio designat. Illi ḡ vltimo cōuiuio de p̄sentia v̄itatis epulant qui nunc pfectionis studio terrena trāscendūt/quos mūdi huius amor nō ligat. Quibus ⁊ si vtcūq p tentamēta obstrepit: cepta eoꝝ desideria nō retundit. De h extremo
apoc. xix cōuiuio al's p Joannē dr. Beati q ad cenā nuptiarū agni vocati sunt. Idcirco em̄ nō ad prādiū/sz ad cenā vocatos narrat: q: nimirū in fine diei cōuiuiū cena est. Qui ergo finito p̄sentis vite tp̄e ad refectionē eterne cōtemplationis veniūt: nō ad agni prādiū/sed ad cenā vocant. Que vez cena hoc vltimo cōuiuio exprimit/cui septem discipuli adesse memorant: q: illos vt dixim⁹ tūc interna refectio reparat: qui pleni nūc septiformi grā in amore spūs anhelant. Hec ergo vobiscum fratres agite: huius spūs repleri p̄sentia desiderate: qd vos sequi in futurū possit ex presenti ppēdite. Pensate si hoc spū pleni estis/⁊ nostis si ad illud cōuiuiū puenire valeatis. Quisquis nāq ille est: quē nūc spūs ille nō reparat/pfecto ab illa eterna cōuiuij refe-
Ro. viij. ctione ieiunat. Memētote qd de eodem spū Paul⁹ dicat Si qs spm̄ christi nō hz/hic nō est ei⁹. Quasi quidā titul⁹ diuine possessionis/est iste spūs amoris. Nūquid nam spiritū christi habet is: cui⁹ mentē odia dissipāt/elatio inflat ira vsq ad diuisionē mētis exasperat/auaritia cruciat/luxuria eneruat? Pensate q̄s sit spūs christi. Profecto ille q facit amicos ⁊ inimicos diligi/terrena despici/p celestib⁹ estuari/carnē ppter vitia cōteri/mētē a ꝯcupiscētijs refre-
Effect⁹ spiritus christi. nari. Si ḡ vultis ius cognoscere possessiōis dei/psonā ꝑpendite possessoris vr̄i. Ecce em̄ qd diximus/voce veridica Paul⁹ clamat. Si qs spm̄ christi nō hz/hic nō est ei⁹. Ac si apte dicat. Qui nūc deo ihabitāte nō regit/de diuine claritatis specie postmodū nō letat. Sz nos tn̄ si ad h q dicta sunt īfirmamur/necdū culmē pfectiōis attingim⁹. In via dei q̄tidie scī desiderij gressū ponam⁹. Cōsolat nos veri-
Psal. cxxxviij. tas: q p psalmistā dicit. Impfectū meū viderūt ocli tui: et i libro tuo oēs scribent. Nō oīno erit nobis noxia nr̄a impfectio si in dei itinere ꝯstituti: ⁊ ad trāsacta nō respicim⁹ ⁊ ad ea q̄ restāt transire festinam⁹. Nā q imperfectoꝝ desideria dignāter inflāmat/hic qnq ad pfectionē roborat p Jesum christū dn̄m nostrū: qui cū eo viuit ⁊ regnat de⁹ in vnitate spūssancti/per oīa secula seculorum. Amen.

¶ Feria. IIII. Sermo scti Augustini.

Liberatoris nostri predicatio/nr̄a est liberatio. Duas aūt aduertim⁹ in sancto euāgelio dn̄i piscationes. i. qn ad v̄bū ipsi⁹ missa sunt retia. Vnā pri⁹ qn discipulos elegit: ⁊ hanc alterā qn a mortuis resurrexit. Illa piscatio significat ecclesiā q̄lis est mō: ista v̄o post resurrectionē dn̄i significat ecclesiā/qualis futura erit in fine seculi. Deniq in illa p̄ore piscatione iussit mitti retia: ⁊ non dixit in quam partē sed tantūmodo vt mitterent precepit. Miserūt discipuli: non dictum est in dexterā: non dictum est in sinistram. Pisces enim homines significabant. Si ergo diceret in dexteraꝝ/soli boni futuri essent: si diceret in sinistrā/soli mali. Quia vero pmixti futuri erant in ecclesia ⁊ boni ⁊ mali/sine differētia missa sunt retia vt caperentur pisces/significantes mixturam bonorū ⁊ malorum. Deinde ⁊ hoc ibi scriptū est: q: tantū piscium ceperunt vt due nauicule mergerentur/hoc est vt submersione premerent. Nō em̄ submerse sunt due ille nauicule/sed periclitate multitudine piscium. Significatū est hinc: q: in multitudine quam collectura erat ecclia/periclitatura faerat disciplina. Et hoc adiūctum est in illa piscatione/atq narrat: q: ⁊ retia pre multitudine pisciū dirupta sunt. Dirupta retia quid significauerit/nisi futura schismata? Tria ergo ista in illa Tria notantur.
piscatione significata sunt: mixtura bonoꝝ ⁊ maloꝝ/pressura turbarū/separationes hereticoꝝ. Mixtura bonorū ⁊ maloꝝ: q: nec in dexteram/nec in sinistrā missa sunt retia. Pressura turbarū: q: tantū captū est vt nauicule p̄merētur. Separationes hereticoꝝ: q: tanta fuerat multitudo vt retia rūperent. Respice nunc ad istam piscationez que hodie recitata est. Fctā est em̄ post resurrectionē dn̄i vt significaret talem futurā ecclesiā post nostram resurrectionem. Mittite inquit rete in dexterā partem. Discret⁹ est ergo numerus eoꝝ qui ad dexterā stabunt. Meminis- Joā. xxj.
tis em̄ dn̄m dixisse venturū esse cū angelis suis. Et cōgregabuntur ante eū oēs gentes: ⁊ diuidet eas sicut pastor Mat. xxv.
diuidit oues ab hedis. Oues ponet ad dexteram: hedos ad sinistrā. Quibus dicturus est. Venite pcipite regnuz. Hedis dicturus est. Ite in ignē eternū. Mittite in dexteram. Tāq diceret/iam surrexi: ecclesiam volo significare que erit in resurrectione mortuoꝝ. Mittite in dexteram. Missa sunt retia in dexteram/nec poterant ea leuare pre multitudine piscium: ⁊ ibi dicta est multitudo sed certus numerus: ⁊ multitudo ⁊ magnitudo: ibi autem nō est numerus. Modo aūt anteq veniat resurrectio ⁊ separētur boni a malis: illud impletur qd ait propheta. Annūtiaui ps. xxxix
⁊ locutus sum: retia misi: ⁊ quid? Multiplicati sunt super numerum. Numerus ad sanctos ptinet/qui sunt regnaturi cum christo. Super numeꝝ modo in ecclesiam intrare possunt/in regnum non possunt. Quare admoneo vt eripiatis vos de presenti seculo malo: quare admoneo vt qui vultis viuere nō imitemini malos christianos. Nō dicaris. Quare ille fidelis non est/⁊ inebriatur? Quare ille nō fidelis est: ⁊ cōcubinas habet? Quare ille non fidelis est: ⁊ quotidie fraudes facit? Quare ille nō fidelis est/et mathematicos consulit? Modo enim qui volueritis esse grana/tunc inueniemini in massa. Qui aūt volueritis eē palea/inueniemini in magno aceruo: sed magno igne incendendo. Qui ergo adduxerunt inquit retia ad littus? Petrus adduxit retia ad littus. Modo cū euangelium legeret audistis: vbi audistis littus/intelligite finem maris: vbi audistis finem maris: intelligite finem seculi. In illa piscatione nō ad littus attracta sunt retia: sed ipsi pisces q capti sunt in nauiculis fusi sunt. Hic aūt traxerunt ad littus. Spera finem seculi: venturus est finis bon⁹ dextroꝝ/malus sinistroꝝ. Et qd pisces? Attraxerūt inqt retia: habētia pisces cētū quinquagintatres: ⁊ adiecit euāgelista rem necessariā. Et cū tanti i. tam magni essent: nō est scissum rete. Magni erunt: sed hereses non erunt: et ideo magis hereses nō erunt: q: magni erunt. Qui sunt magni? Lege v̄ba ipsius dn̄i in euāgelio/⁊ inuenies magnos. Ait em̄ in quodam loco. Non veni legem soluere/ Mat. v.
sed adimplere. Amen em̄ dico vobis/qm̄ quicūq soluerit vnū de mandatis istis minimis: ⁊ docuerit sic/bona dicēdo: soluerit male viuendo/minimus vocabit in regno celoꝝ. Sed in quo regno celoꝝ? In ecclia q modo est: q: et ipa vocat regnū celoꝝ. Nā si nō vocaret regnū celorū: et

ista ecclesia que colligit malos ⁊ bonos: non diceret ipse dn̄s in parabola loquēs. Simile est regnū celorū sagene
Mat. xiij. misse in mare/⁊ cōgregat oīa genera pisciū. Sed ecce qd sequitur. Simile est regnum celoꝝ sagene misse in mare. Sagena retia sunt: cōgregat oīa genera pisciū. Sed qd? Attrahūt illa ad littus. Hoc in parabola dn̄s dicit. Et cū traxerint ad littus: sedent ⁊ colligunt bonos in vascula/ malos autē proijciunt? Et exposuit qd ꝓposuit/quid em̄ ait? Sic erit in cōsummatione seculi. Intellexistis littus? Venient inquit angeli ⁊ colligēt malos de medio iustoꝝ ⁊ mittent eos in camino ignis ardētis: ibi erit flet⁹ ⁊ stridor dentiū. Tamen regnū celoꝝ appellat ecclesiā: ⁊ q: antea in mari habet pisces simul natātes ⁊ bonos ⁊ malos in isto regno celoꝝ. i. in ecclia hui⁹ tp̄is/minim⁹ vocat ille qui docet bona ⁊ agit mala: q: ibi est ⁊ ipse. Nō em̄ nō est ibi: sed ibi est in regno celorū. i. in ecclesia hui⁹ tp̄is/minimus vocat ille qui docet bona ⁊ agit mala/q: ibi est ⁊ ipse Nō em̄ non est ibi: sed ibi est in regno celoruz. i. in ecclesia qualis est illo tp̄e. Docet bona/agit mala. Necessari⁹ est
Mat. vj mercenarius. Amen dico vobis/ait pceperūt mercedem suam. Prodest aliquid. Nā si nihil prodessent qui bona docent ⁊ male viuūt: nō diceret ipe dn̄s populo suo. Scri-
Mat. xxiij. be ⁊ pharisei in cathedra Moysi sedent/que dicunt facite/q aūt faciūt/facere nolite. Quare? Dicūt em̄ ⁊ non faciunt. Intendat ergo charitas vestra: volo em̄ exponere
Mat. v. qui sunt pisces magni: qui soluerit inquit vnū de mandatis istis minimis: minim⁹ vocabit in regno celoꝝ: ibi erit sed minim⁹ erit. Qui aūt fecerit ⁊ docuerit sic: magn⁹ vocabit in regno celoꝝ. Et ecce isti sunt illi pisces magni ad dexterā capti. Qui fecerit ⁊ sic docuerit: bōa docuerit: nō sibi loquēti maleviuendo cōtradixerit: cū male vite testē habeat linguā bonā. Qui ḡ fecerit ⁊ sic docuerit magn⁹
Ibidem vocabitur in regno celoꝝ. Et sequit. Dico em̄ vobis: q: ni-
Mat. xxv. si abundauerit iustitia vestra sup scribarū ⁊ phariseorum nō intrabitis in regnū celoꝝ? Illud vnde dr dextris. Venite bn̄dicti patris mei pcipite regnū. Nisi abūdauerit iustitia vestra plusq scribaꝝ ⁊ phariseoꝝ/nō intrabitis in regnū celoꝝ. Respicite scribas illos ⁊ phariseos: qui in cathedra Moysi sedēt: de qb⁹ dictū est: q dicūt facite: q aūt
Rō numeri mystica. faciunt/facere nolite: dicūt em̄ ⁊ nō faciunt. Ergo iustitia phariseorū est dicere ⁊ non facere. Abūdet iustitia vestra sup scribaꝝ ⁊ phariseorū: vt bona dicatis ⁊ bene viuatis. Nūc ḡ de numero centum quinquaginta ⁊ triū piscium quid opus est eadem retexere? Nostis illa: a decē ⁊ septez nascitur numer⁹ crescens. Incipe ab vno: pueni ad decez ⁊ septē: vt oēs addas. i. vnū addas ad duos/⁊ fiunt tres: addas tres ⁊ fiūt sex: addas quatuor ⁊ fiunt decē: sic oēs adde vsq ad decē ⁊ septē/⁊ puenis vsq ad cētū ⁊ quinquaginta tres. Tota ergo intētio nr̄a esse nō debet/nisi qd sibi volūt decem ⁊ septē: ibi est em̄ fundamentū centū qnquaginta triū. Quid sibi volūt decē? Et in lege agnosce decem. Decē precepta data sunt. Primo decalogus dicit/ scriptus in tabulis digito dei. In decem agnosce legez: in septem agnosce spm̄scm̄. Septenario em̄ numero cōmemendat spūssanctus: ideo nō noiat in lege scrificatio: nisi septimo die. Fecit de⁹ lucē: nō dictū est: ꝯsanctificauit eā. Fecit firmamentū: nō dictū est: sanctificauit firmamentū Discreuit mare a terra/iussit germinare terrā: nō dictum est scrificauit. Fecit lunā ⁊ sidera: non dictū est scrificauit. Iussit animātia ꝓcedere de aquis natantia ⁊ volantia: nō dictū est sanctificauit. Iussit de terra exire aīalia quadrupedia ⁊ oīa reptilia: nō dictū est sanctificauit. Fecit et ipsum hoiem: nō dictū est sanctificauit. Ventū est ad septimū diē vbi requieuit: ⁊ ipm sanctificauit. Per requiē suā deus sanctificauit requiē nostraz: ibi ergo erit scrificatio nostra plena: vbi cū illo sine fine requiescam⁹. Nā quare deus requiesceret? Non em̄ operando fatigatus est: tu si verbo facias/nō fatigeris? Si iubes ⁊ continuo fiat/stas integer manes. Pauca v̄ba dixit vn̄ totum fecit: ⁊ subito lassat⁹ est? Ergo agnosce legē in decē/spm̄ sanctū agnosce in septē. Jungatur spūs legi: q: si acceperis legē ⁊ defuerit tibi adiutoriū spūs: nō imples qd legis: nō imples qd iubetur tibi/sed hō sub lege insup preuaricator tenet. Accedat spūs adiuuet: ⁊ fit qd iubet. Si desit spūs: lr̄a occidit te. Quare lr̄a occidit te? Q: preuaricatorez te faciet/ nec potes excusare de ignorantia: q legē accepisti/qd iaz faceres didicisti. Ignorātia te nō excusat/spūs te non adiuuat: ḡ perijsti. Sz quid ait apl's Paulus? Litera occidit Cōparatio legis ⁊ euāgelij.
spūs aūt viuificat. Inde spūs viuificat: q: facit impleri literā ne occidat. Isti sunt sancti/q faciūt legez dei ex dono dei. Lex iubere pōt/iuuare nō pōt. Accedit adiutor spūs ⁊ fit iussum dei cum gaudio/cū delectatione. Nam multi faciunt a timore: sz q faciunt legē timendo penā/mallent non esse qd timebāt: qui aūt faciunt amādo iustitiā/gaudent ibi: q: nō habent inimicā. Ideo dicit dn̄s. Cōcorda cum aduersario tuo cito dū es cū illo in via. Quis est ad- Mat. v.
uersarius tu⁹? Sermo legis. Que est via? Vita ista. Quō est ille aduersari⁹? Dicit tibi: nō mechaberis: ⁊ tu vis mechari? Dicit nō cōcupisces rē ꝓximi tui: ⁊ tu vis rape res alienas? Dicit: honora patrē ⁊ matrē: ⁊ tu contumeliosus es in parētib⁹? Dicit lex: noli dicere falsum testimonium: ⁊ tu a mēdacio nō recedis? Qn̄ vides q: ille sermo aliud iubet ⁊ tu aliud facis/nō est aduersari⁹ tuus? Aduersariū habes malū/nō tecū intret in secretariū tuū: cōpone duz es cū illo in via. Adest dn̄s q nos concordet. Quō nos cōcordat de⁹? Donādo pctā ⁊ inspirādo iustitiā/vt fiant opa bona. Cū ergo cōcordaueris cū aduersario tuo. i. cū decalogo legis p spm̄scm̄/ptinebit ad decē ⁊ septē. Cū p̄inueris ad decem ⁊ septem/iam exinde excrescit numerus ad centū quinquaginta tres: eris ad dexterā coronādus ne remaneas ad sinistrā damnatus. Ipso adiuuante q viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Feria quinta. Joannis. XX.

¶ In illo tempore: Maria stabat ad monumētū foris plorās. Dū ergo fleret: inclinauit se ⁊ pspexit in monumētū: ⁊ vidit duos angelos in albis sedētes: vnū ad caput: ⁊ vnū ad pedes: vbi positū fuerat corp⁹ Jesu. Et rel. Homil. Gre. pape.

Maria Magdalene que fuerat in ciuitate peccatrix/amando veritatem lauit lachrymis maculas criminis ⁊ vox v̄itatis impletur qua dicit Dimissa sunt ei peccata multa: qm̄ di- Luc. vij
lexit multū. Que em̄ prius frigida peccādo remanserat postmodū amando fortiter ardebat. Nā postq venit ad monumētum: ibiq corp⁹ dn̄icū non inuenit/sublatū credidit/atq discipulis nuntiauit. Qui venientes viderūt atq ita esse vt mulier dixerat/crediderūt. Et de eis protinus scriptū est. Abierūt ergo discipuli ad semetipsos. Ac Joā. xx.
deinde subiungitur. ¶ Maria autē stabat ad monumē- Tex.
tū foris plorans. Qua in re pensandū est huius mulieris mentē/quanta vis amoris accenderat/q a monumento dn̄i etiā discipulis recedētib⁹ non recedebat. Exquirebat quē nō inuenerat: flebat inquirēdo ⁊ amoris sui igne succensa/ei⁹ quem sublatū credidit ardebat desiderio. Unde cōtingit vt eū sola tunc videret/que remāserat vt quereret: q: nimirū virtus boni opis pseuerātia est. Et voce veritatis dicit. Qui aūt pseuerauerit vsq in finē/hic saluus Perseuerantie laus.
erit. Et precepto legis/cauda hostie in sacrificio iubet offerri. In cauda q̄ppe finis est corpis. Et ille bn̄ imolat/q sacrificiū boni opis vsq ad finem debite pducit actionis Hinc Joseph inter reliqs fratres talarē tunicā habuisse describit. Tunica q̄ppe vsq ad talū/est opus bonum vsq ad cōsummationē. Sed Maria dū fleret inclinauit se ⁊ pspexit in monumentū. Certe monumentū iam vacuuz viderat/iam sublatū dn̄m nuntiauerat. Quid est q se iterum inclinat: iterum videre desiderat? Sed amāti semel aspexisse nō sufficit: q: vis amoris intentionē multiplicat

inquisitionis. Quesiuit ergo pri⁹ ⁊ minime inuenit: pse/
uerauit vt quereret/vñ ⁊ ꝯtigit vt inueniret. Actuq; est vt
desideria dilata crescerēt: ⁊ crescētia raperēt qḋ iuenissēt
Hinc est em̄ qḋ de eodē sp̄oso eccl'ia in cāticis canticoꝝ di/
Cañ. iij. cit. In lectulo meo ꝑ noctē quesiui quē diligit aīa mea:
quesiui illum ⁊ nō inueni: surgā ⁊ circūibo ciuitatem per
vicos ⁊ plateas/querā quē diligit aīa mea. Que defectū
ꝙ̄ inuentionis ingeminat/dicens. Quesiui illū ⁊ non in/
ueni. Sed q: diu inuentio se non elōgat/si inquisitio non
desistat/adiungit. Inuenerūt me vigiles q̄ custodiunt ci
uitatē. Num quē diligit aīa mea vidistis? Paululū dum
pertransissem eos: inueni quē diligit aīa mea. Dilectum
nāq; in lecto querim⁹, qñ in p̄sentis vite aliquantula re/
quie redemptoris nostri desiderio suspiram⁹. Per noctē
querimus: q: etsi iam in illo mens vigilat: tñ adhuc ocu/
Tropologia de querēdo Jesu. lus caligat. Sed qui dilectū suū non inuenit: restat vt sur
gat/ciuitatē circūeat. i. sanctā electorū ecclesiā mente et
inquisitione ꝑcurrat: ꝑ vicos eum ⁊ plateas querat. i. per
angusta ⁊ lata gradientes aspiciat/si qua inuenire in eis
valeat: eius vestigia exquirat: q: sunt nonnulli etiam vite
secularis: qui imitandū aliquid habeāt de actione virtu/
tis. Querentes autē nos vigiles inueniūt qui custodiūt
ciuitatem: q: sancti patres qui ecclesie statū custodiūt bo
nis nostris studijs occurrūt: vt suo vel verbo vel scripto
nos doceāt. Quos cū paululū ptrāsimus/inuenim⁹ quē
diligim⁹: q: redemptor noster/⁊ si humilitate hō inter ho
mines: diuinitate tñ super hoīes fuit. Cū ergo transeunt
vigiles/dilect⁹ inuenit: q: cum ꝓphetas ⁊ ap̄los infra ip̄m
cōspicim⁹/illū qui natura deus est esse/supra hoīes ꝯside
ramus. Prius ergo nō inuētus querit: vt post inuent⁹ stri
ctius teneat. Sācta em̄ desideria vt p̄diximus dilatione
crescūt: si aūt dilatiōe deficiūt/desideria non fuerūt. Hoc
amore arsit q̄squis ad veritatē ptingere potuit. Hinc nāq;
Ps. xlj. Dauid ait. Sitiuit aīa mea ad deū viuū: qñ veniā ⁊ appa
Ps. ciiij. rebo ante faciem dei? Hinc nos admonet dicēs. Querite
Esa. xxvj facie eius sp. Hic ꝓpheta ait. Anima mea desiderauit te
Cañ. iiij. in nocte: sed ⁊ spiritu meo in p̄cordijs meis de mane vigi
labo ad te. Hinc iterū ecclesia in canticis dicit. Vulnera/
ta charitate ego sum. Iustū quippe est vt ex visione medi
ci ptingat ad salutē: q per estū eius desiderij vuln⁹ amoris
Cañ. v. portat in pectore. Hinc rursus ait. Anima mea liq̄facta
est. Mens nāq; hoīs cōditoris sui speciē nō querētis/ma
le dura est: q: in semetipsa remanet frigida. At si iā arde/
re ex desiderio ceperit/ad sequēdū quem diligit/liquefa/
cta ꝑ ignē amoris currit. Fit desiderio anxia: vilescūt in
seculo cuncta q̄ placebant: nihil est qḋ extra cōditorem li/
beat: ⁊ que prius delectabāt animū/postmodū fiūt vehe/
menter onerosa. Nil eius mesticiā ꝯsolat quousq; adhuc
qui desiderat nō aspiciat. Meret mens/lux ipsa fastidio
est: taliq; igne in mente: decoquit rubigo culpe: ⁊ succen
sus animus quasi auri more: q: ꝑ vsum speciem ꝑdidit/ꝑ
incendiū clarescit. Ista itaq; que sic amat: que se ad mo/
numentū qḋ ꝑspexerat iterū reclinat: videamus quo fru
ctu vis amoris in ea ingeminat opus inquisitiōis. Seq̄/
tur. ¶ Vidit duos angelos in albis sedentes: vnū ad ca/
Duorū angeloꝝ significatio. put ⁊ vnū ad pedes vbi positū fuerat corp⁹ Jesu. Quid
est ꝙ in loco dn̄ici corporis duo angeli vident: vn⁹ ad ca/
put atq; alius ad pedes sedens/nisi ꝙ latina lingua an/
gelus vocatur nuntius: ⁊ ille ex passione sua nuntiādus
erat: qui ⁊ deus ante secula est/⁊ homo in fine seculorū.
Quasi ad caput sedet angelus cum per ap̄lm Joannem
Joan. j. p̄dicat: q: in principio erat verbū ⁊ verbū erat apud deū
⁊ deus erat verbū. Et quasi ad pedes sedet angelus/cū
Ibidem dicit. Verbū caro factū est ⁊ habitauit in nob. Possum⁹
etiā per duos angelos/duo testamenta cognoscere: vnū
prius ⁊ aliud sequens. Qui vero angeli per locū dominici
corporis sibimet sunt cōiuncti: q: nimirū vtraq; testamen
ta dum pari sensu incarnatū ⁊ mortuū ac resurrexisse dn̄z
denūtiant: quasi testamentū prius ad caput/⁊ testamen/
tū posterius ad pedes sedet. Vnde ⁊ duo cherubin q̄ ꝓpi
tiatoriū tegūt/sese inuicē aspiciūt/versis vultib⁹ in ꝓpi
tiatoriū. Cherubin quippe plenitudo scientie dicit. Et qd
ꝑ duo cherubin/nisi vtraq; testamēta signant? Quid vero
ꝑ propitiatoriū/nisi incarnatus dn̄s figurat: de quo Jo
annes ait. Ipse est etenim ꝓpitiatio pro pctis nostris. Et j. Jo. ij.
dum testamentū vetus hoc faciēdū denūtiat/qḋ testamē
tum nouū de dn̄o factū clamat: quasi vtraq; Cherubin se
inuicem aspiciūt: dū vultus in ꝓpitiatoriū vertunt: q: dū
inter se positū incarnatū dn̄m vident/a suo aspectu nō dis
crepant: qui dispensationis eius mysterium concorditer
narrāt. Requirūt angeli Mariā dicētes. ¶ Mulier q̄d Tex.
ploras? Et dicit eis. Quia tulerunt dn̄m meum/⁊ nescio
vbi posuerunt eū. Ipsa nāq; sacra eloquia que in nobis la
chrymas amoris excitant/easdē lachrymas consolantur
dū nobis redemptoris nostri speciē p̄omittunt. Sed no/
tandum iuxta hystoriā est/ꝙ mulier non ait. Tulerūt cor
pus dn̄i mei: sed tulerūt dominū meū. Usus namq; sacri
eloquij est: vt aliquando ex parte totū: aliquando vero ex
toto partem significet. Ex parte em̄ totū significat/sicut
de Jacob scriptū est: quia descendit Jacob in Egyptū in Gen. xlvj
animabus septuaginta. Neq; em̄ in Egyptū anime sine
corporibus descenderūt: sed per solā aīaz totus hō signa
tur: q: ex parte totū exprimit. Et solum dominicū corpus
in monumento iacuerat: ⁊ Maria nō corpus dn̄i/s; sub/
latū dn̄m querebat: vez ex toto designans partē. ¶ Hec Tex.
cum dixisset/conuersa retrorsum vidit Jesum stantem et
nesciebat q: Jesus eēt. Notādū ꝙ Maria que adhuc de
dn̄i resurrectiōe dubitabat/retrorsum cōuersa est vt vide/
ret Jesum: q: vez per eandez dubitationē suam quasi ter
gum in dn̄i faciem miserat: quez resurrexisse minime cre/
debat. Sz q: amabat ⁊ dubitabat: videbat ⁊ nō agnosce
bat: eūq; illi ⁊ amor ostēderat ⁊ dubietas abscōdebat. Eu
ius adhuc ignorātia exprimit cū infertur: ⁊ nesciebat: q:
Jesus esset. ¶ Qui dicit ei. Mulier quid ploras? Quem Tex.
queris? Interrogat causa doloris vt augeat desiderium
quatenus cū noīauit quem quereret/in amore ei⁹ arden
dentius estuaret. ¶ Illa existimās q: hortulan⁹ esset/di/ Tex.
cit ei. Dn̄e: si tu sustulisti eū: dicito mihi/vbi posuisti eum: ⁊
ego eū tollā. Forsitan nec errando hec mulier errauit: q Jesus q̄ nō hortulanus
Jesum hortulanū credebat. An nō ei spūalr ⁊ specialiter
hortulanus erat/qui in eius pectore per amoris sui semi/
na virtutum virentia plantabat? Sed quid est ꝙ viso eo
quem hortulanū credidit: cui necdū dixerat quem quere
bat/ait. Dn̄e/an tu sustulisti eū? Quasi em̄ iā dixisset ex
cuius desiderio plangeret/eū dixit quem nō dixerat. Sz
vis amoris hoc agere solet in aīo: vt quem ipse semꝑ cogi
tat/nullum aliū ignorare credat. Recte ⁊ hec mulier quē
querit non dicit: ⁊ tamē dicit: si sustulisti eum: quia alteri
incognitum nō putat: quem sic ipsa continuo plāgit desi
derio. ¶ Dicit ei Jesus. Maria. Postq̄ eā cōmuni voca Tex.
bulo appellauit ex sexu/⁊ agnitus nō est/vocat eā ex no/
mine: ac si aperte dicat. Recognosce eum a quo recogno
sceris. Perfecto quoq; viro dicitur. Noui te ex nomine: q: Exodi. xxxiij.
homo cōmune omniū nostrū vocabulū est/Moyses vero
propriū. Cui recte dicitur: quia ex noīe scitur. Ac si ei dn̄s
aperte dicat. Non te generaliter vt ceteros/s; specialiter
scio. Maria ergo q: vocat ex noīe/recognoscit auctorem
atq; eum ꝓtinus Rabi. i. magistrū vocat: q: ⁊ ipse erat q̄
querebat exteri⁹: ⁊ ip̄e q̄ eā interius vt quereret docebat
Iā vero ab euāgelista nō subdit quid mulier fecit: sed ex
eo innuit ꝙ adijt cum dicitur. ¶ Noli me tangere: nōdū Tex.
em̄ ascendi ad patrem meū. In his nāq; verbis ostendit/
ꝙ Maria amplecti voluit eius vestigia quē recognouit:
s; ei magr̄ dicit: noli me tangere: nō q: post resurrectionē
suā dn̄s tactū renuit feminarū: cum de duabus ad sepul/
crū eius venientibus scriptum sit. Accesserunt/⁊ tenue/ Mat. xxviij.
runt pedes eius. Sed cur tangi non debeat/ratio quoq;
additur cum subinfertur: nōdū em̄ ascendi ad patrē meū
In corde etem̄ nr̄o tūc Jesus ascēdit ad p̄rem: cū equalis
credit patri. Nam quisquis eum equalem patri nō credit

adhuc in eius pectore ad patrem Jesus non ascendit. Il/
le ergo Jesum veraciter tangit: qui patri filiū coeternuz
credit. In corde etem̄ Pauli iam ad patrē Jesus ascen/
Phil. ij. derat: cū eisdē Paul⁹ dicebat. Qui cū in forma dei esset
nō rapinā arbitrat⁹ est esse se equalē deo. Vñ Joannes
Joan. j. ꝙ redemptorē nostrum manu fidei tetigit q̄ ait. In prin/
cipio erat vbū/⁊ verbū erat apud deum: ⁊ deus erat ver
bū: hoc erat in principio apud deū. Omnia per ipsum fa/
cta. Tangit ergo dn̄m/q̄ eum patri eternitate substantie
equalē credit. Sed fortasse aliquis tacita cogitatiōe pul/
satur/quomodo filius patri equalis esse possit. Qua in
re humana natura qḋ admirando cōprehendere non va
let: restat vt hoc sibi esse credibile ex admiratiōe alia sciat
Habet nāq; q̄d ad hec sibi sub breuitate respondeat: con/
stat em̄/q: ipse creauit matrē: in cui⁹ virgineo vtero ex hu
manitate crearet. Quid ergo mirū si equalis est pr̄i/qui
j. Cor. j. prior est matre? Paulo q̄ attestante didicim⁹ christū dei
virtutē ⁊ dei sapiētiā. Qui g̊ filiū minorē putat patri spe/
cialiter derogat: cui⁹ sapientiā esse ei inequalem fatetur.
Quis ergo potēs hō equanimiter ferret/si q̄s ei diceret.
Joan. x. Magn⁹ q̄dē es: s; tñ sapiētia tua te minor est. Ipse q̄ dn̄s
Joā. xiiij dicit. Ego ⁊ pater vnū sum⁹. S; rursus ait. Pater maior
Luce. ij. me est. De quo etiā scriptū est: q: subdit⁹ erat parētib⁹ suis
Quid ergo mirū si ex humanitate sua minorē se patre as
serit in celo: ex qua subiect⁹ erat etiā parētib⁹ in terra? Ex
Tex. qua hūanitate nūc Marie dicit. ¶ Vade ad frēs meos
⁊ dic eis. Ascēdo ad patrē meū ⁊ patrē vestrū: deū meum
⁊ deū vestrū. Cum meū dicat ⁊ vestrū: cur non cōiter dicit
nostrū? Sed distincte loquens indicat: q: eūdem patrē ⁊
deum dissimiliter habeat ip̄e q̄ nos. Ascendo ad patrem
meū vez per naturā: ⁊ patrē vestrū ꝑ gratiā: ad deū meuz
quē descēdi: ad deū vestrū/quē ascēdetis. Quia em̄ ⁊ ego
homo/deus mihi est: q: vos liberati ab errore/deus est vo
bis. Distincte igit mihi ⁊ pater ⁊ deus est: q: quē ante scl'a
deum genuit: hominem in fine seculoꝝ me mecū creauit.
Mulier q̄re nuntia resurrectiōis. ¶ Venit Maria Magdalena annūtiās discipl'is: q: vi/
di dn̄m ⁊ hec dixit mihi. Ecce hūani gn̄is culpa ibi abscin
ditur vñ ꝓcessit: q: em̄ in paradiso mulier viro ꝓpinauit
mortem a sepulcro: mulier viris annuntiauit vitā: ⁊ dicta
sui viuificatoris narrat: que mortiferi serpentis vba nar/
rauerat/ac si humano generi nō verbis dn̄s: sed rebus di
cat. De qua manu vobis illatus est potus mortis/de ip̄a
suscipite poculū vite. Hec de expositione lectionis euāge
lice succincte transcurrim⁹: nūc opitulāte eodem de quo
loq̄mur dn̄o/⁊ resurrectiōis ei⁹ gloriā ⁊ pietatis ei⁹ visce/
ra cōsiderem⁹. Citius em̄ a mortuis voluit resurgere: ne
nostra diu aīa in īfidelitatis morte remaneret. Vñ bene
Ps. cix. quoq; ꝑ psalmistā dicit. De torrente in via bibit ꝓpterea
exaltabit caput. In humano q̄ genere/ab ipso mūdi ini/
tio torrens mortis effluxerat. Sed de hoc torrente dn̄s in
via bibit: q: mortem in transitu gustauit: atq; ideo exalta
uit caput: q: hoc qḋ moriendo in sepulcro posuit: resurgē
do sup angelos eleuauit: ⁊ inde antiquū hostē in eternuz
pculit/vnde seuire cōtra se man⁹ ꝑsequentiū tpaliter ꝑmi
Job. xl. sit. Qḋ aperte dn̄s beato Job indicat/dicēs. Nūquid ca/
pies leuiathā hamo? Per leuiathā quippe qḋ additamē/
tum eoꝝ dicit: vetus ille deuorator humani generis desi/
gnat: qui dū se diuinitatē homini addere spopōdit/imor
talitatē sustulit. Qui preuaricationis q̄ culpā quā primo
homini ꝓpinauit/dū se sequentib⁹ pessima ꝑsuasiōe mul
tiplicat: penas eis sine cessatiōe coaceruat. In hamo aūt
esca ostendit/acule⁹ occultat. Hunc ergo oīpotēs pater
hamo cepit: q: ad mortē illius vnigenitū filiū incarnatuz
misit: in quo ⁊ caro passibilis videri posset: ⁊ diuinitas im
passibilis videri non posset. Cūq; in eo serpens iste ꝑ ma/
nus ꝑsequentiū escā corpis momordit/diuinitatis illū acu
leus perforauit? Pri⁹ vero cū in miraculis deū cognouerat:
sed de cognitione sua ad dubitationē cecidit/qñ hūc pas/
sibilē vidit. Quasi hamus ergo fauces glutientis tenuit
duz in illo esca carnis patuit/quā deuorator appeteret: ⁊
diuinitas passionis tēpore latuit q̄ necaret. In hamo ei⁹
incarnationis captus est: q: dum in illo apperijt escā cor/
poris transfixus est aculeo diuinitatis. Ibi quippe inerat
humanitas que ad se deuoratorē duceret: ibi diuinitas q̄
perforaret. Ibi aperta infirmitas q̄ prouocaret: ibi occul
ta virtus que raptoris faucē transfigeret. In hamo autē
captus est: q: inde interijt vnde momordit: ⁊ quos tene/
bat mortales iure ꝑdidit: q: cum in quo ius non habuit/
morte appetere immortalē p̄sumpsit. Hinc est etiam/ꝙ
hec ipsa de qua loquimur Maria viuit: quia ille pro hu/
mano genere qui morti nil debebat/occubuit. Hinc est ꝙ
nos quotidie ad vitā post culpas reuertimur: q: ad penā
nostrā conditor sine culpa descendit. Ecce iā antiqu⁹ ho/
stis ea que de humano genere cepit spolia amisit: supplā
tationis sue victoriā perdidit: quotidie peccatores ad ve
niam veniendo a sua potestate recedūt: quotidie de eius
faucibus redēptoris manu rapiuntur. Vnde bene q̄ ad
beatū Job voce dn̄ica iterū dr̄. Aut armilla ꝑforabis ma Ibidem
xillā eius? Armilla vbi ponit ambiendo cōstringit. Quid
igitur ꝑ armillā nisi circūplectēs nos diuina misericordia
designat? Que Leuiathā istius maxillā ꝑforat: dū nobis
post ꝑpetrata vitia q̄ ꝓhibuit/adhuc penitētie remediuz
ostēdit. Armilla dn̄s Leuiathā maxillā ꝑforat: qñ ip̄e in/
effabili misericordie sue potētia/sic malitie antiq̄ hostis
obuiat: vt aliqñ etiā eos q̄s iā cepit amittat. Et q̄si ab ore
illi⁹ cadūt: q̄ post ꝑpetratas culpas ad innocētiā redeūt.
Quis em̄ ore illi⁹ semel rapt⁹ maxillā ei⁹ euaderet/si ꝑfo
rata nō esset? An nō in ore Dauid tenuit: cū in tātā se luxu
rie voraginē mersit? An nō i ore Petrū tenuit cū negauit
S; dū ad vitā vterq; per pniam redijt: Leuiathā iste eos
aliq̄ mō q̄si ꝑ maxille sue foramē amisit. Per foramē ergo
ab ei⁹ ore subtracti sunt: q̄ post ꝑpetrationē tāte nequitie
penitendo redierūt. Quis aūt hoīm Leuiathā istius os Dei circa nos clemētia ostēdit.
euadat: vt illicita nulla cōmittat? Sed hinc cognoscim⁹
quantū redēptori humani generis debitores sumus: q̄ nō
solū nos in ore leuiathā ire ꝓhibuit: s; ab ore etiā redire
cōcessit: qui spē pctori nō abstulit: q: maxillā ei⁹ vt euadē/
di viā tribueret ꝑforauit: vt saltem post morsum fugiat: q̄
incautus prius cauere noluit ne morderetur. Vbiq; g̊ no
bis occurrit sup̄na medicina: q: ⁊ dedit homini precepta
ne peccet/⁊ tñ peccāti dedit remedia ne desperet. Vñ ca
uendū summope est ne q̄s delectatiōe peccati Leuiathā
istius ore rapiat: ⁊ tñ si rapt⁹ fuerit nō desperet: q: si pec/
catū ꝑfecte lugeat adhuc foramen in maxilla eius inueniet
per qḋ euadat. Adest testis diuine mīe hec ipsa de qua lo/
quimur Maria: de qua phariseus dū pietatis fontē vel/
let obstruere dicebat. Hic si esset ꝓpha: sciret vtiq; que ⁊ Luc. vij.
qualis est mulier q̄ tāgit eū: q: peccatrix est. Sed lauit la/
chrymis maculas cordis ⁊ corporis: ⁊ redemptoris sui ve
stigia tersit: que sua itinera praua dereliq̄t. Sedebat ad
pedes dn̄i: verbūq; de ore illius audiebat/viuenti adhese
rat/mortuū querebat: viuentē reperit quē mortuū quesi/
uit. Tantūq; apud eū locum gratie inuenit: vt hunc ipsis
quoq; ap̄lis eius: vez nuntijs ipsa nuntiaret. Quid igit
fratres/quid in hac re debem⁹ aspicere/nisi immensam
misericordiā cōditoris: qui nobis velut in signo ad exem/
plum penitentie posuit eos/quos per penitentiā viuere
post lapsum fecit? Perpēdo etem̄ Petrū/cōsidero latro/
nem/aspicio Zacheū/intueor Mariā: ⁊ nihil in his aliud
video: nisi ante oculos nr̄os posita spei ⁊ penitētie exem/
pla. Fortasse em̄ in fide lapsus est aliquis: aspiciat Petrū Mat.
qui amare fleuit qḋ timide negauerat. Ali⁹ cōtra ꝓximū xxvj.
suum in malitia crudelitatis exarsit: aspiciat latronē qui Lu. xxiij
⁊ in ip̄o mortis articulo ad vite premia penitendo perue Lu. xix.
nit. Alius auaritie estibus anhelans aliena diripuit: aspi
ciat Zacheū/q̄ si q̄d alicui abstulit/quadruplū reddidit
Alius libidinis igne succensus/carnis munditiā ꝑdidit/
aspiciat Mariā q̄ in se amorē carnis igne diuini amoris
excoxit. Ecce oīpotēs de⁹ vbiq; oculis nostris quos imi/
tari debem⁹ obijcit: vbiq; exempla sue misericordie oppo

ult. Mala ergo iam displiceant vel experta. Libēter obli
uiscit oīpotēs de⁹/ꝙ nocētes fuim⁹/parat⁹ pniam nr̄am
i. Pe. ij. nobis ad innocētiā deputare. Inquinati post aquā salu
tis/renascamur ex lachrymis. Itaqꝫ iuxta primi pastoris
vocē sicut modo geniti infantes ꝯcupiscite. Redite par
uuli filij ad sinū matris vestre eterne sapientie: sugite lar
ga vbera pietatis dei: trāsacta plāgite/imminētia vitate
Redēptor nr̄ momētaneos flet⁹ nr̄os eterno cōsolabitur
gaudio: q̄ viuit ꝛ regnat de⁹ ꝑ oia secula seculoꝝ. Amen.

¶ Feria sexta. Matthei. XXVIII.

¶ In illo tēpore: Undecim discipuli abierunt in Galileam: in montem vbi cōstituerat illis Jesus ꝛ videntes eū adorauerūt. Quidā aūt dubitauerunt. Et reliqua. Homil. venera. Bede presbyte.

Euangelica lectio fra
tres charissimi quā mō audiuim⁹: ꝛ iuxta lite
ram gaudio plena refulget: q: triūphum redē
ptoris nostri simul ꝛ redēptionis nr̄e dona/plano sermo
ne describit: ꝛ si hanc enucleati⁹ ptractare velim⁹/gratio
rem in litera fructū spiritalis sensus inditū esse comperi
Verbum dei cōparat aromati. mus. Sermo etem̄ dei aromatū more quo subtili⁹ quasi
terendo ꝛ sternendo discutit/eo maiorē interne sue virtu
tis fragrātiam reddit. Planū nāqꝫ est ꝛ dulce ad audien
dum pn̄s ꝙ discipuli abierūt in Galileā: in mōtē vbi con
stituerat illis Jesus: ꝛ vidētes eū adorauerūt. Sed nō va
cat a mysterio: ꝙ dn̄s in Galilea post resurrectionē/vl' ꝙ
in monte discipulis apparuit: in monte etem̄ apparuit vt
significaret: q: corp⁹ qd̄ de cōi hūani generis terra nascē
do susceperat/surgendo iā sup terrena oia subleuatū cele
sti ꝟtute induerit. In mōte apparuit vt admoneret fide
les si illic celsitudinē resurrectiōis ei⁹ cupiunt videre/hic
ab infimis cupiditatib⁹ ad eterna studeāt desideria trās
ire. Nomē vero Galilee q̄d mysterij salutaris contineat
crebra patrū expositione notissimū est. Sed non ab re est
sepi⁹ verbo repetere/qd̄ semper necesse est animo retine
re. Galilea nāqꝫ transmigratio facta vel reuelatio dicit.
Utraqꝫ em̄ interpretatio nominis/ad vnū finem respicit
Siquidē supra legim⁹ dixisse angelū mulierib⁹. Ite dici
te discipulis eius q: surrexit: ꝛ ecce precedet vos in Gali
leā/ibi eum videbitis: ꝛ nūc euangelista narrāte cognoui
mus: q: abierunt discipuli in Galileā: ꝛ videntes eū ado
rauerunt. Quid est ergo ꝙ Jesus p̄cedit discipulos in
Galileā vt videat ab eis: sequūtur ꝛ illi ꝛ videntes eum
adorant: nisi q: surrexit christ⁹ a mortuis p̄mitie dormien
tiū: sequūtur aūt hi q̄ sunt christi: ꝛ ipsi suo ordine ad vitā
de morte trāsmigrāt: ibiqꝫ eū videntes adorāt: q: in specie
sue diuinitatis cōtēplātes/sine fine collaudāt. Cui visiōi
cōgruit illud/ꝙ Galilea etiā reuelatio interpretatur. Tūc
em̄ reuelata facie (sicut apl's testat) gl'iam dn̄i speculan
ij. Co. iij. tes/in eādē imaginē trāsformamur: q̄cūqꝫ mō reuelam⁹
Tex. ad eū viā nr̄am/eiusqꝫ vestigia seq̄mur fide nō ficta. ¶ Et
vidētes (inq̄t) eū adorauerūt: q̄dā aūt dubitauerūt. Sed
q̄rim⁹ vn̄ dubitauerint/q̄ vidētes dn̄m adorauerūt? Nul
la magis causa occurrit/ꝙ ea cui⁹ Lucas meminit: cū ipo
lu. xxiiij. resurrectiōis sue die discipulis eū apparuisse narraret: co
turbati ꝟo ꝛ cōterriti/existimabāt se spm̄ videre. Vidētes
ḡ dn̄m cognoscūt: ꝛ q: hūc deū esse didicerāt/demissis in
Resurrectiōis assertio. terrā vultibus adorant. Sꝫ inerat mētib⁹ eoꝝ nō cōtēnē
da dubietas: q: se nō corp⁹ in quo passus est resuscitatū: sꝫ
spm̄ quē finita passione tradidit solū videre putabāt. Vn̄
cōfestim pius magr̄ ꝛ eos q̄ iā crediderūt/in fide ꝯfortat
ꝛ illos q̄ adhuc dubitauerūt/ad fidei grāꝫ ꝯuocat: oib⁹. s.
intimās ad quātā glorie magnificētiā assumpta ꝓ hoib⁹
Tex. ꝛ morti data humanitas resurgēdo puenerit. ¶ Data est
mihi (inquit) ois ptās in celo ꝛ in terra. Nō enim hec de
coeterna patri diuinitate/sed de assumpta loquit hūani
tate: quā suscipiēdo minorat⁹ est paulomin⁹ ab angelis: ꝛ
in qua resurgendo a mortuis/gloria ꝛ honore coronatus
est: ꝛ cōstitut⁹ sup opa manuū patris: oiaqꝫ subiecta sub
pedib⁹ eius/inter que oia etiam mors ipsa que ei ad tem
pus preualere visa est/ei⁹ pedibus substrata est. Quod ḡ
ps. de dn̄o resurgente a mortuis ait patri. Oia subiecisti
sub pedibus eius: hoc est vtiqꝫ qd̄ resurgens ipse dn̄s disci Ps. viij.
pulis ait. Data est mihi ois ptās in celo ꝛ in terra. Et q̄dē
etiam priusq̄ a morte resurgeret/nouerat angelice in ce
lo virtutes iure se subditas homini: queꝫ a suo conditore
specialiter assumptū esse videbant: sed ceci hoies in terra
dedignabant ei subijci: quē cōi secū mortalitate cogno
uerant indutū: ꝛ cōtēnebant ei⁹ virtutē in miraculis in
telligere diuinā: cui infirmitatē passionibus inesse cerne
bāt humanā. Propter qd̄ benigne mediator ipse dei ꝛ ho
minū/etiam hominib⁹ in terra notū fieri volens: q: data
sit ei ois ptās in celo ꝛ in terra: quaten⁹ ꝛ ipsi cū angelis
in celo vitā possent habere perennē: misit doctores q̄ cun
ctis per orbē nationib⁹ ꝟbū vite predicarēt. ¶ Eūtes in Tex.
quit docete oēs gētes: baptizātes eos in noie patris ꝛ fi
lij ꝛ spūssancti: docētes eos seruare oia q̄cūqꝫ mādaui vo
bis. Rectissimus autē ordo predicādi: ꝛ modernis ꝙ pre
dicatorib⁹ ecclesie diligentissime sectādus: vt primo q̄deꝫ Mod⁹ p̄dicādi.
doceatur auditor: deinde fidei sacramentis imbuat: dein
de seruandis dn̄i mandatis ex tempore liberius instruat
q: neqꝫ indoctus quisqꝫ ꝛ ignarus christiane fidei potest
eiusdem fidei sacramētis ablui: neqꝫ lauacro baptismi a
peccatis mūdari sufficit: si nō post baptisma studeat q̄sqꝫ
bonis operib⁹ insistere. Prius ḡ docere gentes. i. scientia
ꝟitatis instituere/ac sic baptizare precepit: q: ꝛ sine fide Heb. xj.
impossibile est placere deo. Et nisi quis renat⁹ fuerit ex Joan. iij
aqua ꝛ spūsancto non potest introire in regnū dei. Ad ex
tremū vero subiūgit. Docentes eos seruare oia quecūqꝫ Jaco. ij.
mandaui vobis: q: sicut corp⁹ sine spiritu mortuū est: ita
ꝛ fides sine operibus mortua est. Quāta aūt merces pie
cōuersationis: quale pign⁹ future btitudinis/etiā in pre
senti fideles maneat/subsequēter insinuat/dicens. ¶ Et Tex.
ecce ego vobiscū sum oib⁹ dieb⁹ vsqꝫ ad cōsummationē se
culi. Libet aūt ꝯferre huic testimonio qd̄ Marc⁹ ait. Et Marci xvj.
dn̄s quidē Jesus postq̄ locut⁹ est eis: assumptus est in ce
lum: ꝛ sedet a dextris dei. Quia em̄ ipse deus ꝛ homo as
sumptus est in celū: humanitate quā de terra susceperat/
manet cū sctis i terra diuinitate qua terrā pariter iplet ꝛ
celū. Manet aūt oibus dieb⁹ vsqꝫ ad cōsummationē secu
li. Ex q̄ intelligit ꝙ vsqꝫ ad finē seculi nō sunt defecturi in
mūdo: qui diuina māsione ꝛ inhabitatiōe sint digni: nec
dubitandū eos post hui⁹ seculi certamina manere cū chri
sto i regno: q̄ in seculo certātes christū in sui cordis hospi
tio meruerūt habere māsorem. Notandū interea/ꝙ pre
sens vbiqꝫ diuina maiestas aliter electis suis/aliter adest
reprobis. Adest em̄ reprobis potētia nature incōprehēsi De⁹ quō cū elect. ꝛ reprobis.
bilis: qua oia cognoscit nouissima ꝛ antiqua: intelligit co
gitationes a longe: ꝛ oēs vias singuloꝝ preuidet. Adest
electis gratia pie protectionis: qua illos specialiter ꝑ pre
sentia dona vel flagella quasi filios pater erudit: atqꝫ ad
possessionē future hereditatis erudiendo pducit. Adest
electis/vt scriptū est. Juxta est dn̄s his qui tribulato sunt
corde/ꝛ humiles spū saluabit. Adest reprobis vt premis
sum est: ꝛ sicut ibi sequit. Vult⁹ autē dn̄i sup faciētes ma
la: vt pdat de terra memoriā eoꝝ. Vn̄ necesse est/vt semp
in opib⁹ nequā paueāt mali: quoꝝ etiā cogitatiōes singu
le cōspectui districti iudicis patēt. Semp in opatiōe iusti
tie/ꝛ in his q̄ ppter iustitiā patiunt gaudeāt boni: q̄bus
deū diligētib⁹ oia coopant in bonū. Et i quacūqꝫ tribula Ro. viij.
tione positis nūq̄ eius pietas abest/cui canit in psalmo.
Tibi derelictus est paup: pupillo tu eris adiutor: contere Ps. ix.
brachiū peccatoris ꝛ maligni. Quā pietatis sue p̄sentiā/nō
tātū nobis ꝟbo pmisit: sꝫ ꝛ euidētib⁹ designauit indicijs:
cū post resurrectionē suā discipulis sepi⁹ vsqꝫ ad dieꝫ quo
celos petijt apparuit: coruꝫ aios admonēdo increpādo
spūssctī donū tribuēdo roborauit. E quib⁹ quidem appa
ritionib⁹ decē solūmō in euāgelistarū scriptis inuenimus
sed plures

i. Co. xv. sꝫ plures fuisse docet apl's/dicēs. Et resurrexit tertia die
ꝺm scripturas: ꝛ visus est cephe ꝛ post hec vndecim. De
inde visus est plus q̄ quingētis fratrib⁹ simul: deinde vi
sus est Jacobo/deinde aplis oib⁹: nouissime aūt oiꝫ tāq̄
abortiuo visus est ꝛ mihi. Quib⁹ em̄ locis vel tpibus fa
cte sunt visiones/q̄s cōmemorat ignoram⁹: tātū scim⁹ q:
Actu. ix. qd̄ sibi nouissime visum esse dn̄m cōfirmat: post ascēsionē
ij. Co. xij factū est: vel qn̄ illū de celo alloquēs de psecutore doctorē
Gal. i. eccl'ie fecit: vel qn̄ in paradisum ꝛ tertiū celū rapt⁹/audi
uit arcana verba q̄ nō licebat hoi loq. Et sicut alibi dicit:
mysteriū euāgelij qd̄ ab hoie nō accepit: p reuelationem
Jesu christi didicit. Decies ꝟo visum (vt dixim⁹) post re
surrectionē dn̄m/euāgelioꝝ nobis ꝛ actuū aplo'ꝝ pdit hi
storia: vbi ipo resurrectiōis sue die quinq̄es apparuisse le
git. Primo q̄dē Marie Magdalene flēti ad monumētū
Joā. xx. Deide eidē Marie ꝛ alteri eiusdē nois femine: regrediē
Matt. xxviij. tib⁹ a monumēto nūtiare discipl'is q̄ ibi cōpererāt occur
rēs. Apparuit tertio Simoni Petro. Quarto Cleophe
Luce. xxiiij. ꝛ socio ei⁹/cū q̄b⁹ ipe gradiēs in Emaus: ibi in panis fra
ctiōe cognit⁹ est. Qui mox reuersi Hierosolymā/inuene
rūt discipulos loquētes/q: surrexit vere dn̄s ꝛ apparuit
Simoni: nā plenius alibi qn̄ Simoni apparuerit/nō le
Joā. xx. git. Quito apparuit eis in eodē loco ianuis clausis/vbi
nō erat Thomas. Sexto post dies octo qn̄ erat cū eis et
Joā. xxi. thomas. Septimo piscātib⁹ ad mare tyberiadis. Octa
mar. xvi. uo in mōte Galilee/qd̄ hodierna lectione audiuim⁹. No
Actu. i. no recūbētib⁹ illis vndecim apparuit die quo ascēdit in
celū. Decimo viderūt eū ipa die/nō iā in terra positū: sed
eleuatū in aere celosqꝫ petētē/dicētib⁹ sibi angelis. Sic
veniet queadmodū vidistis eū euntē in celū. Hac ḡ fre
quētia corporalis sue manifestatiōis ostēdere voluit dn̄s
(vt dixim⁹) in omi loco se bonoꝝ desiderijs diuinit⁹ esse
presentē. Apparuit nāqꝫ ad monumētū lugētib⁹: aderit
et nobis absentie eius recordatiōe salubriter cōtristatis.
Tropologia apparitionum. Occurrit reuertētib⁹ a monumento/vt agnita resurre
ctionis gaudia p̄dicarēt. Aderit ꝛ nobis dū bona q̄ noui
mus/proximis fideliter annūtiare gaudem⁹. Apparuit in
fractione panis/his q̄ se pegrinū putātes esse ad hospi
tiū vocauerūt. Aderit ꝛ nobis: cū pegrinis ꝛ pauperib⁹
q̄cūqꝫ possum⁹ bona libēter ipēdim⁹. Aderit ꝛ nobis in
fractiōe panis: cū sacra corporis ei⁹/vcꝫ panis ꝛ vini ca
sta ac simplici cōscientia sumim⁹. Apparuit in abdito de
sua resurrectione loquētib⁹. Adest ꝛ nobis mō ei⁹ dono
idē agētib⁹. Aderit nobis semp cū extrinsecis opibus ad
tēpus vacātes/de eius grā locuturi cōuenim⁹. Apparuit
cū forib⁹ clausis intus metu iudeoꝝ residerēt. Apparuit
cū minorato eodē metu/aptis cū gressibus in mōtis ver
tice reqrerēt. Affuit quōdā cōfortatur⁹ suo spū ecclīaꝫ: cū
ab infidelib⁹ pmeret: ꝛ ad publicū venire ac dilatari p
hiberet. Adest eidē ꝛ nūc: cū inclinato ad fidē culmine re
gali/terror quieuit psecutionis/ꝛ ois mūdi sublimitas apo
stolice est subdita vestigijs. Apparuit piscātib⁹ corꝫqꝫ ap
propians/diuinis adiuuit bn̄ficijs. Aderit ꝛ nobis cū ne
cessaria vite tpalis recta intētiōe curam⁹: iustisqꝫ nostris
laborib⁹ subsidiū sue pietatis adiūgit. Apparuit recūbē
tib⁹. Aderit ꝛ nobis: cū iuxta apli monita siue māduca
i. Cor. x. mus/siue bibim⁹/siue aliud q̄d agimus/oia in gloriā dei
facim⁹. Apparuit primo in Judea: deide in Galilea: post
hec rursus in Judea die q̄ ascendit in celū. Aderat eccl'ie
cū primo soli⁹ iudee terminis clauderet: adest mō cū iu
deis ob culpā perfidie derelictis trāsmigrauit ad gētes.
Aderit in futuro cū ante finē seculi recurret ad iudeā. Et
Rom. xi. sicut apl's ait: intrāte gētiū multitudine/sic ois isrl' salu⁹
Luce. xxiiij. erit. Nouissime illis apparuit ascēdens in celū: aderit et
nobis: vt cū post mortē sequi mereamur ad celos: si ante
mortē cū in Bethaniā vn̄ ascēdit. i. in domū obediētie seq
curam⁹. Ipse etenim celos ascēsurus/Bethaniā venit: q:
Phil. ij. sicut apl's ait. Fact⁹ est obediēs vsqꝫ ad mortē/mortē aūt
crucis. Propter qd̄ ꝛ de⁹ illū exaltauit. Veniem⁹ ibidē et
Apoc. ij. nos/si qd̄ ille monet agim⁹: qd̄ pmisit intēdim⁹. Esto ait
fidelis vsqꝫ ad mortē/ꝛ dabo tibi coronā vite. Fitqꝫ ipsi⁹
gratia largiēte: vt q̄ nobiscū vsqꝫ ad vite huius terminuꝫ
manet: post hanc nos ad vitā vidēda secum vite celestis
premia subleuet: in qua viuit ꝛ regnat cū patre deus ꝛc.

¶ Sabbato. Joānis. XX.

¶ In illo tēpore: Una sabbati Maria Magdalene venit mane cū adhuc tenebre essent ad monumentum: et vidit lapidem sublatū a monumēto. Et reliqua. Homilia beati Gregorij pape.

Factus longa mole
stia stomach⁹/diu me charitati vestre dilectio
nis euāgelice expositiōe loq̄ phibuit: vox nāqꝫ
ipsa a clamoris virtute succūbit: et q: a multis audiri nō
valeo: loq̄ fateor: inter multos erubesco. Sꝫ hāc in me ve
recūdiā/ꝛ ipe reprehēdo. Quid em̄? Nunq̄d si multis p
desse neq̄o nec paucis curabo? Et si ex messe portare ma
nipulos multos nō possum: nunq̄d nā debeo ad areā va
cuus redire? Quis em̄ quātos debeo ferre nō valeo/cer Parua nequaq̄ spernenda.
te vel paucos certe vel duos/certe vel vnū ferā. Hꝫ nāqꝫ
ipsa infirmitatis intērio mercedis sue certitudinē: q: sup
nus arbiter noster/ctī pondus cōsiderat in retributiōe:
tn̄ vires pēsat in pōdere. Lectio sancti euāgelij quā mō
fratres audistis/valde in supficie historie est apta: sꝫ eius
nobis sunt mysteria sub breuitate req̄renda. ¶ Maria Tex.
Magdalena cū adhuc tenebre essent venit ad monumē
tum. Juxta historiā notat hora: iuxta intellectū vero my
sticū/req̄rentis signatur intelligētia. Maria em̄ auctorē
omniū: quā carne viderat mortuū q̄rebat in monumēto
et q: hūc minime inuenit/furatum credidit. Adhuc ergō
erāt tenebre cū venit ad monumētū. Occurrit citius nū
tiare discipulis: sed illi p̄ ceteris cucurrerūt/qui pre cete
ris amauerūt/videlicet Petrus ꝛ Joānes. Currebāt au
tem duo simul: sed Joānes precurrit citius Petro: ꝛ ve
nit prior ad monumētū/ꝛ ingredi non presumpsit. Venit
ergo posterior Petr⁹ ꝛ intrauit. Quid fratres/q̄d cursus
iste significat? Nunq̄d (nā hec tā subtilis euāgelice lectio
nis descriptio) a mysterijs vacare credēda est? Minime.
Neqꝫ enim se Joānes ꝛ precisse ꝛ non intrasse diceret: si in
ipsa sui trepidatione/mysteriū aliqd̄ defuisse credidisset
Quid ergo per Joānē/nisi synagoga: q̄d p Petrum/nisi
eccl'ia designat? Nec mirū esse videat/ꝙ per iuniorē syn
agoga: per seniorē vero eccl'ia significari perhibetur: q:
et si ad dei cultū prior est synagoga/q̄ eccl'ia gentium: ad
vsum tamē seculi prior est multitudo gentiū/q̄ synagoga i. Co. xv.
Paulo attestāte q̄ ait. Quia nō prius qd̄ spirituale est: sꝫ
quod animale. Per seniorē ergo Petrū significat eccl'ia
gentiū/per iuniorem Joānē synagoga iudeoꝝ. Cucurre
runt ambo simul: q: ab ortus sui tpe vsqꝫ ad occasum pa
ri et cōmuni via: ꝛ si non pari ꝛ cōmuni sensu/gentilitas Allegoria notabilis.
cum synagoga cucurrit. Venit synagoga prior ad monu
mentū/sed minime intrauit: q: legis q̄dē mandata perce
pit: prophetias de incarnatione ac passiōe dn̄ica audiuit
sed credere in mortuum noluit. Vidit em̄ Joānes posita
linteamina/non tamen introiuit: q: vcꝫ synagoga ꝛ scri
pture sacre sacramēta cognouit: ꝛ tn̄ ad fidē dn̄ice passio
nis credendo intrare distulit: quē diu longe lateqꝫ pphe
tauit/presentem vidit ꝛ recipere renuit: hoiem esse despe
xit/dum carne mortalē factū credere noluit. Quid ergo
est nisi q: ꝛ citius cucurrit: ꝛ tn̄ an̄ monumētū vacua ste
tit. ¶ Venit aūt Simon Petrus sequens eū: ꝛ introiuit Tex.
in monumentum: q: secuta est posterior ecclesia gentiuꝫ
mediatorem dei et hominuꝫ hoiem Jesum christū/et co
gnouit carne mortuum/et viuētē credidit deū. Vidit lin
teamina posita ꝛ sudariū qd̄ fuerat sup caput eius: non
cum linteaminibus positum/sed separatim inuolutum
in vnū locū. Quid esse credimus fratres/ꝙ sudariū capi
tis dn̄i cum linteaminib⁹ nō inuenit in monumēto: nisi

qꝛ attestante Paulo/caput christi de⁹: ⁊ diuinitatis incō
prehēsibilia sacramēta ab īfirmitatis nr̄e cognitiōe disiū
cta sunt:eiusq; potētia creature trāscēdit naturā.Et notā
dū ꝙ nō solū separatim:sꝫ ⁊ inuolutū inueniri d̄r.Linteū
q̄ppe qd̄ inuoluit/eius nec initiū nec finis aspicit.Recte
ergo sudariū capitis inuolutū inuentū est: qꝛ celsitudo
diuinitatis nec cepit esse nec desinit:nec p̄ initiū nascitur
nec termino coangustatur.Bene aūt addit/in vnū locū
qꝛ in scissura mētiū deus nō est.Deus q̄ppe in vnitate est
Et ille habere ei⁹ grām merent/q̄ se abinuicē per sectarū
Alij su/darij si/gnifica/tio. scādala nō diuidūt.Sꝫ qꝛ solet per sudariū laborātium su
dor detergi:pōt etiā sudarij noīe exprimi labor dei: q̄ in se
quidē quiet⁹ semp atq; incōmutabilis pmanet: sed tn̄ la
borare se denūciat/cū duras hoīm prauitates portat.Un̄
per p̄phetā dicit.Laboraui sustinēs.De⁹ aūt apparuit in
Hie.vi. carne:laborauit ex nostra infirmitate.Quē laborē passio
nis ei⁹ dū increduli viderūt/eū venerari noluerūt.Quē
em̄ videbant carne mortalē/dedignati sunt credere im
Thre.iij. mortalē esse diuinitate.Un̄ etiā Hieremias ait.Reddes
eis vicē dn̄e iuxta opera manuū suarū dabis eis scutum
cordis laborē tuū.Ne em̄ p̄dicationis spicula eorū corda
penetrarēt dū passionis eius laborē dedignati sunt: qua
si eundē laborē illius p̄ scuto tenuerūt:vt eo ad se trāsire
ei⁹ v̄ba nō p̄mitterēt/quo cū laborare vsq; ad mortē vide
rēt.Quid em̄ nos nisi capitis nr̄i.i.dn̄i mēbra sum⁹? Per
linteamina itaq; corporis/laborū ligamēta signant:que
nunc electos oēs.i.eius mēbra cōstringūt.Sudariū ergo
qd̄ super caput eius fuerat/seorsum inuenit:qꝛ ipsa redē
ptoris nr̄i passio/lōge a nr̄a passiōe disiūcta est:qꝛ ille si
ne culpa ptulit/qd̄ nos cū culpa toleramus. Ipse sponte
morti succūbere voluit:adquā nos venim⁹ inuiti.Sequi
Tex. tur.¶Tunc ergo introiuit ⁊ ille discipulus/qui venerat
prior ad monumētū:postꝙ intrauit Petr⁹/ingressus est
et Joānes.Posterior intrauit q̄ prior venerat.Notum est
Rom.xi frēs/ꝙ in fine mūdi ad redēptoris fidē etiā Judea colli
get/Paulo attestāte q̄ ait.Donec plenitudo gētiū intra
Tex. ret:⁊ sic oīs israel salu⁹ erit.¶Et vidit ⁊ credidit.Quid
fratres/q̄d estimandū est credidisse?Nunq̄d qꝛ dn̄s surre
xerat quē q̄rebat?Nō vtiq;:qꝛ adhuc tenebre erāt ad mo
Tex. numētū:⁊ subiuncta q̄ verba cōtradicūt cū d̄r.¶Nōdū
em̄ sciebāt scripturas:qꝛ oporteret eū a mortuis resurge
re.Quid ergo vidit ⁊ quid credidit?Vidit linteamina
posita:⁊ credidit qd̄ mulier dixerat de monumento dn̄m
fuisse sublatū.Qua in re diuine dispēsatiōis magnitudo
pēsanda est/ꝙ discipulorū corda ⁊ accēdunt vt querant
et deferunt ne inueniāt: quaten⁹ infirmitas animi ipso
suo merore cruciata/purgatior ad inueniendū fiat:⁊ tan
to validi⁹ teneat cū inuenerit/quāto tardius inuenit qd̄
Eminē/tia solē/nitatis/pascalis. querebat.Hec sub breuitate fratres charissimi de euāge
lica lectione transcurrim⁹:nūc restat vt de ipa tāte solēni
tatis nobilitate aliq̄d loq̄mur.Hanc em̄ recte nobilitatē
solēnitatis dicam⁹:qꝛ solēnitates ceteras antecedit. Si
cut em̄ in sacro eloq̄o sancta sanctorū vel cātica cāticorū p̄
sui magnitudine dicūtur:ita hec festiuitas recte dici pōt
solēnitas solēnitatū.Ex hac q̄ppe solēnitate exēplum no
bis resurrectionis datū est/spes celestis patrie aperta: et
facta superni regni iam presumptibilis gloria. Per hanc
electi q̄ ꝙuis in trāquillitatis sinu:tn̄ apud inferni clau
stra tenebant/ad paradisi amena reducti sunt.Qd̄ ante
passionē dixit/in resurrectione sua dn̄s impleuit:si exalta
Joā.xij. tus fuero a terra/oīa trahā ad me.Oia etem̄ traxit/q̄ de
electis suis apud inferos nullū reliq̄t.Oia abstulit vtiq;
electa:neq; etem̄ infideles quosq; ⁊ pro suis criminibus
eternis supplicijs deditos ad veniā dn̄s resurgēdo repa
rauit:sed illos ex inferni claustris rapuit/quos suos in fi
Osee.xiij. de et actib⁹ recognouit.Un̄ recte etiā p̄ Osee dicit.Ero
mors tua o mors:ero morsus tu⁹ inferne. Idnāq; quod
occidimus/agim⁹ vt penit⁹ nō sit.Ex eo etenim qd̄ mor
demus/partē abstrahim⁹/partem relinquimus.Quia
ergo in electis suis funditus occidit mortē/mors mortis

extitit:qꝛ vero ex inferno partē abstulit/⁊ partē reliquit:
nō occidit fundit⁹/sed momordit infernū.Ait ergo.Ero
mors tua o mors.Ac si aperte dicat: qꝛ in electis meis te
fundit⁹ perimo/ero morsus tuus inferne: qꝛ sublatis eis
te ex parte trāsfigo:q̄ est ista ergo solēnitas q̄ inferni clau
stra destruxit:⁊ ianuas nobis regni celestis aperuit.Inq̄
rat subtili⁹ nomē eius:req̄ratur egregius predicator: vi
deamus quid de eius estimatiōe denūtiet.Ait em̄.Etem̄ i.Cor.v.
pasca nostrū immolatus est christ⁹.Si igit pasca christus
pēsandū nobis est q̄d de pasca lex loq̄tur:vt indagemus
subtilius an de christo dicta videantur.Moyses q̄ppe ait Exo.xij.
Sumēt de sanguine agni:ac ponēt sup vtrūq; postē: ⁊ in
superliminaribus domorū in q̄bus comedēt illū.Et edēt
carnes nocte illa assas igni/⁊ azymos panes cū lactucis
agrestib⁹.Nō comedetis ex eo crudū q̄d/nec coctū aqua
sed assum tātū igni.Caput cū pedib⁹ eius ⁊ intestinis vo Tropo/logia/agni pa/scalis.
rabitis/nec remanebit ex eo q̄cq̄ vsq; mane:si q̄d residuū
fuerit/igni cōburetis.Ubi ⁊ addit.Sic aūt comedetis il
lū.Renes vestros accingetis: calciamenta habebitis in
pedibus/tenentes baculos in manib⁹/⁊ comedetis festi
nantes.Queuꝫ cūcta magnā nobis edificationē pariūt
si fuerint mystica interpretatione discussa.Quis nāq; sit
sāguis agni:nō iā audiēdo/sꝫ bibēdo didicistis.Qui san
guis sup vtrūq; postē ponitur: q̄n non solū ore corporis/
sed etiam ore cordis hauritur.In vtroq; etem̄ poste agni
sanguinis est positus:quando sacramētū passionis illi⁹
cum ore ad redemptionē sumitur/ad imitationeꝫ quoq;
intēta mēte cogitatur.Nā q̄ sic redēptoris sui sanguineꝫ
accipit:vt imitari passionē illi⁹ necdū velit/in vno poste
sanguinē posuit.Qui etiā in supliminaribus domorū po
nēdus est:q̄d em̄ spūaliter domos/nisi mētes nostras ac
cipim⁹:in quib⁹ per cogitationē inhabitam⁹? Cuius do
mus superliminare est ipsa intētio/que preeminet actio
ni.Qui igitur intētionē cogitationis sue ad imitationē
passionis dn̄ice dirigit/in superliminari dom⁹ agni san
guinē ponit.Uel certe dom⁹ nr̄e ipsa sunt corpora in q̄b⁹
quousq; viuimus inhabitam⁹.Et in superliminari dom⁹
agni sanguinē ponim⁹:qꝛ crucē passionis illius in fronte
portam⁹.De q̄ adhuc agno subdit. Et edent carnes no
cte illa assas igni.In nocte q̄ppe agnū comedimus/qui
in sacramēto modo dn̄icum corpus accipimus: quando
adhuc adinuicē nostras cōsciētias nō videmus : que ta
mē carnes agni assande sunt: qꝛ nimirū dissoluit carnes
quas aqua coxerit:quas v̄o ignis sine aqua excoq̄t robo
rat. Carnes q̄ppe agni nr̄i ignis coxit:qꝛ cū ipsa vis pas
sionis illius ad resurrectionē valētiorē reddidit: atq; ad
incorruptionē roborauit. Qui em̄ ex morte cōualuit veꝫ
carnes illius ab igne duruerūt.Un̄ etiā per Psalmistā di
cit.Exaruit velut testa virt⁹ mea.Quid nāq; est testa an
te ignē/nisi molle lutū?Sꝫ ei ex igne addit vt solidet.Uir
tus ergo humanitatis eius velut testa exaruit:qꝛ ab igne
passionis ad virtutē incorruptiōis creuit.Sed sola redē
ptoris nr̄i p̄cepta sacramēta/ad verā solēnitatē mētis nō
sufficiūt/nisi eis q̄ ⁊ bona op̄a iūgant.Quid em̄ prodest
corpus ⁊ sanguinē illius ore p̄cipere:⁊ ei peruersis morib⁹ Azymo/rū signi/ficatio.
cōtraire?Un̄ bene adhuc ad comedendū subdit.Et azy
mos panes cū lactucis agrestibus.Panes q̄ppe sine fer
mēto comedit:q̄ recta opera sine corruptione vane glo
rie exercet/q̄ mandata misericordie sine admixtione pcī
exhibet:ne peruerse diripiat qd̄ quasi recte dispēsat.Hoc
quoq; peccati fermentum bone sue actioni miscuerant:
quib⁹ p̄phete voce per increpationē dn̄s dicebat.Ueni
te ad bethel ⁊ impie agite.Atq; postpauca. Et sacrifica Amos/iiij.
te de fermētato laudē.De fermētato nāq; laudem immo
lant:qui deo sacrificium de rapina parant.Lactuce vero
agrestes valde amare sunt.Carnes ergo agni cum lactu
cis agrestibus sunt edende:vt cum corpus redemptoris
accipimus/nos pro pctīs nostris in fletibus affligamus:
quatenus ipsa amaritudo pn̄ie abstergat a mētis stoma
cho peruerse humorē vite.Ubi et subditur.Nō comede

tis ex eo crudū q̄d/nec coctū aqua.Ecce iā nos ipsa v̄ba
historie ab intellectu historico repellūt.Nunq̄d frēs cha
rissimi israeliticus ille ppl's in Egypto cōstitut⁹ comede
re agnū crudū cōsueuerat:vt ⁊ lex dicat/nō comedetis ex
eo crudū q̄d?Ubi ⁊ addit.Neq; coctū aqua. Sed q̄d aq̄
nisi hūanā sciētiā designat:iuxta hoc qd̄ p̄ Salomonem
Prou.ix. sub hereticorū voce d̄r.Aque furtiue dulciores sunt?Quid
crude agni carnes:nisi incōsideratā/ac sine reuerētia co
gitatiōis relictā illi⁹ hūanitatē significāt?Oē em̄ qd̄ sub
tiliter cogitam⁹/q̄si mēte coq̄m⁹.Sed agni caro nec cru
da edēda est/nec aqua cocta:qꝛ redēptor nr̄ nec pur⁹ hō
estimādus est:neq; per hūanā sapiētiā q̄liter deus incar
nari potuit cogitandū.Qis em̄ q̄ redēptorē nr̄m purū ho
minē credit q̄d iste aliud ꝙ agni carnes crudas comedit
quas veꝫ coquere per diuinitatis eius intelligētiā noluit
Qis vero q̄ incarnatiōis ei⁹ mysteria iuxta humanā sa
piētiā discurere conat/carnes agni aq̄ vult coquere.i.dis
pēsationis eius mysteriū/per dissolutā vult sciētiā pene
trare.Qui ergo pascalis gaudij solēnitatē celebrare desi
derat/agnū sine aqua coquat/nec crudum comedat : vt
neq; per hūanā sapiētiā p̄funditatē incarnationis illius
penetrare appetat/neq; in eū tāꝙ in hoīem purū credat
sed assas igni carnes comedat:vt dispēsare oīa per scispi
ritus potētiā sciat.De quo adhuc subiungit. Caput cum
Apo.i. pedibus ⁊ intestinis vorabitis:qꝛ redēptor nr̄ est alpha ⁊
o:deus veꝫ ante secula:⁊ hō in fine seculorū. Sicut iā p̄di
i.Cor.xi. ximus fratres Paulo attestante didicim⁹: qꝛ caput chri
sti deus.Caput ergo agni vorare/est diuinitatē illius fide
p̄cipere.Pedes v̄o agni vorare est vestigia hūanitatꝭ ei⁹
amādo ⁊ imitando perq̄rere.Quid vero sunt intestina
nisi verborū illi⁹ occulta ⁊ mystica mādata?Que tūc vora
mus/cū verba vite cū auiditate sumimus?In quo deuo
rationis verbo quid aliud ꝙ pigritie nostre torpor repre
hendit:q̄ eius v̄ba atq; mysteria:⁊ p̄ nosmetipsos nō req̄
rim⁹:⁊ dicta ab alijs audimus inuiti. Non remanebit ex
eo q̄cq̄ vsq; mane:qꝛ eius dicta sunt magna solicitudine
discuriēda/quaten⁹ priusꝙ dies resurrectiōis appareat:
in hac p̄sentis vite nocte oīa illi⁹ mādata/intelligendo et
operādo penetrent.Sed qꝛ valde est difficile:vt oē sacrū
eloquiū possit intelligi:⁊ oē eius mysteriū penetrari/re
cte subiūgitur.Si q̄d aūt remāserit/igni cōburetis.Qd̄
ex agno remanet igni cōburimus q̄n hoc qd̄ de mysterio
incarnationis ei⁹ intelligere ⁊ penetrare nō possum⁹/po
testati sanctispūs humiliter reseruam⁹:vt nō superbe q̄s
audeat/vel cōtēnere/vel denūtiare qd̄ nō itelligit: sꝫ hoc
Cōditio/nes cōi/cantiū. igni tradat/cuꝫ spirituisancto reseruat.Quia igit qualr
edendū sit pasca cognouimus/nūc a qualib⁹ edi debeat
agnoscamus.Sequitur.Sic autē comedetis illū.Renes
vestros accingetis.Quid in renibus/nisi delectatio car
nis accipit?Unde et psalmista postulat dicēs.Ure renes
meos.Si em̄ voluptatē libidinis in renib⁹ esse nesciret/
eos va minime petisset.Unde qꝛ potestas diaboli in hūa
no genere maxime per luxuriā p̄ualuit:de illa voce dn̄ica
dicitur.Potestas eius in lūbis eius. Qui ergo pasca cō
edit/habere renes accinctos debet:vt q̄ solēnitatem re
surrectionis/atq; incorruptiōis agit:corruptioni iā p̄ vi
tia nulla subiaceat/voluptates edomet/carnē a luxuria
restringat.Neq; em̄ cognouit q̄ sit solēnitas incorruptio
nis/q̄ adhuc p̄ incōtinētiā corruptioni subiacet.Hec qui
Mat.vij busdā dura sunt/sed angusta porta est q̄ ducit ad vitā.Et
habemus iā multa exēpla cōtinētiū.Un̄ bene adhuc sub
ditur.Calciamēta habebitis in pedib⁹.Quid sunt etem̄
pedes nr̄i/nisi op̄a:q̄d vero calciamēta/nisi pelles mor
tuorum aīaliū?Calciamenta aūt pedes muniunt.Que
vero sunt mortua aīalia/ex quorū pellibus nostri muniā
tur pedes/nisi antiq̄ patres q̄ nos ad eternā patriā p̄ces
serunt?Quorū dū exēpla cōspicim⁹/nr̄i op̄is pedes muni
mus.Calciamēta ergo in pedibus habere/est mortuorū
vitā ꝯspicere:⁊ nr̄a vestigia a peccati vulnere custodire.
Tenētes baculos in manibus. Quid lex p̄ baculos/nisi

pastoralē custodiā designat?Et notandū/ꝙ prius precipi
mur renes accingere/postmoduꝫ baculos tenere:qꝛ illi
debent curā pastoralē suscip̄e:q̄ iam in suo corpore sciunt
fluxa luxurie domare:vt dū alijs fortia p̄dicāt/ipsi deside
rijs mollibus eneruiter nō succūbant. Bene aūt subdit.
Et comederis festināter.Notate charissimi frēs/notate
qd̄ dicit/festināter:mādata dei/mysteria redēptoris/cele Moni/tio salu/taris.
stis patrie gaudia cū festinatiōe cognoscite:⁊ p̄cepta vi
te cū festinatiōe implere curate. Quia em̄ adhuc hodie
licet bene agere scim⁹:vtrū cras liceat ignoram⁹.Festinā
tes ergo pasca comedite.i.ad solēnitatem patrie celestis
anhelate.Nemo in hui⁹ vite itinere torpeat/ne in p̄ria lo
cū p̄dat.Nemo moras ad apperēda studia innectat:sꝫ ce
pta p̄ficiat:ne minime liceat iplere qd̄ ichoat.Si ad amo
rē dei pigri nō sum⁹/adiuuat ip̄e quē amam⁹ Jesus chri
stus dn̄s noster:qui viuit ⁊ regnat cū deo patre in vnita
te spiritussancti deus:per omnia secula seculorum. Amē.

¶In octaua pasce. Joannis. XX.

¶In illo tempore:Cū esset sero die illa vna sab
batorum:et fores essent clause vbi erant discipu
li congregati propter metum iudeorū:venit Je
sus et stetit in medio eorum:et dicit eis. Pax vo
bis.Et reliqua.Homilia beati Gregorij pape.

PRima lectionis hu
ius euangelice q̄stio animū pulsat/quō post
resurrectionē corp⁹ dn̄icū verū fuit qd̄ clau
sis ianuis ad discipulos ingredi potuit.Sed sciēdum no
bis est ꝙ diuina op̄atio si ratiōe cōprehēdit/nō est admi
rabilis:nec fides habet meritū cui humana ratio prebet
experimētū.Sed hec ipsa redēptoris nr̄i op̄a:q̄ ex semet
ipsis cōprehēdi nequaꝙ possunt/ex alia eius op̄atiōe pē
sanda sunt:vt rebus mirabilib⁹ fidē p̄beant facta mirabi
liora.Illud em̄ corpus dn̄i intrauit ad discipulos ianuis
clausis:qd̄ veꝫ ad humanos oculos p̄ natiuitatē suā clau
so exijt vtero virginis.Quid ergo mirū/si clausis ianuis
post resurrectionē suā in eternū iā victurus intrauit:qui
moriturus veniēs nō aperto virginis vtero exiuit?Sꝫ qꝛ
ad illud corp⁹ qd̄ videri poterat/fides intuentiū dubita
bat:ostēdit ei p̄rimus man⁹ et latus/palpandā carnē pre
buit/quā clausis ianuis introduxit.Qua in re duo mira:
⁊ iuxta hūanā ratiōnē sibi valde cōtraria ostēdit/dū post Corpis/gl'iosi cō/ditio.
resurrectionē corp⁹ suū:et incorruptibile: ⁊ tn̄ palpabile
demōstrauit.Nā ⁊ corrūpi necesse est qd̄ palpat: ⁊ palpa
ri nō pōt qd̄ nō corrūpit.Sed miro mō/atq; inestimabi
li redēptor nr̄:⁊ incorruptibile post resurrectionē/⁊ palpa
bile corp⁹ exhibuit:vt mōstrādo incorruptibile inuitaret
ad p̄miū:p̄bendo palpabile formaret ad fidē.Et incorru
ptibilē se g̃ ⁊ palpabilē demonstrauit: vt p̄fecto esse post
resurrectionē ostēderet corp⁹ suū/⁊ eiusdē nature/et alte
ri⁹ glie.¶Dicit eis. Pax vobis.Sicut misit me pr̄:⁊ ego Tex.
mitto vos.i sicut misit me pr̄/deus deū:⁊ ego mitto vos
hō hoīes.Pr̄ filiū misit:q̄ hūc pro redēptione gn̄is huma
ni incarnari cōstituit.Quē veꝫ in mūdo venire ad passio
nē voluit/sed tn̄ amauit filiū quē ad passionē misit. Ele
ctos vero ap̄los dn̄s nō ad mūdi gaudia/sꝫ sicut ip̄e mis
sus est ad passiones in mūdū mittit. Quia ergo ⁊ filius
amat a patre/⁊ tn̄ ad passionē mittit:ita ⁊ discipuli amā
tur a dn̄o/q̄ tn̄ ad passionē mittunt in mundo. Itaq; re
cte dicit.Sicut misit me pr̄:⁊ ego mitto vos.i.ca charita
te vos diligo/cū iter scādala p̄secutorū mitto:qua me cha
ritate pr̄ diligit/quē venire ad tolerādas passiones fecit.
Quāuis mitti etiā iuxta naturā diuinitatis possit intelli
gi:eo em̄ ipso a p̄re fili⁹ mitti dicit:quo a patre generat.
Nā spūsctūs q̄ cū sit equalis pr̄i ⁊ filio: nō tn̄ incarnatus
est/isdē se fili⁹ mittere p̄hibet dicēs.Cū venerit paraclet⁹ Joā.xv.
quē ego mittā vobis a p̄re.Si em̄ mitti solūmō incarna
ri deberet intelligi: sctūs procul dubio spūs nullo modo

diceret mitti:q̄ nequaꝙ̄ incarnat⁹ est:ſʒ ei⁹ miſſio ip̄a ꝓ
ceſſio eſt/q̄ de p̄re ꝓcedit ⁊ filio. Sicut itaq̄ſ ſp̄us mitti di
citur/q: ꝓcedit:ita ⁊ fili⁹ nō incōgrue mitti d̄r/q: genera
Tex. tur. ¶ Hoc cū dixiſſet/inſufflauit ⁊ dicit eis. Accipite ſpi
ritū ſctm̄. Querēdū nobis eſt/q̄d eſt ꝙ ſp̄mſctm̄ dn̄s nr̄:et
Quare ſemel dedit in terra cōſiſtēs ⁊ ſemel celo p̄ſidēs. Neq̄ em̄
ſp̄uſſcūs alio in loco dat⁹ ſp̄uſſctūs aptē mōſtrat/niſi nunc cū ꝑ in
bis dat⁹ ſufflationē p̄cipit:⁊ poſtmodū cū de celo veniēs in lin
legit. guis varijs demōſtrat. Cur ergo prius in terra diſcipulis
dat/poſtmodū de celo mittit:niſi ꝙ duo ſunt p̄cepta cha
ritatis/dilectio vcʒ dei ⁊ dilectio ꝓximi. In terra dat ſpi
rit⁹ vt diligat ꝓximus:e celo datur ſp̄us:vt diligat deus.
Sicut ergo vna eſt charitas ⁊ duo p̄cepta:ita vnus ſp̄us
et duo data:p⁹ a cōſiſtente dn̄o in terra/poſtmodū e ce
lo:q: in ꝓximi amore diſcit qualiter peruenire debeat ad
j.Jo.iiij. amorē dei. Unde idē Joānes dicit. Qui nō diligit fratrē
ſuū quē videt/deū quē nō videt quō pōt diligere? Et ante
quidē diſcipuloꝝ mētib⁹ iſdē ſp̄uſſctūs inerat ad fidē/ſed
tn̄ manifeſta datione nō niſi poſt reſurrectionē dat⁹ eſt.
Joā.vij. Un̄ ⁊ ſcriptū eſt. Nōdū erat ſp̄us dat⁹:q: Jeſus nōdū fue
Deuter. rat glificat⁹. Un̄ etiā ꝑ Moyſē d̄r. Surrexerūt mel de pe
xxxij. tra:⁊ oleū de firma petra. Neq̄ em̄ q̄cꝙ̄ tale iuxta hiſto
riā legit ſi tota teſtamēti veteris ſeries recēſeatur: nuſꝙ̄
de petra mel/nuſꝙ̄ oleū ille pp̄ls ſuxit. Sʒ q: iuxta Pauli
j.Coꝝ.x. vocē/petra erat chriſt⁹:mel de petra ſuxerūt: q̄ eiuſdē re
dēptoris nr̄i facta ⁊ miracula viderūt:oleū vero de firma
petra ſuxerūt:q: effuſione ſctiſp̄us poſt reſurrectionē ſuā
vngi meruerūt. Quaſi ergo in firma petra mel dedit:qn̄
adhuc mortalis dn̄s miraculoꝝ ſuoꝝ dulcedinē diſcipu
lis oſtēdit:ſed firma petra oleū fudit:q: poſt reſurrectio
nē ſuā fact⁹ iā impaſſibilis ꝑ afflationē ſp̄us donū ſancte
Eſa.x. vnctionis emanauit. De hoc oleo ꝑ ꝓphetā d̄r. Cōputre
ſcet iugū a facie olei. Sub iugo q̄ppe tenebamur demo
niace dn̄ationis/ſed vncti ſumus oleo ſp̄uſſcti. Et q: nos
gr̄a libertatis vnxit/demoniace dn̄ationis iugū putruit:
ij.Co.iij. Paulo atteſtāte q̄ ait. Ubi ſp̄us dn̄i/ibi libertas. Sciēdū
vero eſt:ꝙ hi q̄ ſp̄mſctm̄ prius habuerūt:vt ⁊ ipſi innocē
ter viuerēt/⁊ in p̄dicatione q̄buſdā ꝓdeſſent:idcirco hūc
poſt reſurrectionē dn̄i patenter acceperūt/vt ꝓdeſſe non
paucis/ſed plurib⁹ poſſent. Un̄ ⁊ in hac ip̄a datione ſp̄us
Tex. dicit. ¶ Quoꝝ remiſeritis pctā remittunt eis:⁊ quoꝝ
retinueritis retēta ſunt. Libet intueri/diſcipuli illi ad tā
ta onera hūilitatis vocati/ad quātū culmē gl̄ie ſint p̄du
cti. Ecce nō ſolū de ſemetipſis ſecuri fiūt/ſʒ etiā aliene obli
gationis ptātē relaxatiōis accipiūt:principatū ſupni iu
dicis ſortiūtur:vt vice dei q̄buſdā pctā retineāt/q̄buſdaʒ
relaxēt. Sic eos a deo decebat erigi q̄ tātū ꝓ deo cōſenſe
rāt humiliari. Ecce qui diſtrictū dei iudiciū metuunt:ani
marū iudices fiunt:⁊ alios dānant/vel liberant:q̄ ſemet
P̄laatu ipſos dānari metuebāt. Horū ꝑfecto nūc in eccl̄ia epi lo
re picula cū tenēt:ſoluēdi ac ligandi auctoritatē ſuſcipiūt:q̄ gradū
notant. regiminis ſortiunt. Grādis honor/ſed graue pōd⁹ iſtius
eſt honoris. Durū q̄ppe eſt:vt q̄ neſcit tenere moderami
na vite ſue/iudex fiat vite aliene. Et pleruꝙ̄ contingit:vt
hūc iudicij loc⁹ teneat/cui ad locū vita minime cōcordat
ac ꝑinde ſepe agit:vt vel dānet immeritos/vel alios ip̄e
ligatus ſoluat:ſepe in ſoluēdis ſubditis ac ligādis/ſue vo
luntatis motus/non aūt cauſarum merita ſequat. Unde
fit:vt ipſa hac ligandi/ac ſoluendi poteſtate ſe priuet:qui
hanc ꝓ ſuis voluntatib⁹/⁊ nō ꝓ ſubiectoꝝ morib⁹ exercet.
Sepe fit vt erga quēlibet ꝓximū/odio vel gr̄a moueat
Ezc.xiij. paſtor. Judicare aūt digne de ſubditis nequeūt: q̄ in ſub
ditorū cauſis/ſua vel odia/vel gr̄am ſequunt. Unde re
cte per ꝓphetā d̄r: Mortificabāt animas q̄ nō moriūtur:
et viuificabāt aīas q̄ nō viuūt. Nō moriētē q̄ppe mortifi
cat/q̄ iuſtuʒ dānat:⁊ nō victurū viuificare nitit/q̄ reum a
ſupplicio abſoluere conat. Cauſe ḡ pēſande ſunt:⁊ tūc li
gādi atq̄ſ ſoluēdi ptās exercēda:vidēdū q̄ culpa/aut q̄ ſit
pn̄ia ſecuta poſt culpā:vt quos omnipotēs de⁹ ꝑ cōpūctiōis
gr̄am viſitat/illos paſtoris ſn̄ia abſoluat. Tūc em̄ vera eſt

abſolutio p̄ſidentis:cū interni arbitriū ſequitur iudicis.
Quō bene quatriduani mortui reſuſcitatio illa ſignificat
que vcʒ demōſtrat:q: prius mortuū dn̄s vocauit ⁊ viuifi
cauit dicēs:lazare veni foras:⁊ poſtmodū is q̄ viuēs egreſ
ſus fuerat/a diſcipulis eſt ſolut⁹:ſicut ſcriptū eſt. Cumq̄ſ Joā.xj.
egreſſus eſſet q̄ fuerat ligatus inſtitis/tunc dixit diſcipulis
ſuis. Soluite eū ⁊ ſinite abire. Ecce illū diſcipuli iā viuē
tē ſoluūt/quē magr̄ ſuſcitauerat mortuū. Si em̄ diſcipuli
Lazarū mortuū ſoluerēt/fetorē magis oſtēderēt ꝙ̄ virtu
tē. Ex qua cōſideratiōe intuēdū eſt:ꝙ illos nos debem⁹
per paſtoralē auctoritatē ſoluere/q̄s auctorē nr̄m cogno Doctrina
ſcimus ꝑ ſuſcitantē gr̄am viuificare. Que nimirū viuifi de vſu
catio ante operationē rectitudinis in ipſa iā cognoſcit con clauiuʒ.
feſſione pctī. Un̄ ⁊ huic ipſi mortuo Lazaro nequaꝙ̄ dici
tur reuiuiſce/ſʒ veni foras. Oīs q̄ppe pctōr/dū culpā ſuā
intra cōſciētiā abſcōdit/introrſus latet/in ſuis penetrali
bus occultat. Sʒ mortu⁹ venit foras:cū pctōr nequitias
ſuas ſpōte cōfitet. Lazaro ergo d̄r:veni foras/ac ſi aperte
cuilibet mortuo in culpa diceret. Cur reatuʒ tuum intra
cōſciētiā abſcōdis? Foras iam ꝑ cōfeſſionē egredere: qui
apud te interius ꝑ negationeʒ lates. Ueniat itaq̄ſ foras
mortu⁹.i.culpā cōfiteat pctōr. Uenientē ꝟo foras ſoluāt di
ſcipuli:vt paſtores eccl̄ie ei penā debeāt amouere quam
meruit/q̄ nō erubuit cōfiteri q̄d fecit. Hec de ſolutiōis or
dine breuiter dixerim:vt ſub magno moderamine paſto
res eccl̄ie:vel ſoluere ſtudeāt/vel ligare. Sʒ vtrū iuſte an
iniuſte obliget paſtor:paſtoris tn̄ ſn̄ia gregi timenda eſt:
ne is q̄ ſubeſt/⁊ cū iniuſte forſitā ligat/ipſam obligatiōis
ſue ſn̄iaʒ ex alia culpa mereat. Paſtor ḡ vel abſoluere in
diſcrete timeat/vel ligare. Js aūt qui ſub manu paſtoris
eſt/ligari timeat vel iniuſte:nec paſtoris ſui iudiciū teme
re rephēdat:ne ⁊ ſi iniuſte ligat⁹ eſt/ex ipſa tumide repre
hēſionis ſupbia culpa q̄ nō erat fiat. Sed q: hec breuiter
ꝑ exceſſum dixerim⁹/ad expoſitionis ordinē reuertamur.

¶ In die ſancti Thome.

Thomas autē vnus ex duodecim q̄ d̄r Didym⁹: nō erat cū eis qn̄ venit
Jeſus. Jſte vn⁹ diſcipul⁹ defuit:reuerſus q̄d ge
ſtū eſt audiuit/audita credere renuit. Uenit iterū dn̄s:et
nō credēti diſcipulo lat⁹ palpādū p̄buit/man⁹ oſtēdit: et
oſtēſa ſuoꝝ cicatrice vulneꝝ/infidelitatis illi⁹ vuln⁹ ſana Thome
uit. Quid fr̄es chariſſimi/q̄d inter hec aīaduertitis. Nun et Jo
quid caſu geſtū creditis:vt elect⁹ ille diſcipul⁹ tūc deeſſet ſeph cō
poſt aūt veniēs audiret/audiēs dubitaret:dubitās palpa paratio.
ret/palpās crederet? Nō hoc caſu/ſʒ diuina diſpēſatiōe ge
ſtū eſt. Egit naꝙ̄ miro mō ſupna clemētia:vt diſcipul⁹ du
bitās/dū in magiſtro ſuo vulnera palparet carnis in no
bis vulnera ſanaret infidelitatis. Plus em̄ nobis Tho
me infidelitas ad fidē/ꝙ̄ fides credētiū diſcipuloꝝ ꝓfuit
q: dū ille ad fidē palpādo reducit/nr̄a mēs oī dubitatiōe
poſtpoſita in fide ſolidat. Sic q̄ppe diſcipulū poſt reſur
rectionē ſuā dubitare ꝑmiſit/nec tn̄ i dubitatiōe deſeruit:
ſicut an̄ natiuitatē ſuā hr̄e Mariā ſp̄oſum voluit:q̄ tn̄ ad
ei⁹ nuptias nō ꝑuenit. Nā ita fact⁹ eſt diſcipul⁹ dubitās
et palpās teſtis ꝟo reſurrectiōis:ſicut ſp̄oſ⁹ mr̄is/fuerat
cuſtos integerrime virginitatis. Palpauit aūt ⁊ exclama
uit. ¶ Dn̄s me⁹ ⁊ de⁹ me⁹. Dicit ei Jeſus. Q: vidiſti me Tex.
credidiſti. Cū Paul⁹ dicat apl̄s. Eſt aūt fides ſperādarū
ſubſtātia rerū argumētū nō apparētiū: ꝑfecto liq̄t/q: fi Heb.xj.
des illarū rerū argumētū eſt/q̄ apparere nō poſſūt. Que
etem̄ apparēt/iā fidē nō hn̄t/ſʒ agnitionē: Dū ergo vidit
Thomas/dum palpauit:cur ei d̄r:q: vidiſti me credidiſti?
Sʒ aliud vidit/aliud credidit. A mortali q̄ppe hoīe/diui
nitas videri nō potuit. Hoīeʒ igit vidit ⁊ deū cōfeſſ⁹ eſt:
dicēs. Dn̄s me⁹ ⁊ de⁹ me⁹. Uidēdo igit credidit q̄ ꝯſide
rādo verū hoīem/hūc deum quē videre nō poterat excla
mauit. Letificat valde q̄d ſeq̄tur. ¶ Bti q̄ nō viderūt et Tex.
crediderūt. Jn q̄ nimirū ſn̄ia nos ſpecial̄r ſignati ſumus

quo eū quē carne nō vidim⁹/mēte retinem⁹. Nos ſigna
ti ſum⁹/ſʒ ſi fidē noſtrā opib⁹ ſeq̄mur. Jlle etem̄ vere cre
dit/q̄ exercet operādo q̄d credit. Quos ꝯ̄ de his q̄ fidē
Titū.j. noīe ten⁹ retinēt Paul⁹ dicit. Confitent ſe noſſe deū/fa
Jaco.ij. ctis aūt negāt. Hinc Jacob⁹ ait. Fides ſine operib⁹ mor
Job.xl. tua eſt. Hinc ad beatū Job/de antiquo hoſte gn̄is huma
ni dn̄s dicit. Abſorbebit fluuiū ⁊ nō mirabit:⁊ habet fidu
ciā ꝙ influat Jordanis in os ei⁹. Quis em̄ ꝑ fluuiū deſi
gnatus/niſi hūani generis flux⁹? Q̄d vcʒ genus ab ortu
ad finē defluit:⁊ quaſi aque more vſq̄ſ ad cōpetentē ter
minū ex carnis liquore pcurrit. Quid ꝑ iordanē/niſi ba
ptizatoꝝ forma ſignat? Quia em̄ in iordane flumine ip̄e
Notāda auctor redēptionis noſtre baptizari dignat⁹ eſt:recte ior
expoſi danis noīe eoꝝ multitudo exprimit/q̄ intra ſacrm̄ baptiſ
tio. matis cōtinent. Antiquus ergo hoſtis gn̄is humani flu
uiū abſorbuit:q: a mūdi origine vſq̄ſ ad redēptoris aduē
tū vix paucis electis euadētibus/in vētrē ſue malitie ge
Job.xl. nus humanū traxit. De quo recte d̄r. Abſorbebit fluuiū ⁊
nō mirabit:q: ꝓ magno nō hʒ/cū infideles rapit. Sʒ gra
ue eſt valde q̄d ſubdit. Et habet fiduciā ꝙ influat iorda
nis in os eius:q: poſtꝙ̄ infideles q̄ſq̄ſ a mūdi origine ra
puit/adhuc ſe poſſe decipere etiā fideles p̄ſumit. Nā ore
peſtifere ꝑſuaſionis eos q̄tidie deuorat: in q̄bus a cōfeſ
ſione fidei reproba vita diſcordat. Hoc ergo fratres cha
riſſimi tota intentione ꝑtimeſcite/hoc apud vos ſolicita
mēte cogitate. Ecce paſcalia ſolēnia agim⁹. Sed ita viuē
dū nobis eſt/vt ꝑuenire ad eterna feſta mereamur. Trāſ
eunt cūcta q̄ tp̄aliter feſtiua celebrant. Curate q̄ his ſolē
nitatib⁹ intereſtis/ne ab eterna ſolēnitate ſeperemini. Quid
ꝓdeſt intereſſe feſtis hoīm/ſi deeſſe cōtingat feſtis ange
lorū? Umbra vēture ſolēnitatis eſt ſolēnitas p̄ſens. Jdcir
co hāc agim⁹ annue/vt ad illā q̄ nō eſt annua ſʒ cōtinua
ꝑducamur. Cū hec ſtatuto tp̄e gerit/ad illi⁹ deſiderium
memoria nr̄a referat. Frequētatione ergo gaudij tp̄alis
ad eterna gaudia mēs incaleſcat ⁊ ferueat:vt ex veritate
letitie perfruat in patria/q̄d de vmbra gaudij meditatur
in via. Uitā igit vr̄am fr̄es moreſq̄ſ cōponite. Js q̄ mitis
reſurrexit a morte/ꝙ̄ diſtrict⁹ in iudicio veniat ꝑuidete.
Certe in die tremēdi examinis ſui cū angelis ⁊ archāge
lis/cū thronis ⁊ dn̄ationib⁹/cū principatib⁹ ⁊ ptātib⁹ ap
parebit:celis ac terris ardētib⁹ cūctis vcʒ elemētis in ſui
obſequij terrore cōmotis. Hūc ergo tāti pauoris iudiceʒ
ante oculos ponite:hūc vēturū timete:vt hūc cū venerit
nō timidi/ſed ſecuri videatis. Timendus ergo eſt ne ti
meat. Terror eius nos ad vſum bone operationis exer
ceat met⁹ illius vitam noſtrā a prauitate cōpeſcat. Mihi
fratres credite:q: tāto tūc erim⁹ ſecuri de ei⁹ ſn̄ia/quāto
nūc eſſe ſatagim⁹ ſuſpecti de culpa. Certe ſi aliq̄s veſtrū
cū ſuo aduerſario cauſam dictur⁹ in meo iudicio die cra
Cōpara ſtina eſſet exhibēdus/totā fortaſſe noctē inſomnē duce
tio dupli ret:q̄d ſibi dici poſſet/q̄d obiectionib⁹ rn̄deret/ſecū ſolici
cis iudi ta ⁊ eſtuanti mēte verſaret:ne me inueniret aſperū vehe
cij. menter metueret:ne apud me appareret noxius formi
daret. Et q̄s ego aut q̄d ego? Nimirū nō lōge poſt futur⁹
poſt hoīem vermis:atq̄ſ poſt vermē puluis. Si ergo tāta
cura ꝑtimeſcit iudiciū pulueris:q̄ intētione cogitādū eſt
qua formidine ꝓuidēdū tāte iudiciū maieſtatis? Sed q:
ſunt nōnulli q̄ de reſurrectione carnis incerti ſunt: ⁊ hāc
tūc rectius docemus:ſi etiā cordiū vr̄oꝝ q̄ſtionib⁹ occul
tis occurrim⁹ pauca nobis de ip̄a reſurrectionis fide lo
quēda ſunt. Multi etem̄ ſicut ⁊ nos aliqn̄ fuim⁹:dū car
nē in putredinē/oſſaq̄ſ in puluerē redigi ꝑ ſepulcra cōſpi
ciūt/reparari ex puluere carnē ⁊ oſſa diffidūt:ſicq̄ſ apud
ſe q̄ſi ratiocinātes dicūt. Qn̄ hō ex puluere reducit? Qn̄
agit vt cinis animet. Quib⁹ breuiter rn̄dem⁹:q: lōge mi
nus eſt deo reparare q̄d fuit ꝙ̄ creaſſe q̄d nō fuit. Aut q̄d
miꝝ ſi hoīeʒ ex puluere refecit/q̄ ſimul oīa ex nihilo crea
uit. Mirabili⁹ naꝙ̄ eſt celū ⁊ terrā ex nullis exiſtētib⁹ cō
didiſſe ꝙ̄ ipſum hoīem ex terra reparare. Sʒ cinis attēdi
tur:⁊ in carnē redire poſſe deſperat: ⁊ diuine operationis

virt⁹ cōprehēdi q̄ſi ex rōne querit. Qui ſcʒ hec idcirco in
ſuis cogitatiōib⁹ dicūt:q: eis q̄tidiana dei miracula ex aſ
ſiduitate viluerūt. Nā ecce in vno grano paruiſſimi ſemi
nis latet tota q̄ naſcitura eſt arboris moles. Cōſtituam⁹
naꝙ̄ an̄ oculos cuiuſlibet arboris mirā magnitudinē co Reſurre
gitem⁹ vn̄ oriēdo cepit q̄ ad tātā molē creſcendo ꝑuenit/ ctio gn̄a
inuenim⁹ ꝓculdubio ei⁹ originē paruiſſimū ſemē. Conſi lis pul
derem⁹ nūc vbi in illo paruo ſeminis grano latet fortitu chre p̄o
do ligni/aſperitas corticis/ſaporis/odoriſq̄ſ magnitudo batur.
vbertas fructuū/viriditas folioꝝ. Cōtrectatū naꝙ̄ ſemi
nis granū nō eſt validū:vn̄ ḡ ꝓceſſit ligni duritia? Nō eſt
aſperū:vn̄ aſperitas corticis erupit? Nō eſt ſaporū: vn̄ ſa
por in fructib⁹? Olfactū nil redolet:vn̄ odor in fructibus
fragrat. Nil in ſe viride oſtēdit:vn̄ folioꝝ viriditas exiuit
Cūcta ḡ in ſemine ſimul latēt:q̄ tn̄ nō ſimul ex ſemine ꝓ
deūt. Ex ſemie q̄ppe ꝓducit radix/ex radice ꝓdit virgul
tū/ex virgulto orit fruct⁹/in fructu etiā ꝓducit ſemē. Ad
dam⁹ ergo:q: ⁊ ſemē latet in ſemine. Quid ḡ mirū ſi oſſa
neruos/carnē/capilloſq̄ſ reducat ex puluere: q̄ lignū/fru
ct⁹/folia in magna mole arboris/ex paruo q̄tidie ſemine
reſtaurat? Cū ḡ dubitās anim⁹ de reſurrectiōis potentia
rōnē q̄rit/earū rerū ei q̄ſtiōes inferēde ſunt/q̄ ⁊ inceſſan
ter fiūt:⁊ tn̄ rōne cōprehēdi nequaꝙ̄ poſſunt:vt dū nō va
let ex viſiōe rei penetrare q̄d ꝯſpicit/de repromiſſiōe diui
ne potētie credat q̄d audit. Jlla ḡ vobiſcū fr̄es chariſſimi
ꝑmiſſa cogitate q̄ ꝑmanēt:q̄ ꝟo cū tp̄e trāſeūt/velut iam
dimiſſa deſpicite. Ad huius reſurrectiōis gloriā quā in ſe
veritas oſtēdit/tota intētiōe feſtinate:terrena deſideria
que ab auctore ſeparāt fugite:q: tāto altius ad cōſpectū
dei omnipotētis ꝑtingitis:quāto mediatorē dei ⁊ hoīm
ſingularius amatis:qui viuit et regnat in vnitate ⁊c.

¶ De eadē dn̄ica. Sermo ſancti Auguſtini epiſcopi ad Neophitos.

Paſcalis ſolēnitas hodierna feſtiuitate concludit:⁊ ideo hodie neo
phitoꝝ habit⁹ cōmutat:ita tn̄ vt cādor q̄ de ha
bitu deponit/ſemꝑ in corde teneat:in q̄ q̄dē primū nobis
agendū eſt:vt q: paſcales dies ſunt.i.indulgētie ac remiſ
ſionis:ita a nobis ſctōꝝ dierū feſtiuitas agat vt relaxatio
ne corporū puritas nō obfuſcet:ſed poti⁹ abſtinentes ab
omni luſu/ebrietate/laſciuia/dem⁹ operā ſobrie remiſſiōi/
ac ſcti ſynceritati:vt q̄cq̄d mō corporali abſtinētia nō acq̄
rim⁹/mētiū puritate gr̄am⁹. Ad oēs q̄dē ptinet ſermo q̄s
cura nr̄a cōplectit:verūtn̄ hodie terminata ſacramētoꝝ
ſolēnitate:vos alloq̄mur nouella germina ſctitatis rege
nerata ex aq̄ ⁊ ſp̄uſctō/germē piū/examē nouellū. Flos
nr̄i honoris ⁊ fruct⁹ laboris/gaudiū ⁊ corona mea:oēs q̄
ſtatis in dn̄o. Apl̄icis ꝟbis vos alloquar. Ecce nox p̄ceſ Ro.xiij.
ſit/dies aūt appropinquabit:abijcite opa tenebraꝝ:⁊ in
duite vos arma lucis/ſic vt in die honeſte ambulemus.
Nō in comeſſationib⁹ ⁊ ebrietatib⁹/nō in cubilib⁹ ⁊ impu
dicitijs/nō in cōtētione ⁊ emulatione/ſʒ induimini dn̄m
Jeſum chriſtū. Habem⁹ inq̄t certiorē propheticū ſermo ij.Pe.j.
nē:cui benefacitis intēdentes taꝙ̄ lucerne in obſcuro lo
co donec dies luceſcat:⁊ Lucifer oriat in cordib⁹ veſtris
Sint ergo lūbi vr̄i p̄cincti:⁊ lucerne ardētes:⁊ vos ſimi Luc.xij.
les hoīb⁹ expectātib⁹ dn̄m ſuū qn̄ reuertat a nuptijs. Ec
ce dies adueniūt/in q̄b⁹ dn̄s dicit. Puſillū inq̄t ⁊ nō vide Joā.xvj.
bitis me:⁊ iterū puſillū ⁊ videbitis me. Hec eſt hora de q̄
dixit. Uos triſtes eritis/ſeculū aūt gaudebit.i.vita iſta te
tationib⁹ plena in q̄ ꝑegrinamur ab eo. Sʒ iterꝝ inq̄t vide
bo vos ⁊ gaudebit cor veſtrū:⁊ gaudiū vr̄m nemo tollet
a vobis:cui⁹ ſpei tā gratū/⁊ tā gratuitū etiā pign⁹ ſctm̄
Sancte scripture ad cognoscēdū deū nobis diuinitus p sctōs doctores administrate/a terreno ⁊ hūano sensu ad diuinū ⁊ celestē nos erigētes vsqꝫ ad ea vba descēderūt q̄bus hūana vtit consuetudo:ita vt etiā cōmotiones hūane mētis ⁊ passiones vel affectiōes de deo scriberēt:sicut zelare/irasci/penituisse:aliqd ex tpe velle vel nolle deū dicerēt:q̄ sunt humane mētis instabilitates/nō diuine serenitatis imutatiōes:q̄ sp idē est. Quod ꝗ dñm irasci dr:nō est pturbate mētis motio q: dei ira nō est passibilis sicut hois. Irascit itaqꝫ deꝰ sine aliqua sue simplicis nature passibilitate vel pturbatione
Sap. xij. aut etiā immutatione. De eo naqꝫ dr. Tu aūt dñe vtutum cū trāquillitate iudicas. Quod aūt trāquillū est/nō est pturbatū. Sic etiā ⁊ hūani corpis mēbra deo asscribunt/sicut
Psal. cxviij. manꝰ tue fecerūt me. Et iterū. Oculi dñi sup iustos:⁊ au-
Psal. xxxiij. res eius in p̄ces eorꝫ:dū oimodis nihil tale vel corpale de deo mēs humana putare debet:tñ clemēter deꝰ humane cōsuluit infirmitati:vt q: cū sicut est nō possumus agnoscere:nostre locutionis more seipsum nobis insinuare vellet:quatenus ad sua per nostra nos traheret:⁊ dū condescendit per pietatē nostre infirmitati:ascēdamus nos per intelligētie puritatem ad illum sm sue donum gratie.

¶ Quod deus vbiqꝫ sit totus potestate naturali. Capitulum.VII.

Hoc maxie intelligere debemꝰ sctē trinitatis vnā eādēqꝫ naturā ita totū implere:vt non sit aliqd vbi nō sit:sicut acutissime quēdā christianū pbo interrogāti vbi eēt deꝰ rñdisse fert:Dic tu philosophe/vbi nō sit. Tota itaqꝫ diuinitas vbiqꝫ tota est:⁊ nullo cōtinet loco:q: nō est localis deꝰ. Tota.s.in spiritualibus ⁊ corporalibus singulis:⁊ tota simul in oibus creaturis:nec adhuc de grā loquimur q̄ se gratuito munere mie sue saluandis hominibus prebet:sed de natura qua deus oia q̄ fecit ⁊ implet ⁊ cōtinet:sm quē dicit. Celū Hiere.
⁊ terrā ego impleo:⁊ sꝫ quā ipi deo btūs Dauid dicit. Quo xxiij.
ibo a spū tuo:⁊ q̄ a facie tua fugiā? Et de christo q̄ est sapiē Psal.
tia dei dr. Attingit a fine vsqꝫ ad finē fortiter ⁊ disponit oia cxxxviij.
suauiter. De spū q̄ scto scriptura sctā sic loquit. Quod spiritꝰ Sa. viij.
dñi repleuit orbē terrarꝫ. Trinitas itaqꝫ:q̄ est deꝰ vnꝰ verꝰ Sap. j.
⁊ bonus eternus incōmutabilis:vbiqꝫ tota est sm immensitatem atqꝫ omnipotentiā naturalē:ꝙuis non in omnibus inhabitet sm gratie largitatem.

¶ Quod deus aliter in sanctis sit:aliter peccatoribus presit. Capitulū.VIII.

Deus ꝗ natura bonis ppinqt ⁊ grā:natura/qua eos facit hoies:grā/q̄ eosdē pctōres iustificat. Natura/q̄ eos facit ex hoibus nasci. Grā/q̄ dat eis prātē filios dei fieri. Natura/q̄ facit vt viuāt Grā/q̄ facit vt sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuāt. Natura/q̄ eos facit i h mūdo paruo tpe manere. Grā/q̄ eos facit i celo sine fine regnare. In malis vo sola ē dei imēsitas atqꝫ oipotētia naturalis/q̄ eos facit eē/viuere atqꝫ sētire/rōnales eē:liberū ꝙ volūtatis hre arbitriū/sꝫ liberꝫ nō liberatū. Liberū em̄ arbitriū manet etiā nūc in hoibꝰ p naturā:qđ in q̄bꝰ voluerit deꝰ dignat liberare p grām:ne malā habeāt volūtatē. Ex q̄ em̄ pmꝰ hō libero arbitrio venūdatus est sub pctō:iō mala cepit eē libertas hois:q: ipi libero arbitrio ablatꝰ ē bonitas volūtatis:quā exīde nemo a seipso hre potuit/nisi grā diuine mie adiutꝰ habuisset:sine cuiꝰ adiutorio liberū arbitriū:nec cōuerti pōt ad deū/nec pficere in deū. Utrūqꝫ credere debemꝰ:⁊ grām dei ⁊ liberū arbitriū hois. Si ꝗ nō est dei grā/quō saluat mundus? Et si nō est liberum arbitrium/quomodo iudicabit mūdus.

¶ De diuersitate eorū q̄ sunt. Ca.IX.

Omne qđ est/aut sp fuit ⁊ nō esse cepit:aut nō sp fuit/⁊ esse cepit. Quod itaqꝫ nō cepit esse sꝫ sp fuit solꝰ deꝰ est pr̄ ⁊ filiꝰ ⁊ spūssctūs. Quod vo eē cepit: oīs est creatura:iō i rex naturis h duo tātū sūt.i. creator ⁊ creatura. Sꝫ qđ sp fuit ⁊ sp est:aut igenitū ē:aut genitū:aut nec ingenitū nec genitū:⁊ sunt h tria eternaliter tria. Quod ingenitū est/pr̄ est solꝰ:q̄ a nullo esse hꝫ qđ est nisi a seipo. Quod genitū est/filiꝰ est:cui a pr̄e est esse qđ est Quod vo nec ingenitū est nec genitū/spūssctūs est:cui est esse a patre ⁊ filio pcedere:⁊ hec tria trinitas est vna cōsubstātialis ⁊ coeterna. Quia igit aliud est genuisse ꝙ natū esse:aliud est pcedere ꝙ genuisse vel natū esse:manifestū est:quō alius est pr̄/alius filius/alius spūssctūs. Trinitas itaqꝫ ad psonas pris ⁊ filij ⁊ spūsscti refert:vnitas ad naturā eterne deitatis ptinet. Porro plurima in eis q̄ facta sunt ⁊ qđ ex tpe cepit/distātia inuenit esse. Nā q̄dā ex eis sunt spūalia:q̄dā vero visibilia. Quiddā itaqꝫ in eis factū dr ⁊ nō natū:vt celū/terra ⁊ multa in creaturis. Quiddā vo factū dr ⁊ natū sed insensibiliter:vt arbores ⁊ herbe de terra. Quiddā est factū natūqꝫ sēsibiliter:vt hoies ⁊ aialia. Aliqd etiā factū est ⁊ natū ⁊ renatū:vt homo factus a deo:natꝰ a parentibus:renatus grā dei in ministerio baptismatis. Que regnātio in solo hoie inuenit/sed non in omni. Quiddā vero in his q̄ facta sunt ratiōale est ⁊ mortale:vt idez homo:sed hoc in solo hoie ⁊ in omni reperit. Quiddā vo rationale tātū est/nō mortale:vt angelus:⁊ hoc sit in sola angelica natura inuenitur/⁊ in oi. Sed ex his.i.angelis q̄dā sunt eternaliter miseri/q̄dā eternaliter beati:sicut etiā de hoibus:quidā sunt penales ppter merita malitie:q̄dā vo cum angelis qui suū seruauerūt principatū/beati eternaliter erūt per gratiam dei. Sed he diuersitates creaturarū ⁊ commutabilitates/ab vno solo ⁊ incōmutabili deo create sunt:quia omnia que sunt in celo ⁊ in terra/absqꝫ vlla dubitatione sicut voluit fecit.

Hoc quoq; sciendū est/ q oīs substantia que deus nō est/ creatura est: ⁊ que creatura non est/ deus est.

¶ Qđ qdam mirabilis facta est cōiūctio creatoris ad creaturam. Cap.X.

Inter harū scz creaturarū mirabilē ⁊ speciosam varietatē/ ex q pulcherrima vniuersitas formatarū cōstat rerū: de q dr. Et erāt oia valde bona: Geñ.j. bona ꝟo q: a bono cōdita sunt creatore: sed non sic bona sicut creator: q sol⁹ est summū ⁊ incōmutabile bonū: hō sol⁹ ad imaginē ⁊ silitudinē cōditoris creat⁹ esse legit: ⁊ felicissim⁹ horti q paradisus dr habitator: cōstitutus vniusq; trmīnō epuli phibitus: qten⁹ tā facilis obseruatione mādati/ celestē mereret btitudinē: sz inuidia ruētis angeli de btitudine sua hui⁹ mandati trāsgressor effect⁹ est: atq; in hui⁹ exilij sicut cōminat⁹ est ei creator/ in erūnosā deiect⁹ est miseriā/ ⁊ penali mortis cōditiōe mulctat⁹. Sz mitissim⁹ creator nolēs facturā imaginis sue eternaliter perire: misit filiū suū vnigenitū deū p quē creauit hominē vt p eūdē redimeret/ p quē creat⁹ est: qui carnē ex ꝟgine assumēs ita hūane nature adunat⁹ est/ vt idē esset homo q de⁹ est/ ⁊ de⁹ q hō: q: talis erat illa susceptio q deū hoiez faceret ⁊ hoiem deū: nec vlla est in hac duarū cōiūctione naturarū i. diuinitatis atq; hūanitatꝫ psonalis separatio Ergo q: forma dei accepit formā serui vtrūq; de⁹ ⁊ vtrūq; hō: sed vtrūq; de⁹ propter accipientē deū: vtrūq; autē hō ppter acceptū hoiem: nō tn̄ illa susceptiōe alterū eorū/ in alterū eorū cōuersum est atq; mutatū. Nec diuinitas qppe in creaturā mutata est vt desisteret esse diuinitas: nec creatura in diuinitatē/ vt desisteret esse creatura: vnus tn̄ horū miraculis claruit/ aliud succubuit iniurijs: sz nullatenus ali⁹ fuit q miraculis claruit/ ali⁹ q iniurijs fatigatus est: sed vn⁹ atq; idē in forma dei/ cōsubstātialis pr̄i: in forma serui cōsubstātialis matri: aīa ⁊ carne plenus homo.

¶ Vtrū aīa christi plenam habeat diuinitatis sue cognitionē. Ca.XI.

Considerēter plane ⁊ indubitāter dicim⁹ de sctis angelis atq; hoib⁹ sctis: qr q̄uis qlibet p adoptiōis gratiā nūcupatiue de⁹ dicat: nulla tn̄ ratiōe de⁹ angelorū vel de⁹ sctorū naturalr dici pōt sicut de christo dr: Et adorēt eū oēs angeli dei: ⁊ oia subie-
Ps. xcvj cit sub pedib⁹ ei⁹. In eo q ait oia subiecit: nihil dimisit nō
Ps. viij. subiectū ei. Quis qlibet sctūs diuine habitatiōis grā pcipuus eēt: null⁹ tn̄ eorū i vnā cū diuinitate psonā elect⁹ est nisi christ⁹ de⁹ ⁊ hō. Aīa qppe ⁊ caro christi cū ꝟbo vn⁹ est christ⁹ ⁊ vn⁹ fili⁹. Per qđ ꝟo durū est: ⁊ a firmitate fidei penit⁹ alienū vt dicam⁹ aīam christi nō plenā sue deitatꝫ hr̄e notitiā: cū q naturalr vnā credit hr̄e psonā. Vn̄ Ioānes baptista christo singulariter/ ac sine mēsura datā spūs largitatē dixit. Nō em̄ ad mēsurā dat de⁹ spm̄. Hoib⁹ ad mē-
Ioan. iij surā dat/ vnico filio ad mēsurā nō dedit: q: oīs plenitudo diuinitatꝫ in eo habitat. Ipe est em̄ q dat sctis/ ipe est q accepit: ⁊ q: potēs est ad mēsurā dare: iō nō potuit ad mēsurā accipe. In forma em̄ dei manēs spm̄ dat: formā ꝟui accipiēs spm̄ accepit: ipm̄ em̄ quē ad mēsurā dat totū accepit Ad mēsurā qppe dat multꝫ filijs: sz nō ad mēsurā accepit q vnic⁹ est fili⁹: q: sic est hō naturalr ver⁹: vt idē sit naturaliter etiā de⁹ ver⁹. In christo aūt ꝓm catholice fidei ꝟitatē in vnitate psone simul ⁊ deitate fatemur/ ⁊ aīam rōnalē ⁊ carnē: in q tn̄ deitas spm̄ accipe nō potuit: q: ꝓm deitatē pr̄ ⁊ fili⁹ ⁊ spūsctūs vn⁹ ē de⁹. Nō g potuit spm̄ scm̄ diuinitas filij accipe: cū ipe spūsctūs sic pcedit a filio/ sicut pcedit a pr̄e: ⁊ sic dat a filio/ sicut dat a pr̄e. Restat itaq; vt aīa christi spm̄ accepit/ quē tn̄ nō ad mēsurā accepit: q: totuz accepit: vbi em̄ mēsura dr esse plenitudo pfectiōis/ ⁊ pfectio plenitudinis inuenit: p quā etiā plenitudinē diuine cognitiōis hr̄e manifestū est. Inquātū em̄ cuilibet sctorū dat: itātū cognitio diuinitatꝫ accipit ab eo: nō em̄ estimādū est aīe christi i aliq plenā diuinitatꝫ deesse notitiā: cui⁹ vna ē psona cū ꝟbo: quā sic sapiētia suscepit: vt cū ipa diuinitate sua vna sit in trinitate psona. i. christ⁹ crucifix⁹: quē dei virtutē/ deiq; sapientiā Paulus apostolus predicat. j. Cor. j.

¶ Si aīa christi plenam habeat diuinitatis cognitionē: quō dr in euangelio filiū nescire diē iudicij. Ca.XII.

In scripturis sctis gen⁹ est locutionis: qđ apud grāmaticos methonomia dr. i. dū p efficiētem designat id qđ efficit. Hoc em̄ gn̄e locutionis deus nescire dr/ q: nesciētes facit: etiā ⁊ scire de⁹ dr: q: sciētes facit: sicut scriptū est. Tētat vos dn̄s deus vr̄/ Deu. xiij. vt sciat si diligatis eū. Nō em̄ sic intelligēdū est q̄si de⁹ nesciat si diligāt eū/ de qbus hoc dr: sz vt ipsi sciāt quantū in dn̄i dilectiōe pfecerint: qđ nisi tētationibus q accidūt nō plene ab hoib⁹ agnoscit: ⁊ ipm̄ tētat p eo positū est q tētari sinat. Sic ⁊ cū dr nescire deū: aut p eo dr q nō approbat: sicut ipsis dicturus est/ nescio vos: aut p eo q vtiliter Mat. xxv. nesciētes facit: siue etiā p eo q nō est tp̄s sciendi/ sicut in euāgelio dr. De die ⁊ hora nemo scit/ neq; angeli in celo/ Mar. xiij. neq; fili⁹ nisi pr̄. Hoc em̄ gn̄e locutiōis nescire dr filius: q: nesciētes fecit qđ vtile illis fuit nescire. i. q nō ita sciebat vt eos scire fecisset: q: vtilius illis fuit diē iudicij nescire q scire: vt semp parati essent ⁊ vigilātes: duz qua hora dies dn̄i quasi fur veniret/ paratos inueniret eos.

¶ Qđ vnū sit opus pr̄is et filij. XIII

Operat em̄ pater p filiū p quē fecit oia: ⁊ sp operat sicut dictū est. Oia p ipm̄ facta sunt. Ite pr̄ Joan. j. me⁹ vsq; modo operat ⁊ ego operor: nō diuersi- Joan. v. tatē opis designās/ q: opus pr̄is ⁊ filij: sed proprietatē psonarū ostēdēs. Ipsa itaq; opatio dei. i. scte trinitatis/ voluntas est dei: ⁊ voluntas dei simplex est: ⁊ semp in reqe btitudinis. Nec aliud est deo opari/ aliud velle: sz idē est illi velle ⁊ opari: q: volūtas dei effectiua est potentia: nec deo aliud esse aliud velle/ sed vnū atq; idē: et hoc totū simplex/ totū vnitas/ totū trinitas/ homousion: q: eē qđ substātiale est/ vnū est in pr̄e ⁊ filio ⁊ spūsancto: ⁊ horū vna actio est sicut vna volūtas. Fuerūt em̄ oia ab eterno in deo: opatione aūt. i. virtute dei q est fili⁹: apparuerunt oia ⁊ facta sunt sicut voluit/ ⁊ q̄n voluit/ ⁊ quomodo voluit q fecit oia: sed nō ille fact⁹ p quem facta sunt oia. Natus est ergo filius dei ex eterno etern⁹/ de deo de⁹/ de lumine lumen: sicut sepissime diximus ⁊ semper dicemus.

¶ Oia per christum facta esse: ipsum natum non factum. Ca.XIIII.

In principio fecit de⁹ celum ⁊ terrā. i. in christo fecit deus q est filius dei: q est verbū dei: q est virtus ⁊ sapientia dei/ sicut in Psal. dr. Oia in Ps. ciij. sapientia fecisti: sz ipse idē fili⁹ ante oia semper est ⁊ sp deus/ ⁊ sp in deo: idcirco homousion pater ⁊ filius Ideo vero q fili⁹ dr ⁊ est: genit⁹ est nō factus. Quis apostolus dixisset: q fact⁹ est sapientia nobis a deo: non q fa- j. Cor. j. ctus sit in substātia sua vt esset: sz effectus est vt dn̄s esset oim q facta sunt dū fuerūt qbus dn̄s esset. Creaturas g fecit de⁹ per filiū: non filiū fecit p quez fecit oia: sz genuit de substātia sua eqlē sibi: nat⁹ est g christ⁹ nō fact⁹. Vbicūq; g dicit q̄m fact⁹ est/ post primā generationez dr: q eterna est ⁊ vna est/ sctā ⁊ ineffabilis. Legit in actib⁹ aplorū. Certissime igit sciat dom⁹ isrl: q: hūc christū de⁹ fecit quē vos Act. ij. suspēdistis in cruce. Et apl's. Qui fact⁹ est ex muliere. Et Gal. iiij. euāgelista. Verbū caro factū est. Ista oia nō in ei⁹ existen- Joan. j. tiā vel substātiā: sz in act⁹ ⁊ i ministratiōnē ei⁹ potētie atq; ꝟtutis dicunt. Qr apl's ait christū dei ꝟtutē ⁊ dei sapiētiā j. Cor. j. non ita intelligendū est/ q pater dici nō possit virtus vl' sapiētia: sicut dici nō pōt filius vel ꝟbū: q: hec relatiua sunt noīa/ sicut superius dictū est: illa ꝟo. i. virtus ⁊ sapientia/ substantialia sunt. Ideo pater virtus ⁊ sapiētia/ filius virtus ⁊ sapiētia: ⁊ spūsanctus virtus ⁊ sapiētia: non tamē tres

tres ꝟtutes nec tres sapie: sz vna virt⁹ ⁊ vna sapia/ pater ⁊ fili⁹ ⁊ spūsctūs. Sicut vna suba ⁊ vna oipotentia: ⁊ alia q de substātia diuinitatis dicunt: ⁊ ita itelligat fili⁹ sapia pr̄is/ quō dr lumē pr̄is. i. vt queadmodū lumē de lumine ⁊ vtrūq; lumē: sic intelligat sapiētia de sapientia ⁊ vtrūq; vna sapia: q: in illa simplicitate diuine nature/ non aliud sape q esse: nec aliud esse q posse: nec aliud eē posse q viuere Eadē ibi sapia q essentia: eadē potētia q essentia: eadem vita que et essentia. Et hec oia vnū/ ⁊ vnus deus.

¶ De eo q sicut pater est vita: ita est et filius. Capitulum.XV.

Sicut pater viuificat: sic ⁊ fili⁹ qs vult viuificat non tn̄ alios vel aliter pr̄/ ⁊ alios vel aliter fili⁹: sed eos qdē qs pr̄ viuificat/ viuificat ⁊ fili⁹ sili: nec spūsctūs ab hac viuificatiōe secernendus est: q: vnū op⁹ ē patris ⁊ filij ⁊ spūsctī: sicut vna substātia atq; essentia. Sicut em̄ pater viuēs vita est: ita et fili⁹ vita Manet g pater vita/ manet et fili⁹ vita. Pater vita in semetipso nō ab alio: fili⁹ vita in semetipso: sz a patre q euz talē genuit vt vitā haberet in semetipso: dictum qppe est/ Joan. v. sicut ipse fili⁹ ait. Sicut pr̄ hz vitā in semetipso/ sic dedit ⁊ filio vitā hr̄e in semetipso. i. genuit filiū vitā in semetipso habētem. Hoc solū iterest/ q pater vita ē nō nascēdo: fili⁹ vita est nascēdo. Pater de nullo patre/ fili⁹ de deo patre. Pater ppter filiū pater est: fili⁹ ꝟo et q fili⁹ est ppter patrē est: et qđ est a patre ē: ex a vita vita ē. Pater q ē vita in semetipso: genuit filiū q esset vita in semetipso: ideo et ip- Joā. vj. se filius ait. Sicut viuit pater et ego viuo ppter patrē: nō ita dictū est q̄si in seipso filius ppriā non haberet vitā/ sed participatiōe paterne vite vitā haberet: sicut ocul⁹ carnalis pticipatiōe lucis alteri⁹ lumē accepit/ qđ nō haberet in seipso nisi aliunde mutuasset: sed iā itaq; talis a pr̄e genitus est fili⁹ q in seipso viueret. Sicut pater nō ē indiges vita: sic fili⁹ nō indiget alterius vite. Est pater vita/ ⁊ fili⁹ vita: vtriq; tn̄ vna vita nō due: q: vn⁹ deus non duo dij: in hac ꝟo vita viuet mūdus: et viuet q̄diu obedierit huic vi- Joā. vj. te. vn̄ et Petr⁹ ait. Tu verba vite eterne habes. i. qui tibi Joan. v. obedierit vitā eternā habebit: et ipse dn̄s. Amē amē dico vobis: q: venit hora et nunc est q̄n mortui audient vocez filij dei: et qui audierint viuent. Quid est em̄ audiēt nisi obedient. i. obedierint: Quātū em̄ pertinet ad auris auditū: non oēs q audient viuēt. Multi em̄ audiunt ⁊ non credūt/ vel nō faciūt qđ credunt. Audiendo et nō credendo non obediūt. Non obediēdo nō viuēt: itaq; hi qui audiēt nil est aliud q abedient: qui ergo obedient viuent.

¶ Quod substantia diuinitatis omnimodo inuisibilis sit ⁊ incōprehensibilis in sua natura. Cap.XVI.

Sicut igit imutabilis est oino de⁹: ita ⁊ inuisibilis est in natura magnitudinis sue: Quis multoties legat q apparuisset de⁹ cuilibet i veteri testamēto patrū: sz apparuit qb⁹ voluerat per subiectā creaturā: in q voluerat specie ⁊ quō voluit: sz nullaten⁹ a qlibet visus ē i substātia diuinitatis sue q oino inuisibilis ⁊ icōmutabilis ē. Qđ beatissim⁹ ⁊ magn⁹ pphā Exod. moyses itelligēs: ait deo cū quo vt amic⁹ ad amicū/ facie xxxiij. ad faciē locut⁹ esse dr. Si inueni gratiā añ te: ondē mihi temetipm. Si itaq; ei⁹ naturā substātiāq; cōspiceret: nullaten⁹ diceret ostēde mihi temetipm: ipi g apparuit de⁹ in ea specie q voluerat: nō aūt ipse apparuit illi i natura propria quā moyses videre cupiebat māifeste. Nouerat vtiq; q corpaliter videbat qđcūq; videbat: ⁊ verā visionē dei spūaliter reqrebat. Locutio qppe illa q fiebat in vocibus sic modificabat/ ⁊ āq esset amici loquētis ad amicū. Cōfirmat ꝟo euāgelista dei eē naturā oimodis inuisibi- j. Jo. iiij. lē vbi ait. Deū nemo vidit vn̄q: q: plenitudinē diuinitatis que in deo est nemo oculis vidit: nemo mēte cōprehēdit: nec etiā angelice nature cōprehēsibilis est de⁹: q: vere incōprehēsibilis dr: sed ꝓm mensurā donationis dei/ ita deū vel angeli vel aīe sctorū intelligūt. Proinde q̄uis vsq; ad eqlitatē angelicā hūana post resurrectionē natura proficiat: ⁊ ad contēplandum deū glorificata cōsurgat: videre tn̄ ei⁹ essentiā plene nō valet: sed vnicuiq; sctorū ad sue sufficientiam beatitudinis manifestabitur gloria eius.

¶ Qđ ille visiōes q in veteri testamēto pr̄ibus appuisse legūtur p angelicas admistratiōes fierēt. Ca.XVII.

Quod ꝟo oia q patrib⁹ visa sunt: cōgruis tpib⁹ vel locis ꝓm dispēsationē dei p āgelicas essent administratiōes aptissime eximius mūdi doctor q in tertiū rapt⁹ celū audire meruit: qdam arcana mysteriorū dei ꝟba ostēdit/ vbi ait. Nōne oēs sunt Heb. j. administratorij spūs: ad ministrationē missi ppter eos q hereditatē capiūt salutis. Volēs intelligi illa nō oia solū per angelos facta: sed etiā ppter nos facta: q in veterib⁹ legunt figurationibus: ⁊ paulopost. Si em̄ sermo p angelos dict⁹ factus est firmus: oia q data sunt vel dicta populo priori/ p angelos ministrata esse ostēdit: nr̄e ꝟo salutis originē ⁊ plenitudinē per ipsum dei filiū mox in sequētibus eiusdē epl'e verbis ministratā esse demōstrauit. Et btūs Stephan⁹ ꝓtomartyr: angelū Moysi locutū esse in flāma ignis asseruit in disputatiōe quā habuit cōtra la- Act. vij. pidatores suos: dū in eadē visione dicit dn̄m apparuisse Moysi apparuerūt ꝟo angeli ⁊ locuti sunt in persona illius q eos direxerat. Sed queri pōt. Cur scriptura nō dicat apparuit angelus vel locutus est angel⁹ cuilibet patrū: Quis qdē preco ꝟba referat iudicis: nō scribitur in gestis/ preco dixit vel fecit/ sed iudex dixit vel fecit. Quapropter pbabili ratione videri pōt patrib⁹ nr̄is ante incarnationez christi sub psona dn̄i apparuisse vel locutos esse angelos: nec illos etiā in sua apparuisse substātia credēdū est: sz in subiecta creatura que ab illis tp̄e opportuno assūpta est ad ministrationez officij sui. Sicut anima hominis inuisibilis est: ita etiam angelicam carnalibus oculis naturam inuisibilem esse certissimum est.

¶ Nō de solo pr̄e itelligēdū qđ dr: q fac mirabilia magna sol⁹. C.XVIII.

Vbicūq; in scriptura sctā legit solus deus/ nō de vna qualibet psona in sctā trinitate intelligendū est: sz de tota sctā trinitate/ q equaliter operatur oia qcūq; operāda esse iudicat. Vn̄ qđ in Psal. Ps. dicit. Qui facit mirabilia magna solus/ q fecit lumi- cxxxv. naria solus/ non de solo patre sicut aduersarij volūt intelligitur dictū: sed de tota sctā trinitate/ q est vn⁹ sol⁹ deus. Silr de patre solo nō est intelligēdū/ qđ apl's ait. Beat⁹ j. Ti. vj. et solus potens/ rex regū ⁊ dn̄s dominātiū: q sol⁹ habet immortalitatē/ ⁊ lucē habitat inaccessibilē: quē nemo hominū vidit/ nec videre pōt. In qb⁹ verbis nec pr̄ proprie noiatus est/ nec fili⁹/ nec spūsctūs: sz absolute btūs ⁊ sol⁹ potēs: qđ est vn⁹ solus/ beat⁹ potēs/ inuisibilis/ ver⁹ de⁹ ipa trinitas: q eqliter btā est/ eqliter potēs/ imo oipotēs: etiā ⁊ vnipotēs: q: vna potētia est toti⁹ sctē trinitatꝫ. Neq; em̄/ q: ipse fili⁹ alibi loquēs voce sapie (ipse est em̄ sapientia dei) q ait. Gyrū celi circūiui sola/ separauit a se patrē: quāto magis ergo nō est necesse vt tātumō de patre pre- Eccli. ter filium vel spiritūsanctum intelligatur quod dictū est: xxiiij. solus habet immortalitatē: ⁊ lucē habitat inaccessibilez.

¶ De vnitate spiritussancti cum patre et filio. Capitulum.XIX.

Spirit⁹ itaq; sctūs sicut pr̄ ⁊ fili⁹ plen⁹ est deus: ⁊ pfect⁹: imo vnus de⁹ cū pr̄e ⁊ filio atq; vna substātia sicut supra memorauim⁹/ q̄m ipe est spūsctūs q in scripturꝫ dr spūs dei vel spūs christi/ si-

ue spūs pr̄is/siue spūs paraclet⁹:etiā ⁊ spūs ỽitatis/nec nō spūs vite:q̄ a pr̄e ⁊ filio eq̄liter ꝓcedit:⁊ cū pr̄e ⁊ filio eq̄liter adorat̄:q: eq̄liter est de⁹. Tot⁹ patris ⁊ totus filij spūs:q: vn⁹ naturalr̄ spūs est ⁊ pr̄is ⁊ filij. Proinde tot⁹ de pr̄e ꝓcedit ⁊ tot⁹ de filio:tot⁹ in pr̄e manet ⁊ tot⁹ in filio:q: sic manet vt ꝓcedat/sic procedit vt maneat. Unde naturaliter hāc hȝ cū pr̄e ⁊ filio vnitatis plenitudinem ⁊ plenitudinis:vnitatē vt totū patrē habeat totūq̄ filium: ipse q̄ totus habeat̄ a patre/tot⁹ habeatur a filio. Qui etiā a pr̄e ⁊ filio eq̄liter dat̄:imo ⁊ a seipo dat̄:sicut filius Joā.iij. de eo dicit. Spūs vbi vult spirat. Ipse in ꝓphetis locutus est. Per ipm apl̄i sine timore seculariū ptātū testimoniuȝ p̄ferebāt de christo:q: ipe loquebat̄ in illis/sicut ipse dn̄s Mat.x. ait. Nō em̄ vos estis q̄ loq̄mini/sed spūs pr̄is vestri q̄ loquitur in vobis. In ipso em̄ oēs fideles remissionē pctōꝝ/siue in baptismo/siue in penitētia. Ipse charitas dr̄: q̄uis pr̄ et fili⁹ sit charitas:sicut et filius sapiā dei dr̄/q̄uis pa Rom̄.v. ter ⁊ spūsctūs sapiētia. Ipse paraclet⁹.i.cōsolator dr̄:q: re uera dū dona sacramētoꝝ distribuit/cōsolationē aie p̄bet:p quē diffundit̄ in cordib⁹ nostris dei charitas:p quā nos tota inhabitat trinitas. Quocirca rectissime spūsctus cū sit de⁹ vocat̄ etiā donū dei. Quod donū ꝓprie q̄d nisi charitas intelligit̄: que perducit ad deuȝ: ⁊ sine qua quelibet et alia virtus boni operis non perducit ad deū.

¶ Qd nihil tp̄ale dec emus itelligere de spūsctō/dū dr̄ donū dei. Cap. XX.

Hoc ỽo donū dei qd̄ est spūsctūs coeternū est ⁊ ꝯsubstātiale donatori:q: donū donabile fieri poterit/q̄uis nō sit cui donet̄. Qd donū.i. spūsctūs:nō ex parte sȝ ab eternitate ꝓcedit. Sed q: nc ꝓcedebat vt esset donabile:iā donū erat ⁊ anteq̄ esset cui daret̄. Aliter em̄ intelligit̄ cū dr̄ donū/aliter cū dr̄ donatū. Nā donū pōt esse ⁊ anteq̄ det̄:donatū autē nisi cuilibet datū fuerit nullo mō dici pōt. Et hoc itaq̄ donū dei occultū fuit ab eterno in pr̄e ⁊ filio manifestandū opportuno tpe:dū esset q̄b⁹ manifestari deberet. Et hoc donū.i.spūsctūs in eadē vnitate substātie/⁊ eq̄litate cuȝ pr̄e ⁊ filio cōsistit:siue em̄ sit vnitas amboꝝ/siue sctitas/siue charitas/siue ideo vnitas q: charitas: ⁊ ideo charitas:q: sctitas:nequaq̄ minor est in aliq̄ illis ex q̄bus ꝓcedit. Et hec est summa charitas q̄ genit⁹ a gignēte diligit̄ genitorēq̄ suū diligat:⁊ ideo nō ampli⁹ q̄ tria sunt:vnus diligēs eū q̄ de illo est:⁊ vn⁹ diligēs eū a quo est:⁊ ipsa dilectio de qua dr̄:q: deus charitas est. Et hec summa ineffa- j.Jo.iiij. bilis trinitas:non vnius dei dici debet/sed vnus deus.

¶ Cur idem spiritus bis a christo datus sit. Capitulum. XXI.

Absq̄ dubitatiōe ideo spūsctūs bis datus est: vt cōmēdarent̄ duo p̄cepta charitat̄. Duo etiā sunt p̄cepta/sed vna est charitas:sicut etiā vn⁹ spūs ⁊ duo data:nec alia charitas diligit proximū q̄ illa q̄ diligit deū. In terra dat̄ spūs vt diligat̄ primus:de celo dat̄/vt diligat̄ de⁹. Q̄uis sit aliō de⁹/aliud ꝓxim⁹:tn̄ vna charitate diligēd⁹ est de⁹ ⁊ ꝓxim⁹:dū plus seipo deū/ꝓximū vt seipm amator amet. In terra christ⁹ dedit spm̄:sȝ de celo est qd̄ dedit:ille em̄ dedit/q̄ de celo descēdit:hic inuenit cui daret:sȝ inde attulit qd̄ daret. Sed ista charitas nō tenet̄/nisi in vnitate ecclesie christi: nec illam habent/qui se diuidūt ab vnitate catholice pacis.

¶ Quāuis diuersa sint dona in sanctis/ab vno eodēq̄ȝ spiritu singulis singula dantur. Capitulum. XXII.

Dona scrispūs mēbris ecclie sigillatim diuiduntur:⁊ singulis singula dona tribuūtur. In christo siq̄dē solo ois plenitudo donoꝝ:q: ois plenitudo diuinitatis in eo habitat. Un̄ plen⁹ gr̄e et veritatis ab euāgelista p̄dicat̄. In spūsctō ois gr̄a dono- Joan.j. rū existit:ipse em̄ ꝓut vult/gr̄am donoꝝ largit̄. Alijs dās j.Co.xij. sermonē sapie/alijs scie/alijs fidē:atq̄ ita vnicuiq̄ in virtute scrispūs gr̄a tribuit̄ s̄m volūtatē largitoris. Et in oibus idē spūs habet̄/sicut in ꝓphetis vn⁹ atq̄ idē locut⁹ est spūs:ipe etiā ineffabilia docet/q̄ ꝓferre huan⁹ sermo nō pōt. Ipse em̄ dr̄ ab aplō gemitib⁹ inenarrabilib⁹ po- Ro.viij. stulare ꝓ nobis. Postulare plane dr̄: q: nos postulantes facit ineffabili cordis gemitu Sed nō nūc vt quōdā dona scrispūs sunt in hoib⁹. Nā paucis in pplō israel dona emicuerūt scrispūs p q̄libet signa:nūc aūt in omi credentiū multitudine spūscti gr̄a diffundit̄ s̄m volūtatē distribuētis dei:⁊ hoc est qd̄ in euāgelio dr̄. Nōdū erat spūs da- Joā.vij. tus:q: Jesus nōdū fuerat clarificat⁹. Sicut em̄ vni⁹ corporis mēbra diuersa habēt officia:q̄ tn̄ oia vna opat̄ aia ⁊ regit:distribuēs vnicuiq̄ mēbro quid faciat:oculo/vt videat:manui/vt operet̄:pedi/vt ambulet:auri/vt audiat: sic sunt etiā diuersa dona fidelib⁹ tāq̄ mēbris ad mēsurā cuiq̄ propriā distributa. Quis em̄ et in omi fideliū multitudine diuerse sint donoꝝ gratie:vnū tn̄ corp⁹ est ecclie per vnū spm̄/vna charitatis cōpage cōglutinatū atq̄ cōnexū. Qui spūs mee humilitatis spm̄ inspirare dignetur q̄d deinceps dicēdū sit de ineffabili christi dn̄i nr̄i natiuitate:de qua ꝓpheta ait. Generationē eius q̄s enarrabit Esa.liij. quod ab alio incipiendum esse exordio melius arbitror.

¶ Finis libri secundi.

¶ Index capitulorum libri tertij.

i De gratia dei quia deus homo factus est.
ij Ad cōmendationem eiusdeȝ euangelista christum ait plenum gratia et veritate.
iij Quō nō sit christ⁹ fili⁹ spūsancti/dum in symbolo dicitur:de spiritusancto ⁊ Maria virgine nat⁹.
iiij Quomodo intelligenda sit filij missio a patre.
v Quomodo missio spūsancti intelligenda sit.
vj Cur solus pater missus non legatur.
vij Quare filius nunc equalis/nunc minor patre dr̄.
viij Quare nusq̄ spūsanctus patre minor legatur.
ix Q̄ aliter intelligendū sit verbū caro factū est:atq̄ aliter verbum dei in quolibet sanctorum.
x Q: nec pr̄ nec spūsctūs/sed sol⁹ fili⁹ incarnat⁹ sit.
xj De eo q̄ verbum dei sue carnis conceptione conceptus sit in vtero virginis.
xij De mediatore dei et hoim̄ homine Jesu christo.
xiij De eo q̄ in christo sit nature distantia non psone:⁊ in sancta trinitate personarū ⁊ nō nature.
xiiij De Maria virgine ⁊ incarnatione Christi.
xv Quid cuiq̄ nature in christo conueniat.
xvj Q̄ diuinitas hoiem quē assumpsit nusq̄ dimisit.
xvij De baptismo christi:⁊ q̄ omnia que gerebantur in christo/nostre salutis causa gesta sunt.
xviij Q̄ de⁹ pr̄ q̄dā opa facit p filiū sibi coeternū in forma dei:q̄dā p eūdē filiū in forma serui filiū hoīs.
xix De nouissimis seculi temporibus.
xx De resurrectione corporum in nouissimo die.
xxj De iustorum premio ⁊ pena peccatorum.
xxij De eterna beatitudine sanctorum.

¶ Proemium libri tertij.

Duas enim creaturas rationales condidit creator:vnā celestem/alteram terrestrem:⁊ vtrāq̄ liberi arbitrij potestate nobilitauit:vt volūtarie in dilectione dei ⁊ diuine potentie laude perpetualiter atq̄ beate permanerent. Sed quia prior.i.angelica non tamē tota propria delectando potētia ab amore summi boni recedens/in seipsam delapsa: sui homicida facta est: erūnosam atq̄ penalē impietatis sue eternitatē experta:proinde inuidia cōtra hoiem inardescens:ne celestē beatitudinis sedē possideret/incitauit

eū ad peccādū/efficiēs eū sue sociū miserie:q̄ñ q̄ddā solatiū sibi esset cum plurimis penas pati:vel etiā vt iniuria creatori ingereret̄/si creatura ad imaginē suā cōdita/ꝓdito dignitatis sue noie in eternū ignē sue subderet̄ impietati Qd̄ pius cōditor nō passus:miserat⁹ hoīs/reformare cū volēs ad p̄stine dignitat̄ nobilitatē:misit vnicū filiū suū hoiem suscipe:vt idē q̄ deus erat ex deo esset hō ex hoie:⁊ imortalis haberet aliq̄d vñ mori potuisset. Assumpsit itaq̄ dei fili⁹ ex mortalitate nr̄a vñ salua sua imortalitate mortalis esset:⁊ diabolū hois victorē magis vinceret iustitia q̄ potētia:vt oñderet vtrūq̄:⁊ ppetuā eq̄tatis sue iustitiā ⁊ eterne bonitat̄ sue miam. Justitiā in angelo homicida suijpsi⁹ atq̄ hois:in hoie ỽo ab eodē pdito miaȝ:quē gratuito magne pietat̄ sue munere redimere voluit:qd̄ in sequētib⁹ diuina nob̄ donāte gr̄a dicturi sumus.

¶ Finis proemij.

¶ Liber tertius de fide sancte et indiuidue trinitatis. De gratia dei: quia deus homo factus est. Ca. I.

In hoc etiā euidēter cōmēdat̄/q̄ spūsctūs sit donū dei/sicut supra ostēdim⁹:dū dr̄ in symbolo catholice fidei/q̄ christus de spūsctō ⁊ ex Maria virgine sit nat⁹:cū aliter de illo/aliter de illa nat⁹ sit:nō de illo sicut de pr̄e:de illa vero sicut de matre. Quid tn̄ hic scrispūs mētio facta est nisi q̄ magna dei gr̄a cōmēdat̄: Quid em̄ natura humana in hoie christo meruit:vt in vnitatē persone vnici filij dei singulariter esset assumpta: Que bona volūtas/cui⁹ boni ꝓpositi studiū:q̄ bona opera p̄cesserūt/q̄b⁹ mereretur iste hō vna fieri psona cū deo:imo ⁊ hō ipse de⁹: Nēpe ipse de⁹: ipse ex quo hō cepit:nō aliud cepit esse q̄ dei filius:et hoc vnic⁹ vnigenit⁹ ⁊ ꝓprius: ⁊ ꝓpter dei verbū qd̄ caro factū est vtiq̄ de⁹:vt queādmodū est vna psona quilibet hō/aia scȝ ronalis ⁊ caro:ita sit christus vna psona ⁊ ỽbū caro. Un̄ nature hūane tāta gr̄a nullis p̄cedētibus meritis sine dubitatiōe gratuito munere:nisi quia magna hic et sola dei gr̄a fideliter et sobrie cōsiderātib⁹ euidēter ostēdit̄:vt intelligāt hoies p eandē gratiā se iustificari posse a pctis/p quā factū est vt hō christus nullū posset hre pctm̄. Sic sanctā virginē matrē scȝ filij dei an- Luce.j. gelus salutauit:q̄ñ ei futurū nūtiauit partū. Aue (inq̄t) gratia plena:et paulopost. Inuenisti (ait) gratiaȝ apud deū. Et hec q̄dē gratia plena:⁊ inuenisse apud deū gram dicit̄:vt dn̄i sui/immo dn̄i oim salua ỽginitate mr̄ esset.

¶ Ad cōmendationē eiusdeȝ gratie/beatus euangelista christum ait plenum gratia et veritate. Cap̄. II.

Joan.j. De ipo aūt dn̄o Joānes euāgelista cum dixisset: Uerbū caro factū est:⁊ habitauit in nobis/adiūxit. Uidim⁹ (inq̄t) gloriā eius/gl̄iaȝ q̄si vnigeniti a pr̄e/plenū gr̄e ⁊ veritatis. Q̄ ait:ỽbū caro factū est/h̄ est plenū gr̄e. Q̄ ait:gl̄iam q̄si vnigeniti a pr̄e hoc plenū ỽitat̄. Ueritas q̄ppe ipa/vnigenit⁹ est dei fili⁹:nō gratia/sȝ natura. Gr̄a suscepit hoiēȝ tāta vnitate psone:vt idē ipse esset etiā fili⁹ hois/q̄ dei fili⁹ vnic⁹ vnigenitus:in ipso vno deo ⁊ hoie plena gratia humanitatis/plenaq̄ diuinitatis ỽitas agnoscit̄. Hec plenitudo diuinitatis in seipsa plenitudinē hȝ gratie/q̄ est tota humanitas in diuinitate sua:⁊ plenitudo gratie: plenitudinē in se hȝ ỽitatis/q̄ est tota diuinitas in hūanitate sua:ita vt plenitudo ỽitatis/plenitudinē in se habeat ỽitatis. Sic ergo christ⁹ plen⁹ gratie ⁊ ỽitat̄:vt sicut a diuinitate/plenitudo hūanitatis suscepta est:ita in hūanitate ei⁹ pleni- Col.ij. tudo sit diuinitatis aplō testāte qui ait. In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

¶ Quō non sit christus filius spūsancti:dū in symbolo dicitur:de spūsancto ex Maria virgine natus. Ca. III.

Illud ỽo mouere poterit quō dictū sit christuȝ de spūsctō natū ⁊ Maria ỽgine:cū fili⁹ nullo mō sit spūscti. An ideo dr̄ de spūsctō nat⁹:q: fecit eū de ỽgine nasci:q: hoc op⁹ mirabile totū dono dei factū est:⁊ donū dei dr̄ ꝓprie spūsctūs: Neq̄ em̄ q: mūdū istū fecit de⁹/dici cū fas est dei filiū:aut cū natū de deo:sȝ factū vel creatū vel cōditū vel institutū ab illo: vel si q̄d hmōi recte possum⁹ dicere. Nec igit̄ cōcedendū est:q̄cq̄d de aliq̄ re nascit̄/cōtinuo eiusdē filiū nūcupādū vt de multis exēplis hoc ꝓferā:certe q̄ nascunt̄ ex aq̄ et spūsctō/neq̄ filios eos recte q̄sq̄ dixerit aque vel spūscti sed plane dicūtur filij dei pr̄is ⁊ mr̄is ecclie. Sic ḡ de spūsctō nat⁹ fili⁹ dei pr̄is/⁊ nō spūscti. Sic em̄ fili⁹ spūscti diceret̄ s̄m humanitatē:duo patres essent in sctā trinitate: et deus hō factus duos habuisset patres:vnum diuinitatis alterum humanitatis. Sed quis hoc dicere audebit:

¶ Quomodo intelligenda sit missio filij a patre. Capitulum. IIII.

Uerēdū est quō intelligat̄ missio filij. Pater em̄ sol⁹ nusq̄ legit̄ missus:de filio quidem ita scribit apl̄s. Cū aūt venit plenitudo tpis/mi- Gal.iiij. sit de⁹ filiū suū factū ex muliere:factū sub lege vt eos q̄ sub lege erāt redimeret. Cū aūt ait:misit deus filiū suū factū ex muliere:satis oñdit eoipso missum filium quo factus est ex muliere. Q: ḡ de deo nat⁹ est dei filius: in hoc mūdo erat/sicut euāgelista ait. In mundo erat et Joan.j. mūdus p ipsum fact⁹ est. Q: aūt de virgine Maria nat⁹ est:in hūc mūdū missus aduenit. Nā ⁊ ipse dn̄s ait. Ego Joā.xvj. a pr̄e exiui ⁊ veni in hūc mūdū/hoc est mitti. Quid igit̄ Joan.j. est qd̄ de illo idē ipe euāgelista dicit: In mūdo erat ⁊ mūdus p ipsum fact⁹ est:⁊ mūdus eū non cognouit:deinde subiūgit. In ꝓpria venit. Illuc vtiq̄ missus est vbi erat: in mūdo erat et in mūdū missus est. Quā missionē opus esse sancte trinitatis nulli catholico dubitandū est.

¶ Quomodo missio sanctispiritus sit intelligenda. Capitulū. V.

Sicut em̄ a patre spūsctūs mittit̄: ita et a filio Jo.xiiij. vtrūq̄ em̄ in euāgelio legitur:ipo dn̄o dicēte. Joā.xv. Dū aūt venerit paraclet⁹ quē pr̄ mittet in noie meo:⁊ illō de ipo. Cū aūt venerit paraclet⁹ quē ego mittā in noie pr̄is mei. Sȝ ista missio p quasdam visibiles ad horā facta est creaturas: facta est em̄ quedā creature species ex tpe:in qua visibiliter oñderet̄ spūsanctus:siue cū sup ipm̄ dn̄m baptizatū corporali specie colūba descēdit:vel etiā corpali specie in linguis igneis visus est sup apl̄os descēdisse:hec opatio visibiliter expressa:et oculis oblata mortalib⁹ missio scrispūs dicta est:nō vt appareret ei⁹ ipsa substātia qua ⁊ ipe inuisibilis ⁊ incōmutabilis est/sicut pr̄ ⁊ filius:sed vt exteriorib⁹ visis hoim̄ corda cōmouerent̄ temporali manifestatione venientis ad occultam eternitatem semper presentis conuertere.

¶ Cur solus pater missus non legatur. Capitulum. VI.

Ideo pr̄ missus nō legit̄:q: incarnatus nō creditur. Congruenter dict⁹ est missus ille q̄ in carne apparuit:misisse aūt illū q̄ in carnē apparuit Forma igit̄ illa suscepti hois/filij persona est ⁊ non etiam patris. Quapropter inuisibilis/vna cum filio secum inuisibili:eundē filium visibilē faciendo misisse eū dictus est. Ita vero accepta est forma serui: vt maneret incōmutabilis forma dei. Q: vero in filio apparuit car-

nalibus oculis/ab inuisibili sancta trinitate factum est.

¶ Quare filius nūc equalis nunc minor patre dicatur. Capitulū.VII.

Phil. ij. Ex vna sn̄ia apl'i:due in filio dei nature intelligūtur:vna in q̄ est ꝑ oīa eq̄lis patri:altera in q̄ minor est pr̄e/vbi ait. Qui cum in forma dei esset nō rapinā arbitrat⁹ est esse se equalē deo: s₃ semetip̄m exinaniuit formā serui suscipiēs. Proinde q̄dam ita dicūtur in scripturis sc̄tis:vt minor fili⁹ itelligat̄:sicut ip̄e ait. Pr̄ maior me est. Quedā v̄o ita dicūt̄ vt eq̄lis pr̄i

Jo. xiiij. ostēdat̄:sicut ibi vbi idē ip̄e ait:Ego ⁊ pr̄ vnū sum⁹:vnum

Joan. x. ꝓpter substātie vnitatē sum⁹/ꝓpter ꝑsonarū ꝓprietatē. Qd̄ prudētissime prudēs lector cōsiderare d₃/q̄d ꝓ q̄ dicat̄ forma:cū ē̄n in forma serui:⁊ in forma dei idē ipse sit filius vn⁹ vnigenit⁹ dei pr̄is:in forma dei eq̄lis pr̄i:in forma serui minor pr̄e. Quapropter nō immerito scriptura vtrūq₃ dicit. Et eq̄lē pr̄i filiū:⁊ patrē maiorē filio. Illd̄ em̄ ꝓpter formā dei:Hoc aūt ꝓpter formā serui sine vlla ꝑsone discretiōe intelligit̄. In forma dei. In principio erat verbū:in forma serui:v̄bū caro factū est.i.de⁹ hō fact⁹ est. In illa ex eterno equalis pr̄i:in ista ex t̄pe minor. In forma q̄ equalis est patri fecit hoīem:in forma q̄ minor est patre fact⁹ est hō. Proinde in catholica fide sine vlla dubitatione confirmatū est/hoīem illū quē suscepit sapiētia dei ex virginali vtero nihil min⁹ habuisse q̄ ceteri hoīes/quantū ꝑtinet ad integritatē humane nature in qua hō creatus est:⁊ nihil oīno ex eo q̄ deceptor inuexit. Quātū aūt ad excellentiā ꝑsone:longe aliud est q̄ ceteri hoīes:quia idem homo vna persona cum dei verbo factus est.

¶ Quare sp̄ūssanctus nusq̄ pr̄e minor legatur. Capitulum.VIII.

Deo aūt scriptum est:q̄ de⁹ pr̄ maior sit sp̄ūsctō/vel sp̄ūsctūs minor deo pr̄e: q₃ nō est ita a sp̄ūsctō colūba in q̄ apparuit assūpta:vel ille ignis in q̄ descēdit sup aplos in vnā diuinitatis sue ꝑsonā:sicut assumpta est a filio dei ex Maria virgine hūanitatis in vnā deitatis ꝑsonā. Neq₃ em̄ colūbā btificauit sp̄ūsctūs/vel illū flatū/vel illū ignē:sibiq₃ ⁊ ꝑsone sue in vnitatē habitūq₃ cōiūxit in eternū:s₃ apparuerūt sicut oportune apparere debuerūt/creatura seruiēte creatori:⁊ ad nutū ei⁹ q̄ icōmutabilr̄ in seipo ꝑmanet/ad eū significandū vel demōstrādū:sicut significari ⁊ demōstrari mortalib⁹ oportebat mutata ⁊ cōuersa. Quāuis sp̄ūssanctus apparuisset in specie colūbe vel ignis:nō possumus tn̄ dicere sp̄m sc̄m deū aut colūbā/aut deū ⁊ ignē/sicut dicim⁹ filiū deū ⁊ hoīem. Propter has ergo corꝑales formas in quib⁹ apparuit sp̄ūsctūs/missus d̄r:nō ꝓpter has minor patre dici pōt/sicut fili⁹ ꝓpter formā serui: q₃ illa forma serui inhesit illi ad vnitatē ꝑsone ꝑpetualiter. Ille v̄o species corporales/colūba ⁊ ignis/ad demōstrādū qd̄ opus fuit ad t̄pus apparuerūt:et esse postea destiterunt.

¶ Qd̄ aliter intelligendū sit verbum caro factū: atq₃ aliter verbum dei in quolibet sanctorum. Capi.IX.

Multis modis dicit deiloqu⁹ Paul⁹ deū locutum esse patrib⁹ in ꝓphetis. Nouissime v̄o dieb⁹ istis locut⁹ est nobis in filio suo. Et vt certi⁹ intelligat̄ de q̄ filio dixisset:mox subdidit dicēs. Quē

Heb. j. cōstituit heredē vniuersorū:ꝑ quē fecit ⁊ secula. Per illum v̄o ꝑ quē oīa creauit.i.christū dei filiū locut⁹ est nouissimis seculi t̄pib⁹ sc̄tis suis:q̄uis deū locutū esse in ꝓphetis

Osee. j. legam⁹:sicut d̄r. Principiū loquēdi dn̄i in Osee:vel etiam

Esaie. j. v̄bū dn̄i factū ad Esaiā ꝓphetā. Nō igit̄ christ⁹ ita v̄bum dei habuit in se sicut alij sc̄ti/sed ip̄e est v̄bū dei. Aliud est em̄ v̄bū in carne/aliud est v̄bū caro factū:aliud est deus in hoīe/aliud est de⁹ hō:iō dei fili⁹ nō solū s̄m verā diuinitatē quā h₃ de natura dei pr̄is/s₃ etiā carnē quā verā naturalr̄ de corpore beate genitricis/de⁹ ver⁹ ⁊ credit̄ ⁊ p̄dicat̄ ab oībus catholicis:q̄m eterna diuinitas filij cū plena hūanitate sua ⁊ eadē plena humanitas filij cū eterna diuinitate sua/vna est i sc̄tā trinitate ꝑsona:⁊ hec nō adoptiua/s₃ ꝓpria ⁊ ꝑfecta:⁊ ip̄e tot⁹ in diuinitate/ac hūanitate sua vnigenit⁹ ⁊ ver⁹ fili⁹ dei. Ideo cum pr̄e ⁊ sp̄ūsctō vn⁹ est de⁹:nō nūcupat⁹ sicut hispanica heresis impia temeritate affirmare p̄sūpsit:asserēs dei filiū in diuina natura deū eē verū ⁊ in hūana nūcupatiuū. Silr̄ ⁊ in diuina natura ꝓpriū filiū dei ⁊ hūana adoptiuū:diuidēs vnā ꝑsonā filij dei cū Nestorio i duas ꝑsonas.i.veri filij ⁊ adoptiui:cū certissimū cōstet in illā ꝑsonā quā habuit eternaliter de pr̄e genit⁹ dei filiū hūanā assumpsisse naturā:quā nemo catholic⁹ fide cōfirmat⁹ adoptiuā esse ausus est dicere. Deus dei fili⁹ hūanā assumpsit naturā nō personā. Eternā suscipiēs personā diuinitat' t̄palē humanitatis substātiā homo trāsiuit in deū:non versibilitate nature/sed propter diuine vnitatē persone:ideo nō sunt duo christi/nec duo filij/sed vnus christus et vnus filius dei hō.

¶ Qd̄ nec pater nec sp̄ūssanctus: sed solus filius incarnatus sit. Cap̄.X.

Quāq₃ vna sit sc̄tē trinitatis natura: non tn̄ tota trinitas incarnata est/s₃ sola filij ꝑsona humanā suscepit misericorditer naturā: nec tn̄ dei filius ita incarnat⁹ est:vt ⁊ vna sit in eo natura diuinitat' ⁊ carnis. Neq₃ em̄ in christo hoc deitas potuit esse qd̄ caro/aut caro qd̄ deitas:q₃ vtraq₃ natura.i.diuinitatis ⁊ hūanitatis in sua permāsit ꝓprietate. Propterea vtriq₃ hūanā naturā.i.carnē rōnabilēq₃ aiam:nō a tota trinitate/s₃ a solo filio cōfitemur susceptā. In vnitate q̄ppe ꝑsone/nō in vnitate nature/vtriq₃ ꝑsona filij nō est eadem que patris aut sp̄ūssci. Unitas q̄ ꝑsone manēte dūtaxat vtriusq₃ ꝓprietate substātie:sicut i christo ꝑsonā nō fecit duplicē:sic hūane nature susceptionē non fecit sc̄tē trinitati cōem. Ad ꝑsonā q̄ppe dei v̄bi tm̄mō acceptio illa seruilis forme ꝑtinet. S₃ nihil diuine plenitudinis abstulit:nihil dn̄atiōis ademit in christo hūanitat' susceptio. Hinc est q̄ in vno/eodēq₃ christo:⁊ hūane nature v̄itas claruit:⁊ diuine nature incōmutabilitas permāsit eterna. Hoc tn̄ sciēdū est q̄ hāc seruilē formā quā sol⁹ dei fili⁹ accepit/tota trinitas fecit:quā tn̄ certū est a tota sc̄tā trinitate factā ad solā filij dei ꝑtinere ꝑsonā. Nō em̄ pr̄ carnem assumpsit neq₃ sp̄ūsctūs:s₃ fili⁹ tātū:vt q̄ erat in diuinitate dei pr̄is fili⁹ ip̄e fieret in hoīe mr̄is v̄ginis fili⁹:ne filij nomē in alterā trāsiret ꝑsonā:q̄ nō esset natiuitate fili⁹. Dei q̄ filius/hois fact⁹ est fili⁹:nat⁹ s̄m v̄itatē nature/ex deo dei fili⁹: et s̄m v̄itatē nature ex hoīe hois fili⁹:⁊ in vtraq₃ natura nō adoptiōe tātū vel appellatiōe/sed v̄itate dei filius.

¶ De eo q̄ verbum dei sue carnis conceptione conceptum sit in vtero virginis. Capitulum.XI.

Solus itaq₃ sicut dixim⁹ filius dei accepit carnē vt posset corporeis oculis videri ⁊ corporeis manib⁹ cōtrectari. Sol⁹ humanā naturā sic accepit:vt suā faceret:⁊ ꝑ illā diuinitat' q̄ sue notitiā misericorditer hoīb⁹ insinuaret:nec tn̄ vllaten⁹ credi d₃ carnē christi sine diuinitate cōceptā in vtero v̄ginis priusq̄ susciperet̄ a v̄bo:s₃ ip̄m v̄bū dn̄i sue carnis acceptiōe cōceptū:ip̄eq₃ carnē v̄bi dei incarnatiōe cōceptā eandem carnē hūane nature verā h̄re dei filiū/qua de v̄gine verbū deus nat⁹ est. Nō q̄ ad beatā virginē locali motu v̄bi diuinitas venit:s₃ ineffabili potētie sue manifestatione:⁊ vterū matris gignēd⁹ impleuit:nec dimisit patrē cū venit ad virginē:vbiq₃ totus/vbiq₃ ꝑfect⁹. Nec plenitudo diuinitatis separari pōt:sed totus fili⁹ in patre: totus filius in vtero virginis tot⁹ fili⁹ ex vtero eiusdem btē virginis

carnē assumēs. In q̄ crucifix⁹ ⁊ sepult⁹ est:in qua resurrexit/⁊ in celū ascēdit:⁊ in dextera dei sedet:in q̄ etiā ventur⁹ est iudicare viuos et mortuos:⁊ in qua videbunt eū omnes tribus terre:non in ea humilitate qua iudicatus est sed in ea claritate qua iudicaturus est vniuersū mūdū.

¶ De mediatore dei et hominum homine Jesu christo. Ca.XII.

Nullus plane verā pacē cū deo h̄re poterit: nisi ꝑ mediatorē dn̄m christū:q̄ est in duab⁹ naturis ver⁹ de⁹ verusq₃ hō:vn⁹ christ⁹:idē sacerdos et sacrificiū/veniens ad nos offerre ꝓ nobis qd̄ sumpsit ex nobis:vt auferret a nobis qd̄ iuenit in nobis/id est p̄ctā. Sicut em̄ diabol⁹ mediator est ad mortē:q̄ superbus supbiētē hoīem ꝑduxit ad mortē:ita christ⁹ mediator ad vitā humilis/hoīem inobediētē reduxit:q₃ sicut ille elatus cecidit ⁊ deiecit cōsentiētē:sic iste hūiliatus surrexit ⁊ erexit credētē. Idcirco aūt mediator:q₃ idē de⁹ atq₃ homo ver⁹/habēs cū pr̄e eandē diuinitatis naturā:⁊ humanitatis eādē cū matre substātiā. Habēs ex nobis vsq₃ ad mortē iniq̄tatis nr̄e penā:habēs incōmutabilē de deo patre iusticiā:propter nostrā iniq̄tatē t̄poraliter mortu⁹

ij. Cor. xiij. propter suā iustitiam: ⁊ ipse semper vnus qui crucifixus est ex infirmitate nostra:sed viuit ex virtute sua.

¶ De eo q̄ in christo sit naturarum distātia nō ꝑsone:et in sancta trinitate personarū nō nature. Ca.XIII.

Sic₃ dei filius deus eternus ex patre deum deseruit patrē:q̄uis hō factus esset ex matre. Sz idē q̄ gerebat q̄ hois sunt in terris/idē ip̄e gerebat in celis q̄ dei sunt:sicut ipse ait in euāge-

Joā. iij. lio. Nemo ascēdit in celū:nisi q̄ descēdit de celo fili⁹ hois qui est in celo. Hec loq̄bat̄ in terra fili⁹ hois:sed idē ipse fili⁹ hois erat in celo. Quāuis in vnius corpusculi videret̄ latuisse angustia:tn̄ oīm creaturarū regebat latitudinē. Nec ali⁹ est ꝑ quē oīa creata sunt/alius q̄ creatus est hō:idem ipse creator ⁊ creatura. Creator in diuinitate:⁊ creatura in hūanitate:nō alius/sed aliud:q₃ nō vna natura in eo/sed vna est oīmodis ꝑsona. Nā ita est in sc̄tā trinitate dicēdū vel intelligēdū. Nō em̄ fas est dicere de pr̄e et filio ⁊ sp̄ūsctō/aliud:q₃ vna horū est natura/sed ali⁹:q₃ ꝑsonarū distātia est in eis. In christo itaq₃ nō est ꝑsonarū distātia/sed natura:ideo ali⁹ dici nō debet/s₃ aliud de eo. Quocirca oīmodis vn⁹ est/atq₃ idē mortalis ⁊ immorta-

j. Cor. ij. lis/passibilis ⁊ impassibilis. Ideo dn̄m glie dixit apl's crucifixū:q̄uis sola humanitas passionib⁹ subiaceret. Crucifixus ergo dei filius/sed s̄m carnē:sicut in alio loco idē

j. Cor. j. apl's ait. Nos aūt p̄dicam⁹ christū crucifixū:iudeis q̄dem scandalū/gētib⁹ aūt stultitiā:ipsis autem vocatis iudeis et grecis christum dei virtutem ⁊ dei sapientiam.

¶ De matre virgine et incarnatione verbi dei. Capitulum.XIIII.

Joan. j. Beatus euāgelista vt proprietatē vnius ꝑsone in christo ostēderet ait. Uerbū caro factū est. Uerbū qd̄ erat apud deū anteq̄ mūdus esset per qd̄ mūdus fact⁹ est. Uerbū qd̄ nō amisit eternitatē suā:q̄uis in t̄pe ex virginali vtero carnē assumēdo hō fieri voluisset. Qd̄ verbū per omnipotētiā suā voluit hūc hoīem quē assumpsit/hoc fieri ex t̄pe qd̄ ip̄e semper fuit sine t̄pe.i.ꝓprius fili⁹ dei:vt non possint dici duo filij dei:alius ante t̄pa genitus/⁊ alius nat⁹ ex t̄pe: s₃ vn⁹ deus filius ꝓprius ⁊ ꝑfectus deus dn̄s noster Jesus christus:quē beata Maria virgo/salua sui itegritate corporis deū edidit et hoīem. Que fuit lana mūdissima: ⁊ virginitate clarissima:⁊ incōparabilis vniuersis q̄ erāt sub celo virginib⁹/eratq₃ talis ac tāta:vt sola digna fuisset/q̄ nullus alius induceret/nisi augusta preditus dignitate: ita sp̄ūssctūs superueniēs in beatā virginē: ⁊ virtus altissimi obūbrauit eā vt lana fieret diuinitate purpurata/soli sūmō eterno imperatori idui dignissima:⁊ sic facta est beatissima v̄go Maria theotocos sicut et christotocos. Nā et ante eā fuerūt ⁊ alie in pp'lo dei christotoce.i.christorū genitrices/nō tn̄ virgines:nec sp̄ūsctō obūbrate/vt deum digne gn̄are inuenirent̄. Hec autē ⁊ christotocos: ⁊ sola theotocos/⁊ sola v̄go ex sp̄ūsctō ⁊ virtute altissimi concipiēs/ac sic g̃tificata vt deū dei filiū coeternū ⁊ cōsubstantialē pr̄i gn̄aret v̄go:v̄go ante partū/virgo in partu/virgo post partū. Dignū em̄ erat vt deo nascēte meritū crescerēt castitat':ne ꝑ ei⁹ aduētū violarent̄ integra:q̄ venerat sanare corrupta. Nec regnator celi v̄ginalis vteri dedignat⁹ est angustias itrare:q̄ oīm creaturarū implet la- Luce. ij.
titudinē:cui āgelorū militia nato decātare venerat. Gl'ia in excelsis deo:⁊ in terra pax hominibus bone volūtatis.

¶ Quid cuiq₃ nature in christo conueniat. Capitulum.XV.

Firmissime credere debem⁹ sub vni⁹ ꝑsone proprietate duarū esse in christo naturarū isignia: nō vt diuisionē faciam⁹ vni⁹ christi/s₃ vt in vno dei filio ⁊ vno christo duas distinguam⁹ substātias:vnā q̄ initiū habuit ex virginali vtero/alterā q̄ sine initio coeterna est deo pr̄i:vna q̄ etate ꝑficiebat et sapiā/altera q̄ eterna est dei virt⁹ ⁊ dei sapiā vt de plurimis pauca dicam⁹/vna q̄ dormiebat in naui ⁊ excitata est a discipulis:altera q̄ imperabat vētis ⁊ fluctib⁹:vna que plorat amicū ⁊ mortuū:altera q̄ voce sola vocat eū de sepulcro ⁊ resuscitat ad vitā:vna q̄ tristat̄ vsq₃ ad mortē:alia q̄ liberat sc̄tōs a tristitia ⁊ dat eis gaudiū vite ꝑpetue:vna que videntibus apl'is ascēdit in celos ⁊ sedet ad dexterā pr̄is: altera q̄ de sinu pr̄is nūq̄ abscessit/sed semꝑ cū pr̄e/⁊ in pr̄e fuit ⁊ esse nō desinit. Salua igitur ꝓprietate vtriusq₃ nature:⁊ in vnā coeūte ꝑsonā/suscepta est a maiestate humilitas:a virtute infirmitas/ab eternitate mortalitas:et ad ꝑficiendū opus salutis hūane/natura incōmutabilis nature est vnita passibili:vt mediator dei ⁊ hoīm hō christus Jesus/⁊ mori posset ex vno/⁊ mori nō posset ex altero. Propter vni⁹ ꝑsone idētitatē:cōis deo ⁊ hoīm d̄r/vel gl'ia vel cōtumelia. Proinde sic in vno christo cōia nature vtriusq₃ inueniunt̄ officia/vt cū non diuidat̄ in virtutib⁹/atq₃ in infirmitatib⁹:christ⁹ tn̄ in opere aliq̄d vtriusq₃ nature nō sit cōe. Quicq̄d tn̄ gestū est in christo:vn⁹ hoc gerebat christ⁹/nō duo christi:in operib⁹ ꝓprietas discernitur naturarū/in potestate vnitas persone intelligitur.

¶ Qd̄ diuinitas hoīem quem assumpsit nūq̄ dimisit. Capitulum.XVI.

In nulla fiq̄dē ꝓprietate operū q̄ naturas distinguūt in christo/diuinitas deseruit hūanitatem nec etiā in ip̄a passiōe. Qd̄ vt facilius intelligi possit exēplis fides roborāda est:v̄bi grā: dicamus/securis ictu arborē quē v̄beraueris:⁊ splēdorē in ea simul ꝑcusseris solis:arbori q̄dē vuln⁹ infligis:solē v̄o cuius ⁊ splēdorē simul ꝑcutis/⁊ calorē ipassibiliter derelinquis. Ex si arborē ictu securis ꝑcussam sol nō deserit:quāto magis sc̄m suū dei fili⁹ qd̄ est v̄bū in passione non deseruit. Quāuis ip̄a diuinitas ipassibilis semꝑ in sua ꝑmaneat natura:sicut Moyse duce pp'li dei vidente rub⁹ flā- Exo. iij.
mā habuit:sic vere passa est hūanitas christi. Et sicut vere nō incēsus est:sic vere nō passa est diuinitas. Nō tn̄ alicubi diuinitas hūanitatē ex q̄ in vnitatē sue ꝑsone assumpta est deseruit:verū etiā de eodē mr̄is vtero idē deus hō fact⁹ exiuit:⁊ in cruce idē de⁹ hō fact⁹ pepēdit:⁊ in sepulcro idē de⁹ hō fact⁹ iacuit:s₃ in sepulcro s̄m solā carnē idē de⁹ hō iacuit:⁊ in infernū s̄m solā aiam descēdit. Quicq̄d em̄ in christo factū esse legit̄:ab vno christo ⁊ ab vno dei filio gestū esse null⁹ catholic⁹ dubitare d₃. Hec v̄o omnia ꝑsonalr̄ tot⁹ christ⁹ dignat⁹ est agere. Ipse q̄ppe suā pas

uiti quāta ad suppliciū cumulant. Ad penam nāq; suā ei et cognitio seruat et memoria: cognoscit em̄ Lazarū quē despexit: fratrū quoq; suorū meminit q̄s reliq̄t. Perfecta quippe ei vltio de paupere nō esset/ si hunc in retributionem nō recognosceret: et perfecta pena in igne non esset si nō hoc qđ ipse patit etiam suis timeret. Ut ḡ pctōres in supplicio amplius puniant: et eoꝝ vidēt gloriā quos cōtēpserunt: et de illoꝝ etiā pena torquentur quos inutiliter amauerūt. Credēdū vō est/ ꝙ ante retributionē extremi iudicij iniusti in requie quosdā iustos aspiciūt/ vt eos videntes in gaudio: non solū de suo supplicio/ sed etiā de illoꝝ bono crucient. Iusti vō in tormētis semp intuent iniustos: vt hinc eoꝝ gaudiū crescat: q; malum conspiciūt qđ misericorditer euaserūt: tātoq; maiores creatori suo gratias referūt/ quāto vidēt in alijs qđ perpeti si essent derelicti potuerūt. Nec illā tante beatitudinis claritatē apud iustoꝝ animū fuscat aspecta pena reproboꝝ: q; vbi iā cōpassio miserie non erit: minuere pculdubio beatorū letitiam nō valebit. Quid aūt mirū si dū iusti iniustorum tormenta conspiciūt: hoc illis eueniat in obsequiū gaudioꝝ qđ et in pictura niger color substernit/ vt albꝰ vel rubeus clarior videat. Sicut dictum est: tanto bonis gaudia sua excrescūt/ quanto eoꝝ oculis dānatoꝝ mala subteriacent que euaserūt. Et q̄uis eis sua gaudia ad pfruenduꝫ plene sufficiant: mala tm̄ reproborū absq; dubio semper aspiciunt: q; qui creatoris sui claritatē vident: nihil in creatura agitur qđ videre nō possint. Petenti autē diuiti vt Lazarus mittat/ ab Abraā protinus respondet. ¶ Habent Moysen et pphetas/ audiāt illos. Sed qui dei verba despexerat: hec audire nō posse suos sequaces extimabat. Unde et rn̄dit/ dicens. ¶ Nō pater mi: sed si q̄s ad eos ex mortuis ierit credent. Cui mox veraci sentētia đ: ¶ Si Moysen et pphetas nō audiunt: neq; si quis ex mortuis resurrexerit credēt ei: q; nimirū qui verba legis despiciūt redemptoris precepta qui ex mortuis resurrexit/ quanto subtiliora sunt/ tanto hec difficilius implebunt. Minus est enim quicquid per legē dicitur/ ꝙ hoc quod per dn̄m iubet. Illa enim dari decimas precipit: redēptor vero nr̄ ab his qui perfectionem sequuntur oia dimitti iubet. Illa peccata carnis resecat: redemptor vero noster cogitationes etiam illicitas dānat. Si ergo Moysen et prophetas non audiūt: neq; si q̄s ex mortuis resurrexerit credēt ei: q; hi qui viliora precepta implere negligūt: saluatoris nostri mandatis altioribus obedire qn̄ cōualescunt? Et nimirū constat: q; cuius implere dicta renuūt/ ei pculdubio credere recusant. Hec nos de ipsa rei geste consideratione dixisse sufficiat. Sed vos fratres charissimi et requiem Lazari et penam diuitis cognoscentes solerter agite: culparum vestraꝝ intercessores querite/ atq; aduocatos vobis in die iudicij pauperes pcurate. Multos em̄ nunc Lazaros habetis: ante ianuas vr̄as iacent: atq; his indigent que vobis iā satiatis quotidie de mēsa cadunt. Uerba sacre lectiōis debēt nos instruere ad implēda mādata pietatis. Quotidie Lazarū si q̄rimꝰ inuenimꝰ: quotidie Lazarū si nō q̄rimꝰ/ cernimꝰ. Ecce importune se paupes offerūt: rogāt nos q̄ tūc nobis intercessores veniēt. Certe nos oīno rogare debuimꝰ: tm̄ et rogamur. Uidere si negare debemꝰ qđ petimur: qn̄ patroni sunt q̄ petūt. Nolite ḡ mie tēpora perdere: nolite accepta remedia dissimulare. Ante suppliciū rogate de supplicio. Cū quoslibet in hoc mūdo abiectos aspicitis/ etiā si q̄ reprehensibilia eoꝝ esse videant/ nolite despicere: q; fortasse q̄s morū infirmitas vulnerat/ medicina paupertatis curat. Quoꝝ si q̄ sunt talia q̄ debeant iure reprehendi: hec si vultis/ ad vsum vestre mercedis inflectitis: vt ex ipsis eoꝝ vitijs cumulent vobis incrementa pietatis: q̄tenus panē pariter detis et verbū panē refectionis cū vbo correptionis: et duo a vobis alimenta percipiat/ qui vnū querebat: dū exterius cibo: et interiꝰ satiat eloquio. Pauper ḡ cū reprehensibilis cernitur/ moneri debet et despici nō dꝫ. Si vō reprehensionis nil hꝫ/

[Margin: Mutua visio pro borum et reprobo rum. — Tex. — Tex. — Tex. — Morales doctrine inseritur.]

venerari summopere sicut intercessores dꝫ. Sꝫ ecce multos cernimꝰ: q̄s cuiꝰ sit meriti/ nescimꝰ. Oēs ḡ venerādi sunt: tantoq; necesse est vt oibus te humiliare debeas/ quanto quis sit ipse ignoras. Rem fratres refero quam bene is qui presto est frater et cōpresbyter meus speciosus nouit. Eodē tpe quo monasteriū petij: anꝰ q̄daꝫ Redēpta noie in sanctimoniali habitu cōstituta in vrbe hac iuxta Marie sp virginis ecclam manebat. Hec illiꝰ Herūdinis discipula fuerat: q̄ magnis virtutibꝰ pollens sup prenestinos montes vitā eremiticā duxisse ferebat. Huic due in eodē habitu discipule adherebāt: vna noie Romula et altera q̄ nūc adhuc superest: quā q̄dē facie scio/ sed nomine nescio. Tres itaq; he in vno habitaculo cōmorātes: morū q̄dem diuitijs plenā: sed tm̄ rebꝰ pauperē vitā ducebāt. Hec aūt quā p̄fatꝰ sum Romula/ aliā quā p̄dixi cōdiscipulā suaꝫ magnis vite meritis anteibat. Erat q̄ppe mire patientie summe obediētie/ custos oris sui ad silentiū studiosa valde ad cōtinue orōnis vsum. Sed plerūq; hi q̄s iā pfectos hoies estimant/ adhuc in oculis summi opificis aliquid impfectionis habent: sicut sepe imperiti hoies necdū pfecte sculpta sigilla cōspicimus: et iam quasi perfecta laudamus: q̄ adhuc artifex cōsiderat et limat: laudare iā audit/ et tm̄ ea tūdere meliorādo nō desinit. Hec quā p̄diximus Romula ea quā greco vocabulo paralysim medici vocāt molestia corporali percussa est: multisq; annis in lectulo decubans/ pene oīm iacebat mēbrorum officio destituta: nec tm̄ hec eadē eius mentē ad impatientiā flagella pduxerant. Nā ipsa ei detrimēta mēbrorū facta fuerant incrementa virtutū: q; tanto solicitius ad vsum orōnis excreuerat/ quāto et aliud q̄dlibet agere nequaq̄ valebat. Nocte igit q̄dā eandē Redēptā quā p̄fatꝰ suꝫ (q̄ vtrasq; discipulas suas filiaꝝ loco nutrierat) vocauit dicēs. Mr̄ veni mr̄ veni. Que mox cum alia eiꝰ cōdiscipula surrexit: sicut vtrisq; referētibꝰ et multis res eadē claruit: et ego q̄ in eodem tpe audiui. Cūq; noctis medio lectulo iacētis assisterent/ subito celitꝰ lux emissa oē illius cellule spatiū impleuit: et splēdor tāte claritatis emicuit: vt corda assistentium inestimabili pauore pstringeret: atq; (vt post ipse referebant) oē in eiꝰ corpus obrigesceret: et in stupore subito remanerēt. Cepit nāq; q̄si cuiusdā magne multitudinis ingrediētis sonitꝰ audiri: ostiū cellule cōcuti/ ac si ingrediētium turba premeret: atq; (vt dicebāt) intrantium multitudinē sentiebāt/ sꝫ nimietate timoris et luminis nil videre poterāt: q; eaꝝ oculos et pauor depsserat/ et ipa tāti luminis claritas reuerberabat. Quā lucē ptinꝰ miri odoris est fragrātia subsecuta: ita vt earuꝫ aīm/ q; lux emissa terruerat/ odoris suauitas refoueret. Sed cū vim claritatis illiꝰ ferre nō possēt/ cepit eadē Romula assistētē et tremētē redēptā suoꝝ morū magistrā blāda voce cōsolari/ di. Nolite timere mat nō morior mō. Cūq; h̄ crebro diceret: paulati lux q̄ fuerat emissa subtracta est: sꝫ is q̄ subsecutꝰ est odor remāsit: sicq; dies scđs et tertiꝰ trāsijt vt aspersa fragrātia odoris remaneret. Nocte igit q̄rta eādē magistrā suā vocauit: q̄ veniente viaticū petijt et accepit. Necdū vō eadē Redēpta vel alia eiꝰ discipula a lectulo iacētis discesserat: et ecce subito i platea aū cellule eiusdē ostiū duo chori psallentiū cōstiterūt: et sicut se dicebāt sexꝰ ex vocibꝰ discreuisse psalmodie cātus dicebāt viri/ et femine rn̄debāt. Cūq; aū fores cellule exhiberent celestes exequie: scā illa aīa carne soluta est. Qua ad celū ducta/ quāto chori psallētium altiꝰ ascēdebāt/ tāto cepit psalmodia leuius audiri: q̄usq; et eiusdē psalmodie sonitus et odoris suauitas elongata finiret. Hec igit q̄diu vixerat in corpe q̄s illā haberet in honore? Indigna cunctis hoibus et despecta videbatur. Quis em̄ ad illā accedere/ q̄s illā videre dignaret? Sed latebat in sterquilinio margarita dei. Sterq̄liniū fratres hāc ipsam corruptibilitatē corpis appello: sterquilinium abiectionē paupertatis noio. Assumpta est ḡ margarita q̄ iacebat in sterquilinio: et posita est in celestis regni ornamēto. Iam inter supnos ciues emicat: iam inter ignitos illos

[Margin: Exemplū Redemp te. — Chori angeloꝝ psallētes]

illos lapides eterni diadematis corruscat. O vos qui in hoc mūdo vos diuites esse credetis aut estis: pferte si potestis falsas vr̄as diuitias veris diuitijs Romule. Uos in huius mundi via oia amissuri possidetis: illa nil q̄siuit in itinere: et oia inuenit in puentione. Uos letā vitā ducitis/ tristē mortē timetis: illa tristē vitā ptulit/ ad letā mortē puenit. Uos ad tpe q̄ritis obseq̄a hoīm: illa despecta ab hoibꝰ inuenit socios choros angeloꝝ. Discite ḡ fres tpalia cūcta despicere: discite honorē tpalē cōtēnere/ eternā gl'iam amare. Honorate q̄s pauperes cernitis: et quos foris cōspicitis despectos seculi/ intus arbitramini amicos dei. Cū his participamini qđ habetis: vt q̄n̄q; dignētur vobiscū participare qđ habēt. Pensate qđ ore magri gētiū đ. In hoc tpe vr̄a abūdātia illoꝝ inopiā suppleat: vt et illoꝝ abūdātia vestre inopie sit supplemētū. Pēsate ꝙ ipsa p seueritas dicit. Mi diu fecistis vni de his fratribꝰ meis minimis/ mihi fecistis. Ad tribuēdū ergo pigri cur estis qn̄ hoc qđ iacēti in terra porrigitis sedēti in celo datis. Sed hec oipotens deus q̄ p me in vr̄is auribꝰ loquit per se in vestris mētibus loquat qui viuit et regnat etc.

[Margin: Tpalia oia cōtē nenda. — ij. Cor. viij.]

¶ Dominica.II. Luce.XIIII.

¶ In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis similitudinem hanc. Homo quidam fecit cenā magnam et vocauit multos. Et misit seruū suū hora cene dicere inuitatis vt venirent: quia iam parata sunt oia. Et reliqua. Hom̄. bti Gregorij.

Hoc distare frēs charissimi inter delicias corporis et cordis solet: ꝙ corporales delicie cū nō habent/ graue in se desideriū accendūt: cū vō habite edunt/ comedētem ptinꝰ in fastidiū p satietatē vtūt. At ꝯtra spūales delicie cū nō habent in fastidio sunt: cū vō habent in desiderio: tātoq; a comedēte amplius esuriūtur/ quāto ab esuriēte amplius comedūtur. In illis appetitꝰ placet/ experiētia displicet: in istis appetitus vilis est/ experiētia magis placet. In illis appetitus saturitatē/ saturitas fastidiū generat: in istis appetitꝰ saturitatē/ saturitas appetitū parit. Augēt enim spūales delicie desideriū in mēte dū satiant: q; quāto magis earū sapor pcipit/ eo ampliꝰ cognoscit qđ auidius amet. Et idcirco nō habite amari nō pn̄t: q; earū sapor ignorat. Quis em̄ amare valeat qđ ignorat. Proinde Psalmista nos admonet dicēs. Gustate et videte qm̄ suauis est dn̄s. Acsi apte dicat. Suauitatē eius nō cognoscitis/ si hāc minime gustastis: sꝫ cibū vite ex palato cordis tāgite: vt pbantes eius dulcedinē amare valeatis. Has aūt hō delicias tūc amisit cū in paradiso peccauit: extra exijt cum hos a cibo eterne dulcedinis clausit. Unde nos quoq; nati in huius peregrinationis erūna: huc fastidiosi iā venimꝰ/ nescimꝰ q̄d desiderare debeamꝰ tātoq; se ampliꝰ fastidij nr̄i morbus exaggerat: quāto se magis ab esu illius dulcedinis animꝰ elōgat: et eo iā terrenas delicias nō appetit/ quo eas comedere diu lōgeq; dissueuit. Fastidio ergo nr̄o tabescimꝰ: et lōga inedie peste fatigamur. Et q; gustare intus nolumꝰ paratā dulcedinē: amamus foris miseri famā nostrā. Sed supna nos pietas nec se deserentes deserit. Cōtēptas enim illas delicias ad memorie nostre oculos reuocat/ easq; nobis pponit: in pmissione torporē excutit: atq; vt fastidiū nostruꝫ repellere debeamꝰ inuitat. Ait nāq;. ¶ Hō q̄dā fecit cenā magnā et vocauit multos. Quis iste hō est: nisi ille de quo p pphetā đ. Et hō est et q̄s cognoscit eū. Qui fecit cenā magnā: q; satietatē nobis dulcedinis interne pparauit. Qui vocauit multos/ sed pauci veniūt: q; nōnūq̄ ipsi q̄ ei p fidē subiecti sunt/ eterno eiꝰ cōuiuio male viuēdo cōtradicūt. ¶ Misit aūt seruū suum hora cene dicere inuitatis vt venirēt. Quid hora cene/ nisi finis est mūdi. In q̄ nimirū nos sumꝰ/ sicut iādudū Paulꝰ testat dicēs.

[Margin: Tex. — Tex. — j. Cor. x.]

In q̄s fines seculoꝝ deuenerūt. Si ḡ hora cene iā est cuꝫ vocamur: tāto minꝰ nos debemꝰ excusare a cōuiuio dei/ quāto appropinquasse iā cernimꝰ finē seculi. Quo enim pēsamꝰ/ q; nihil est qđ restat: eo debemꝰ ptimescere ne tēpus g'te qđ p̄sto est/ pereat. Idcirco aūt hoc cōuiuiū dei non prādiū/ sed cena noiatur: q; post prādiū cena restat: post cenā vō ꝯuiuiū nullū restat. Et q; eternū dei ꝯuiuiū nobis in extremo pparabit: rectū fuit vt hoc nō prādium sed cena vocaret. Sꝫ q̄s p hūc seruū q̄ a patrefamilias ad inuitādū mittit/ nisi pdicatorꝝ ordo signat? De q̄ vcꝫ ordine q̄uis adhuc indigni existimꝰ: q̄uis pctōꝝ nostroꝝ pōderibꝰ grauamur: et nos tm̄ in istis diebꝰ sumꝰ: et cum ad edificationē vestrā vobis aliq̄d loquor/ hoc est quod ago. Seruꝰ em̄ sum summi patrisfamilias: cū vos admoneo ad cōtēptū seculi/ inuitare vos venio ad cenā dei. Nemo me ppter me hoc in loco despiciat. Et si ad inuitandum nequaq̄ dignꝰ appareo: sꝫ tm̄ magne sunt delicie q̄s promitto. Sepe solet fres mei euenire qđ dico/ vt psona pōtens famulū habeat despectū: cūq; p eū suis foris vel extraneis aliqđ respōsum mādat: nō despicit psona loquentis serui: q; seruat in corde reuerētia mittētis dn̄i: nec pēsant q̄ audiūt p quē/ sed q̄d vel a quo audiāt. Ita ḡ fres ita vos agite: et si nos forsitā digne despicitis: in mēte tm̄ vr̄a vocātis dn̄i reuerentiā seruate. Cōuiue fieri summi patrisfamilias libēter obedite: corda vr̄a discutite: atq; ex eis mortale fastidiū pellite. Ad repellēdū nāq; fastidiuꝫ vestrū iam parata sunt oia. Sed si adhuc carnales estis fortasse epulas carnales inq̄ritis. Ecce ipe carnales epule/ in spūale vobis alimētū couerse sunt. Ad abstergendū nāq; mētis vestre fastidiū: in cena dei ille vobis singularis agnus occisus est. Sed q̄d agimus q̄ hoc qđ subiūgitur adhuc fieri a multis videmus. ¶ Et ceperūt omnes simul excusare. Offert deꝰ qđ rogari debuit: nō rogatus dare vult qđ vix sperari poterat: q; dignaret largiri postulatꝰ. Cōtēptoribꝰ vō paratas delicias refectionis eterne denūtiat: et tm̄ simul oēs excusant. Ponamꝰ ante oculos mētis minima/ vt possimꝰ dignis pēsare maiora. Si quisq̄ potēs ad inuitandū quēpiā pauperē mitteret: q̄d fres/ rogo/ q̄d paup ille faceret/ nisi de eadē sua inuitatione gauderet: respōsum humile redderet/ vestē mutaret/ ire q̄toriꝰ festinaret: ne prior se ad potētis cōuiuiū alter occurreret. Hō ergo diues inuitat et paup occurrere festinat. Ad dei inuitamur cōuiuiū et excusamus. Sed ecce inter hec estimare possum q̄d sibi corda vr̄a respōdeant. Occultis em̄ fortasse sibimet cogitationibꝰ dicūt. Excusare nolumus. Ad illud em̄ supne refectionis cōuiuiū/ et vocari et puenire gratulamur. Loquētes vobis talia mētes vestre/ verū dicūt: si nō plus terrena q̄ celestia diligūt si nō amplius rebꝰ corporalibꝰ q̄ spūalibꝰ occupant. Un̄ hic quoq; ipa excusantiū causa subiūgit cū primus subinfertur. ¶ Primꝰ dixit villā emi/ et necesse habeo exire videre illā: rogo te habe me excusatū. Quid per villā nisi terrena substātia designat? Exit ḡ videre villā/ q̄ sola exteriora cogitat ppter substātiā. ¶ Alter dixit. Iuga boum emi quinq;/ et eo pbare illa: rogo te habe me excusatum. Quid in quinq; iugis boū/ nisi quinq; sensus corporis accipimus. Qui recte q̄ iuga boū vocata sunt: q; in vtroq; sexu geminant. Qui vcꝫ corporales sensus: quia interna cōprehendere nesciūt/ sed sola exteriora cognoscunt: et deserētes intima ea q̄ extra sunt tāgūt: recte p eos curiositas designat: q̄ dū alienā vitā querit discutere: semp sua intima nesciēs studet exteriora cogitare. Graue nāq; est curiositatis vitiū: q̄ dum cuiuslibet mētē ad inuestigādā vitam primi exterius ducit/ semp ei sua intima abscōdit: vt aliena sciēs se nesciat: et curiosi animꝰ quāto peritꝰ fuerit alieni meriti/ tanto fiat ignarꝰ sui. Propter hoc nāq; et de his quinq; iugis boū đ: eo probare illa/ rogo te habe me excusatū. Ipsa em̄ excusantis vba a vitij sui significatione nō discrepāt: dū dicit/ eo pbare illa: q; vcꝫ aliqn̄ ptinere pbatio ad curiositatē solet. Sed notādū/ ꝙ is q̄ p-

[Margin: Gregorij videt pphetas se de ordine pdicatorum: — Tex. — Tex. — Tex. — Tropologica expositio.]

t

pter villã/ ⁊ is q̃ ꝓpter ꝓbãda iuga boũ a cena sui ĩnuita
toris excusat/hũilitatis ṽba pmiscet dicẽs. Rogo te ha
be me excusatũ:dũ em̃ dicit rogo: ⁊ tñ venire cõtẽnit:hu
militas sonat in voce/supbia in actione. Et ecce hoc dñu
dicat prauus quisq3 cũ audit/nec tñ ea que diiudicat age
re desistit. Nã dũ cuilibet puerse agenti dicimus/conuer
tere/deũ sequere/mũdũ relinque:vbi hũc nisi ad dñicam
cenã vocam⁹? Sed cũ respõdet: ora p me q: pctõr sum/
hoc facere nõ possum:qd aliud agit/ nisi ⁊ rogat ⁊ excu
sat? Dicens nãq3 pctõr sum/hũilitatẽ insinuat:subiũgens
aũt cõuerti nõ possum/supbiã demõstrat. Rogãdo ergo
excusat:q ⁊ hũilitatẽ supducit in voce / ⁊ supbiã exercet
Tex.
in actione. ¶ Alius aũt dixit. Uxorẽ duxi: ⁊ ideo nõ pos
sum venire. Quid p vxorẽ/nisi voluptas carnis accipit?
Nã q̃uis bonũ sit coniugiũ/atq3 ad ꝓpagandã sobolẽ di
Intellec⁹ moralis euangelij.
uina puidẽtia cõstitutũ:nõnulli tñ nõ p hoc fecũditatẽ p
lis/sed desideria expetũt voluptatis: ⁊ idcirco p rẽ iusta3
significari põt nõ icõgrue res iniusta. Ad cenã ergo nos
eterni cõuiuij summ⁹ paterfamilias inuitat:sed dũ alius
auaritie/alius curiositati/ alius voluptati carnis est de
ditus:nimirũ reprobi simul oẽs excusant. Dũ hũc terre
na cura occupat:illũ alieni actus sagax cogitatio deua
Tex.
stat:alteri⁹ etiã mẽtẽ voluptas carnis inqnat/fastidiosus
quisq3 ad eterne vite epulas nõ festinat. Sequit. ¶ Re
uersus seruus nũtiauit hec dño suo. Tũc iratus paterfa
milias/dixit seruo suo. Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuita
tis:et paupes ac debiles/cecos ⁊ claudos introduc huc.
Ecce q terrene substantie plus iusto incubat/ venire ad
dñicã cenã recusat:qui laborĩ curiositatis insudat/ppara
ta vite alimẽta fastidit:q carnalibus desiderijs inseruit/
spũalis cõuiuij epulas respuit. Quia ergo venire super
i. Cor. i.
bi renuũt/pauperes eligũtur. Cur h? Quia iuxta Pau
li vocẽ. Infirma mũdi elegit deus vt cõfundat fortia. Sz
notãdũ nobis est quõ describant q ad cenã vocant et ve
niũt. Pauperes ⁊ debiles dicũtur:q iudicio suo apud se
metipsos infirmi sunt. Nã pauperes ⁊ quasi fortes sunt:
qui ⁊ positi in pauptate supbiũt. Ceci vo sunt/ q nullum
ingenij lumẽ habẽt. Claudi quoq3 sunt:q rectos gressus
in opatione nõ habẽt. Sed dũ morꝝ vitia in mẽbrorꝝ debi
litate signant/ pfecto liquet/q: sicut illi pctõres fuerũt q
vocati venire noluerũt:ita hi q3 pctõres sunt q inuitant
⁊ veniũt. Sed pctõres supbi respuũtur:vt pctõres hũiles
eligant. Hos elegit dñs qs despicit mũd⁹:q: plerũq3 ipsa
despectio hoiem reuocat ad semetipm. Is em̃ q patrẽ re
liqt ⁊ partẽ substãtie quã pceperat pdige expẽdit:postq̃
Exẽplu3 filij pdigi.
esurire cepit/in se reuersus dixit. Quãti mercenarij in do
mo pris mei abũdant panibus? Lõge qppe a se discesse
rat qñ peccabat: ⁊ si nõ esurisset/in semetipm minime re
dijsset:q: postq̃ terrenis reb⁹ indiguit/tũc cogitare cepit
qd de spũalib⁹ amisit. Pauperes g̃ ⁊ debiles/ceci ⁊ clau
di vocant ⁊ veniũt:q: infirmi quiq3 atq3 in hoc mũdo de
specti plerũq3 tãto celerius vocẽ dei audiunt:quãto ⁊ in
Reg. xxx
hoc mũdo nõ habẽt vbi delectent. Qd bene amalechita
rũ puer ille Egyptius designat qui amalechitis pdãtib⁹
atq3 currentib⁹ eger remansit in via: ⁊ fame sitiq3 aruit.
Quẽ tñ Dauid inuenit:ei cibũ potũq3 pbuit. Qui ilico
cõualescẽs dux Dauid fact⁹ est/conuiuãtes amalechitas
reperit: ⁊ eos q se debilẽ reliquerãt cũ magna fortitudi
ne ꝓstrauit. Amalechita quippe ppl's lãbens vocat. Et
quid p lãbẽtẽ pplm/nisi mẽtes seculariũ designant: que
terrena cũcta ambiẽdo q̃si lãbũt dũ solis tẽporalib⁹ dele
ctant. Quasi em̃ ppl's pdã facit:dũ terrena diligẽtes lu
cra de alienis dãnis exaggerãt. Sz puer egypti⁹ eger in
via relinqt:q: pctõr qsq3 dũ infirmari ab hui⁹ mũdi statu
ceperit/mox secularib⁹ mẽtibus in despectũ venit. Quez
tñ Dauid inuenit/eiq3 cibũ ⁊ potũ pbet: q: manu fortis
dñs abiecta mũdi nõ despicit: ⁊ plerũq3 eos q sequi mun
dũ minime valẽtes:quasi in via remanent ad amorẽ sui
gratiã cõuertit eisq3 verbi sui cibũ potũq3 porrigit: ⁊ q̃si
duces sibi in via elegit/dũ suos etiã pdicatores facit. Dũ

enim christũ pctõrũ cordib⁹ inferũt:quasi Dauid sup hos
tes ducunt:qui cõuiuantes Amalechitas velut Dauid
gladio feriũt:q: supbos quosq3 q se in mũdo desperauerant
dñi virtute ꝓsternũt. Puer ergo Egyptius q in via remã
sit Amalechitas interfecit:q: plerũq3 ipsi mentes secula
riũ pdicando superãt:q: prius cũ secularib⁹ in hoc mũdo
currere nõ valebant. Sed deductis ad cenã pauperibus
quid puer subiũgat audiam⁹. ¶ Dñe factũ est vt impera Tex.
sti: ⁊ adhuc locus est. Multi tales ad cenã dñicã ex iudea
collecti sunt:sz multitudo q ex Israelitico pplo credidit/
locũ superni cõuiuij nõ impleuit. Intrauit iam frequẽtia
Iudeorꝝ/sed adhuc vacat locus in regno vbi suscipi de
beat numerositas gentiũ. Unde et eidẽ seruo d:. ¶ Exi Tex.
in vias ⁊ sepes: ⁊ cõpelle intrare vt impleat dom⁹ mea.
Cũ de vicis ⁊ plateis ad cenã quosdã dñs inuitat:illũ vi
delicet populũ designat:qui tenere legẽ sub vrbana con
uersatione nouerat. Cũ vo cõuiuas suos colligi ex vijs
et sepib⁹ pcipit:nimirũ agrestẽ pplm.i.gentilẽ qrit. De cu
ius significatione p Psalmistã d:. Tũc exultabũt omnia
ligna syluarũ ante faciẽ dñi qm̃ venit. Ligna em̃ sylue
gẽtes vocate sunt:q: in infidelitate sua torte ⁊ infructuo
se semp fuerunt. Qui g ex illo agresti vsu cõuersi sunt:ad
cenã dñicã quasi ex sepibus venerũt. Notãdũ vo q in ter
tia hac inuitatione nõ d: inuita/sed cõpelle intrare. Alij Triplex
em̃ vocant ⁊ venire cõtẽnũt:alij vocant ⁊ veniũt:alijs au iuitatio
tẽ nequaq̃ d:: q: vocant/sed cõpellũtur vt intrẽt. Uocan dei.
tur ⁊ venire cõtẽnũt:qui donũ quidẽ intellectus incipiũt
sed eũdẽ intellectũ operib⁹ nõ sequũtur. Uocãt ⁊ veniũt
qui acceptã intellect⁹ gratiã operando pficiũt. Quida3
vero sic vocant vt etiã cõpellant:nã sunt nõnulli qui bo
na facienda intelligũt/sed hec facere desistũt. Uidẽt que
agere debeãt/sed hec ex desiderio nõ sequũtur. His vt su
perius diximus plerũq3 cõtingit:vt eos in carnalib⁹ de
siderijs suis mũdi hui⁹ aduersitas feriat apprehẽdere tẽ
poralẽ gl'iam conent ⁊ nequeãt: ⁊ dũ p alta pelagi quasi
ad grãdiores curas hui⁹ seculi nauigare ꝓponũt/semp
aduersis flatib⁹ ad deiectiõis sue littora repellãt. Cũq3
se frangi in desiderijs suis aduersante mũdo cõspiciunt:
quid de se auctori suo debeant/cõmemorãt:ita vt ad eum
erubescẽtes redeãt:q cũ supbientes p amore mũdi desce
rebant. Sepe nãq3 nõnulli ad tpalẽ gl'iam pficere volen
tes/aut longa egritudine tabescunt:aut afflicti iniurijs
cõcidũt:aut pcussi grauib⁹ dãnis affliguntur: ⁊ in mũdi
dolore vidẽt:q: nihil cõfidere de eius voluptate debue
rũt:seq3 ipsos in suis desiderijs reprehẽdẽtes/ad deũ cor
da cõuertũt. De his quippe dñs p pphetã dicit. Ecce ego Osee. ij
sepiã viã tuã spinis: ⁊ sepiã eã maceria: ⁊ semitas suas nõ
inueniet: ⁊ sequet amatores suos/ ⁊ nõ apphẽdet eos:
queret ⁊ nõ inueniet eos/ ⁊ dicet. Uadã ⁊ reuertar ad vi
rũ meũ priorẽ:q: bene mihi tũc erat magis q̃ nunc. Uir
vniuscuiusq3 fidelis aie/de⁹ est:q: hec vez ei est cõiuncta
per fidẽ. Sed illa q cõiũcta fuerat deo anima/amatores
suos sequit:qñ mens q iã p fidẽ credidit/adhuc se immũ
dis spiritib⁹ in operationibus substernit:mũdi gl'iam q
rit:carnali delectatione pascit:exq̃sitis voluptatib⁹ nu
trit. Sz plerũq3 oipotẽs de⁹ talẽ aia3 misericorditer respi
cit: ⁊ eius voluptatib⁹ amaritudines pmiscet. Uñ dicit.
Ecce ego sepiã vias tuas spinis. Uie erem̃ nr̃e spinis se
pte sunt:qñ in hoc qd male cupim⁹/dolorꝝ pũctiões inue
nim⁹. Et sepiã eã maceria: ⁊ semitas suas nõ inueniet. Uie
nostre maceria sepiunt:cũ desiderijs nostris dure in hoc
mũdo obiectiones resistunt. Et semitas nostras inueni
re nõ possum⁹:q: hoc qd male q̃rim⁹/adipisci ꝓhibemur
Et sequet amatores suos ⁊ nõ apphẽdet eos: q̃ret ⁊ nõ Aduersi
inueniet eos:q: malignos spũs qbus se in suis desiderijs tatis vti
aia subdidit ad desideriorꝝ suorꝝ effectũ minime cõprehẽ litas no
dit. Sed de hac salubri aduersitate quãta vtilitas nascat tatur.
adiungit cũ subdit ⁊ dicit. Uadã ⁊ reuertar ad virũ meũ
priorẽ:q: bene mihi erat/tũc magis q̃ nũc. Postq̃ g vias
suas spinis septas inuenit:postq̃ amatores suos appre

hendere nõ valet ad amorẽ viri prioris redit: q: plerũq3
postq̃ in hoc mũdo nõ possumus obtinere q volumus:
postq̃ in terrenis desiderijs de impossibilitate lassamur:
tũc ad mẽtẽ dñm reducim⁹:tũc placere incipit/q displice
bat: ⁊ is cui⁹ nobis amara fuerãt pcepta:repẽte dulcescit
in memoria ⁊ peccatrix aia que adultera conata est esse:
nec tñ apto ope potuit/decreuit esse fidelis cõiunx. Qui
ergo hui⁹ mũdi aduersitatib⁹ fracti ad dei amorẽ redeũt
atq3 a pñtis vite desiderijs corrigunt:qd isti fres charissi
mi/nisi cõpellũtur vt intrẽt? Sz valde est tremẽda sentẽ
tia/q ꝓtinus subinfert. Intenta hãc cordis aure pcipite
fres ⁊ dñi mei inquãtũ iusti dñi mei:intẽta hãc aure pci
Tex.
pite: vt tãto eã min⁹ sentiatis in examine/quãto nũc au
ditis formidolosius in pdicatione. Ait em̃. ¶ Dico autẽ
vobis:q nemo virorũ illorꝝ q vocati sunt/gustabit cenã
meã. Ecce vocat p se:vocat p angelos:vocat p pres: vo
cat p pphas:vocat p apl'os:vocat p pastores: vocat etiã
p nos:vocat plerũq3 p miracula:vocat plerũq3 p flagella
vocat aliqñ p mũdi huius ꝓspera:vocat aliqñ p aduersa
Nemo cõtẽnat:nedũ vocat⁹ excusat/cũ voluerit intrare
nõ valeat. Audite qd sapia p Salomonẽ dicat. Tũc inuo
cabũt me ⁊ nõ exaudiã:mane cõsurgẽt ⁊ nõ inuenient me
Hinc est q fatue virgines tarde veniẽtes clamant. Dñe
dñe aperi nobis. Sed iã tũc aditũ querentib⁹ d:. Amen
amen dico vobis/nescio vos. Quid inter hec fres charis
simi nisi relinqre oia debemus:curas mũdi postponere/
Quatenus mũdũ relinqui oporteat.
solis desiderijs eternis inhiare? Sz hec paucis data sunt
Admonere vos volo/vt relinquatis oia/sed nõ presumo
Si ergo cũcta mũdi relinquere nõ potestis/sic tenete q
huius mũdi sunt:vt tñ p ea nõ teneamini in mũdo:vt ter
rena res possideat nõ possideat:vt sub mẽtis vr̃e sit dñio
qd habetis/ne si mens vr̃a terrenarũ rerũ amore vincit/
a rebus suis magis ipa possideat. Sit ergo res tpalis in
vsu/eterna in desiderio:sit res tpalis in itinere/desidere
tur eterna in puẽtione. Quasi ex latere respiciat qcquid
in hoc mũdo agit:ante nos aũt tẽdãt mẽtis oculi cũ to
ta intẽtione illa cõspiciãt ad q pueniem⁹. Extirpent fun
ditus vitia:nõ solũ ab actu operis/sed etiã a cogitatione
cordis euulsa. Nõ vos voluptas carnis nõ solicitudo cu
riositatis nõ estus ambitionis a dñica cena ppediat:sed
ipsa quoq3 q honesta in mũdo agim⁹/quasi ex quodã la
tere mẽtis tãgam⁹:vt terrena qlibet sic nostro corpori ser
uiant quaten⁹ cordi minime obsistãt. Nõ ergo fres aude
mus vobis dicere vt oia relinquatis:sed tñ si vultis oia
etiã retinẽdo relinqtis/si sic tpalia geratis vt tñ tuta mẽ
i. Co. vij.
te ad eterna tẽdatis. Hinc erem̃ Paulus apl's dicit. Tps
breue est:reliquũ supest/vt q habẽt vxores tãq̃ nõ haben
tes sint: ⁊ q flent taq̃ nõ flẽtes: ⁊ q gaudẽt tãq̃ nõ gaudẽ
tes: ⁊ q emũt tãq̃ nõ possidẽtes: ⁊ q vtũt hoc mũdo tãq̃
nõ vtant. Preterit em̃ figura hui⁹ mũdi. Uxorẽ nãq3 ha
bet/sed quasi nõ habẽs/q sic scit carnis debita exoluere:
vt tñ p ea mũdo tota mẽte nõ cogat inherere. Nã cũ idẽ
rursum egregi⁹ pdicator dicat. Qui habet vxorẽ cogitat
Ibidem
que sunt huius mũdi quõ placeat vxori:ille vxorẽ habẽs
quasi nõ habet:qui sic studet placere coniugi vt tñ non
displiceat cõditori. Flet quoq3/sed taq̃ nõ fleat:q sic tpa
libus dãnis affligitur:vt tñ de eternis lucris semper ani
mũ cõsolet. Gaudet vo/sed taq̃ nõ gaudeat/q sic tpali
bus bonis hilarescit:vt tñ semp perpetua tormẽta consi
deret:et hoc qd mentẽ gaudio subleuat hãc cõtinuo põ
dere puidi timoris pmat. Emit aũt/sz quasi nõ possidẽs
qui ⁊ ad vsum terrena preparat: ⁊ tñ cauta cogitatiõe p
uidet q hec citius relinquat. Mũdo q̃vtit/sed quasi nõ
vtat/q ⁊ necessaria cũcta exterius ad vite sue ministeriũ
redigit: ⁊ tñ hec eadẽ nõ sinit sue mẽti dñari:vt ⁊ subiecta
foris seruiãt: ⁊ nũq̃ intẽtionẽ animi ad alta tẽdentis frã
gãt. Quicũq3 igit tales sunt/eis pfecto terrena oia:non
ad desideriũ/sed ad vsum assunt:q: rebus quidẽ necessa
rijs vtũtur/sed nihil cũ pctõ hr̃e cupiũt. De ipsis quoq3 re
bus habitis quotidie mercedes querũt: ⁊ plus gaudent

bono ope q̃ bona possessione. Ac ne aliqbus ista diffici
lia esse videant:rem de psona refero quã multi vestrum
mecũ nouerũt:quã vez rẽ ipse ante trienniũ in Cẽtũcellẽsi
vrbe a psonis fidelib⁹ didici. Nup nãq3 in eadem ciuitate
Theophanius comes fuit/ vir misericordie actib⁹ dedi
tus/bonis operib⁹ intẽtus/hospitalitati pcipue studens Exẽplu3
Exercendi comitat⁹ actib⁹ occupatus/agebat terrena ⁊ de Theo
tpalia:sed vt post ex fine eius claruit/magis ex debito q̃ phanio.
ex intentione. Nã cũ ꝓpinquãte mortis eius tpe grauissi
ma aeris tẽpestas obsisteret/ne ad sepeliendum duci po
tuisset:eũq3 cõiux sua cũ fletu vehemẽtissimo inquireret
dicẽs. Quid faciã/quõ te ad sepeliẽdũ eijcio: q ostiũ do
mus huius egredi pre tẽpestate nimia nõ possum? Tunc
ille rñdit. Noli mulier flere: q: mox vt ego defunct⁹ fue
ro:serenitas aeris rediet. Cuius ꝓtinus ⁊ vocẽ mors/ et
morẽ serenitas est secuta. Cui⁹ man⁹ ⁊ pedes podagre
humore tumescẽtes:et versi in vulnerib⁹ fuerãt/ ⁊ ꝓfluẽ
te sanie putebant. Sed cũ corpus illi⁹ ex more ad leuan
dũ fuisset detectũ:ita sanũ repertũ est/ac si vnq̃ vulneris
nihil habuisset. Duct⁹ itaq3 ac sepult⁹ est/eiusq3 cõiugi vi
sum est: vt quarto die in sepulcro illius marmor qd sup
positũ erat mutari debuisset. Quod vez marmor corpori
eius suppositũ dũ fuisset ablatũ/tãta ex eius corpore fra
grãtia odoris emanauit/ac si ex putrescente carne illius
pro vermib⁹ aromata ferbuissent. Hec ergo dixi vt e vici
no exẽplo ostẽdere possem nõnullos ⁊ secularẽ habitum
gerere: ⁊ secularẽ animũ nõ habere. Quos em̃ talis ne
cessitas in mũdo ligat:vt ex omni parte exui a mũdo nõ
possint:sic ea q mũdi sunt debẽt tenere / vt tñ eis nesciãt
ex mẽtis fractione succũbere. Hec ergo cogitate: ⁊ cũ re
linqre cũcta q mũdi sunt nõ potestis:exteriora exteri⁹ be
ne agite/sed ardẽter interius ad eterna festinate. Nihil
sit qd desideriũ mẽtis vr̃e retardet: nulli⁹ vos rei in hoc
mũdo delectatio implicet. Si bonũ diligit:mẽs in bonis
meliorib⁹ scz in celestib⁹ delectet: si malũ metuit / mala
aĩo eterna ꝓponant:vt dũ illic esse cõspicit: ⁊ ampli⁹ qd
diligat ⁊ ampli⁹ qd ptimescat/hic omnino nõ hereat. Ad
hec agẽda habem⁹ mediatorẽ dei ⁊ hominũ adiutorẽ no
strũ/per quẽ cũcta obtinebim⁹/si ad illũ vero amore fla
gramus:qui viuit et regnat cum patre in vnitate ⁊c.

¶ Dominica.III. Luce.XV.

¶ In illo tempore: Accesserũt ad Iesum publi
cani et peccatores vt audirent illũ: et murmura
bant pharisei et scribe dicẽtes: Quia hic pctõres
recipit et manducat cum illis. Et reliqua. Homi
lia beati Gregorij pape.

EStiuũ tps quod cor
pori meo valde cõtrariũ est:loqui me de exposi
tione euãgelij lõga mora interueniẽte ꝓhibuit
sz nunqd q: lingua tacuit/ardere charitas cessauit? Hoc
erem̃ dico qd apud se vestrũ vnusqsq3 cognoscit. Plerũq3
charitas qbusdã occupatiõib⁹ ppedita: ⁊ int⁹ flagrat in
corde: ⁊ tñ nõ mõstrat in ope:q: ⁊ sol cũ nube tegit nõ vi
det in terra: ⁊ tñ ardet in celo. Sic esse occupata chari
tas solet: ⁊ intus sui vim ardoris exercet: ⁊ foris flãmas
operis nõ ostẽdit. Sed q: nũc ad loquẽdũ tps redijt:vr̃a
me studia accẽdũt:vt mihi tãto ampli⁹ loq libeat:quãto Auditor
hoc vr̃e mẽtes desiderabili⁹ expectãt. Audistis in lectiõe excitat
euãgelica fres mei:q: pctõres ⁊ publicani accesserũt ad studium
redẽptorẽ nostrũ: ⁊ nõ solũ ad colloquẽdũ/sed etiã ad cõ
uescẽdũ recepti sunt. Qd vidẽtes pharisei dedignati sũt.
Ex q recolligite:q: vera iustitia cõpassionẽ hz/falsa iusti
tia dedignationẽ:q̃uis ⁊ iusti soleãt pctõrib⁹ dedignari.
Sed aliud est qd agit typo supbie:aliud qd zelo iustitie
vel discipline. Dedignãtur erem̃/sed non dedignãtes de
sperãt:sed non desperãtes persecutionẽ cõmouẽt:sz amã
tes:q: ⁊ si foris increpationes per disciplinã exaggerãt:

intus tñ dulcedinē ꝑ charitatē seruāt. Preponunt sibi in
aio ipsos plerūq; quos corrigūt: meliores estimāt eos ꝙ̄
quos iudicāt. Hō vez agētes: ⁊ per disciplinā subditos/
et ꝑ humilitatē custodiūt semetipsos. At cōtra hi q̄ de fal
sa iustitia supbire solēt ceteros quosq; despiciūt/nulla in
firmantib⁹ misericordia cōdescēdūt: ⁊ quo se pctōres esse
nō credūt: eo deterius pctōres fiunt. De quoꝝ pfecto nu
mero Pharisei extiterāt: q̄ diiudicātes dñm ꝙ pctōres su
sciperet/arēti corde ipm fontē mie reprehendebāt. Sed q:
egri erant: ita vt se egros esse nescirent: q̄tenus qd erant
agnoscerēt/celestis eos medicus fomētis blādis curat:
benignuz paradigma obiicit: et in coꝝ corde vulneris tu
morē premit. Ait nāq;. ¶ Quis ex vobis hō qui hz centū
oues: ⁊ si perdiderit vnā ex illis/nōne dimittit nonagin
ta nouē in deserto: ⁊ vadit ad illā que perierat? Ecce mi
Allegoria de centum ouibus. ra dispēsatione pietatis similitudinē veritas dedit: quaz
et in se hō ipse recognosceret: ⁊ tñ hec spāliter ad ipsum
auctorē hoīm ptineret. Quia eñ cētenari⁹ pfect⁹ est nu
merus: ipe cētū oues habuit/cū sctōꝝ angeloꝝ substātiā
et hoīm possedit. Sz vna ouis tūc periit: qñ peccādo hō
pascua vite dereliq̄t. Dimisit aūt nonagintanouē in de
serto: q: illos summos angelorū choros reliquit in celo.
Cur aūt celū desertū vocat/nisi ꝙ desertū d: derelictum.
Tūc aūt hō celū deseruit cū peccauit. In deserto aūt no
nagintanouē oues remāserāt qñ in terra dñs vnā ouē q̄
rebat: q: rōnalis creature numer⁹/angeloꝝ vez ⁊ hoīm q̄
ad videndū deū cōditus fuerat/pereūte hoīe erat immi
nutus: ⁊ vt pfecta summa ouiū integraret in celo/hō pdi
Matt. xviij. tus q̄rebat in terra. Nā qd hic euāgelista dicit in deserto
ali⁹ dicit in mōtib⁹: vt significēt in excelsis/quia nimirū
Tex. oues q̄ nō perierant in sublimib⁹ stabāt. ¶ Et cū inuene
nit ouē/ imponit in humeros suos gaudens. Ouē hu
meris suis imposuit: q: hūanā naturā suscipiēs/pctā nr̄a
Tex. in se portauit. ¶ Et veniēs domū ꝯuocat amicos suos ⁊
vicinos/dicēs eis. Cōgratulamini mihi: q: inueni ouem
meā q̄ perierat. Inuēta oue ad domū redit: q: pastor no
ster reparato hoīe ad regnū celeste rediit. Ibi amicos et
vicinos inuenit: illos vez angeloꝝ choros/q̄ amici sunt:
q: volūtatē eius cōtinue in sua stabilitate custodiūt. Vi
cini q̄ꝫ eius sunt: q: claritate visionis illius sua assiduita
te pfruūtur. Et notādū ꝙ nō dicit. Cōgratulamini inuē
tioni/sed mihi: q: vez eius est gaudiū vita nostra: ⁊ cum
nos ad celū reducimur/solēnitatē letitie eius implem⁹.
Tex. ¶ Dico vobis ꝙ ita gaudiū erit in celo sup vno peccato
re pniam agēte: ꝙ̄ sup nonagintanouē iustis q̄ non indi
gēt pnia. Cōsiderādū nobis est frēs mei cur dñs plus de
cōuersis pctōrib⁹ ꝙ̄ de stātib⁹ iustis in celo gaudiū esse fa
Ratio subtilis verborum euāgelii. teatur. Vñ hoc: nisi qd ipsi ꝑ quotidianū visionis experi
mētū nouim⁹: q: plerūq; hi q̄ nullis se oppssos pctōꝝ mo
lib⁹ sciūt: stāt quidē in via iustitie: nulla illicita ꝑpetrant/
sed tñ ad celestē patriā anxie nō anhelāt: tātoq; sibi in re
bus licitis vsum pbēt: quāto se ppetrasse illicita nulla me
minerūt/⁊ plerūq; pigri remanēt ad exercēda bona pci
pua: q: valde sibi securi sunt ꝙ nulla cōmiserūt mala gra
uiora. At cōtra/nōnūq̄ hi q̄ se aliq̄ illicita egisse memine
rūt/ex ipo suo dolore cōpūcti/inardescūt in amore dei: se
seq; in magnis virtutib⁹ exercēt: cūcta ⁊ difficilia sancti
certaminis appetūt/oia mūdi derelinquūt/honores fu
giūt/acceptis cōtumeliis letant/flagrāt desiderio/ad ce
lestē patriā anhelāt. Et q: se errasse a deo cōsiderāt/dāna
p̄cedētia lucris sequētib⁹ recōpēsat. Maior ḡ de pctōre cō
uerso ꝙ̄ de stāte iusto gaudiū fit in celo: q: ⁊ dux in prelio
pl⁹ eū militē diligit: q̄ post fugā reuersus hostē fortiter p̄
mit: ꝙ̄ illū q̄ nūq̄ terga p̄buit ⁊ nūq̄ aliq̄d fortiter gessit
Sic agricola illā ampli⁹ terrā amat q̄ post spinas vberes
fruges pfert ꝙ̄ eā q̄ nūq̄ habuit spinas/⁊ nūq̄ fertilem
messem pducit. Sz inter hec sciēdū est/q: sunt pleriq; iu
sti in quoꝝ vita tātū est gaudiū/vt eis q̄libet pctōꝝ pnia
p̄poni nullaten⁹ possit. Nā multi ⁊ nulloꝝ sibi maloꝝ sūt
cōscii: ⁊ tñ in tāti ardoris afflictione se exercēt/ac si a pec
catis oibus angustent. Cūcta etiā licita respuūt: ad de
spectū mūdi sublimiter accendūtur: licere sibi nolunt oē
quod licet: bona etiā amputāt sibi cōcessa/cōtēnūt visibi
lia/inuisibilibus accēdūtur/lamētis gaudēt/in cūctis se
metipsos humiliant: et sicut nonnulli pctā operū/sic ipsi
peccata cogitationū deplorāt. Quid itaq; istos/nisi et iu
stos dixerim et penitētes: qui se et in pnia de pctō cogita
tionis humiliāt: et recti semp in opere pseuerāt. Hinc er
go colligēdū est quātū deo gaudiū faciat/qñ humiliter
plāgit iustus/si facit in celo gaudiū/qñ hoc quod male
gessit ꝑ pniam dānat iniust⁹. Sequitur. ¶ Aut q̄ mulier Tex.
hñs drachmas decē: et si perdiderit drachmā vnā/nonne
accēdit lucernā/et euertit domū ⁊ querit diligēter donec
inueniat. ⁊c. Qui signat ꝑ pastorē ipse ⁊ ꝑ mulierē. Ipse
eñ deus/ipse ⁊ dei sapiētia. Et q: imago exprimit i drach
ma: mulier drachmā pdidit/qñ scz hō qui cōdit⁹ ad ima
ginē dei fuerat/peccādo a similitudine sui conditoris re
cessit. Sz accēdit mulier lucernā: quia dei sapiētia appa
ruit in humanitate. Lucerna quippe lumē in testa est: lu
men vero i testa est diuinitas in carne. De qua videlz te
sta sui corporis dicit ipsa sapiētia. Exaruit velut testa vir
tus mea. Quia eñ testa in igne solidatur: ei⁹ virtus sicut
testa exaruit: q: assumptā carnē ad resurrectionis gl'iam
ex passionis tribulatiōe roborauit. Accensa aūt lucerna
euertit domū: q: mox vt eius diuinitas per carnē claruit/
ois se nostra cōsciētia cōcussit. Domus nāq; euertit: cū cō
sideratiōe sui reat⁹ humana cōsciētia ꝑturbat. Qui euer
sionis sermo nō discrepat ab eo quod in aliis codicibus
legit emūdat: q: nimirū praua mēs si nō pri⁹ per timorē
euertit/ab assuetis vitiis nō emūdat. Euersa ergo domo
inuenit drachma: q: cū ꝑturbat cōsciētia hominis/repa
ratur in hoīe similitudo cōditoris. ¶ Et cū inuenerit/cō Tex.
uocat amicas ⁊ vicinas suas dicēs. Cōgratulamini mi
hi oēs: q: inueni drachmā quā pdiderā. Que amice vel vi
cine/nisi ille ptātes celestes sunt iā superi⁹ dicte: q̄ tanto
supne sapie iuxta sunt/quāto ei ꝑ grām cōtinue visionis
appropinquāt. Sed inter hec nequaq̄ relinq̄re negligē
ter debem⁹/cur ista mulier ꝑ quā dei sapia figurat decez Decem drachmarū mysterium.
drachmas habuisse phibet: ex quib⁹ vnā pdidit quā cū q̄
reret inuenit. Angeloꝝ quippe ⁊ hoīm naturā ad cogno
scēdū se dñs cōdidit: quā dū cōsistere ad eternitatē voluit
eā pculdubio ad suā similitudinē creauit. Decē vero drach
mas habuit mulier: q: nouē sunt ordines angelorū: sed vt
cōpleret electorū numer⁹/hō decim⁹ est creatus: qui a cō
ditori suo/nec post culpā periit: q: hūc eterna sapiētia per
carnē miraculis coruscans/ex lumine teste reparauit. No
uē vero ordines angelorū dixim⁹: q: videlz esse (testante
sacro eloquio) scimus angelos/archāgelos/virtutes/po
testates/principat⁹/dñatiōes/thronos/cherubin atq; se
raphin. Esse nāq; angelos et archāgelos/pene oēs sacri
eloquii pagine testāt. Cherubin vero atq; seraphin sepe vt
notū ē libri pphaꝝ loquūt. Quatuor ḡ ordinū noia pau
lus apl's ad Ephesios enumerat dicēs. Supra oēm pnci
patū ⁊ ptātē ⁊ vtutē ⁊ dñationē. Qui rursus ad Colossen
ses scribēs ait. Siue thronos/siue dñatiōes siue principa
tus siue ptātes. Dñationes vero pncipat⁹ ac ptātes iam ad
ephesios loquēs descripserat. Sz ea q̄ꝫ colossensib⁹ dictu
rus pmisit thronos/de qb⁹ necdū q̄c ꝙ fuerat ephesiis lo
cut⁹. Cū ḡ illis quatuor q̄ ad Ephesios dixit .i. pncipat⁹
potestatib⁹/virtutib⁹/atq; dñationib⁹ cōiūgūtur throni
q̄nq; sunt ordines q̄ spāliter exprimūtur. Quib⁹ dū ange
li ⁊ archāgeli cherubin atq; seraphin adiūcta sunt/pro
culdubio nouē esse angeloꝝ ordines inueniūtur. Vnde
⁊ ipsi angelo q̄ primus est cōdit⁹ ꝑ pphetam d:. Tu signa
culū similitudinis/plen⁹ sapia: ⁊ pfect⁹ decore in deliciis Ezech. xxviij.
paradisi dei fuisti. Vbi notandū ꝙ non ad similitudinez
dei factus/sed ad signaculū similitudinis d: vt quo subti
lior in eo est natura: eo imago dei in illo simili⁹ insinuet
expssa. Quo in loco mox subdit. Ois lapis pciosus ope
rimentū tuū/sardius/topasius/iaspis/chrysolit⁹/onyx et

beryllus/sapphirus/carbūculus/⁊ smaragdus. Ecce no
uē dixit noia lapidum: q: pfecto nouē sunt ordines ange
loꝝ. Quib⁹ nimirū ordinib⁹ ille prim⁹ angelus ideo or
natus ⁊ opertus extitit: q: dū cūctis agminib⁹ angelorū
prelat⁹ est/ex eoꝝ cōparatione clarior fuit. Sed cur istos
pfitērū angeloꝝ choros enumerādo pstrinximus: si nō
eoꝝ ministeria subtiliter exprimamus? Greca eñ lingua
Differunt pulchre de angelis. angeli nūtii: archangeli vero summi nūtii vocantur. Sciē
dum quoq; ꝙ angeloꝝ vocabulū nomē est officii nō na
ture. Nā sancti illi celestis patrie spūs/semp quidē sunt
spiritus: sed semp vocari angeli nequaq̄ possunt: q: tunc
solum sunt angeli: cū per eos aliqua nūtiātur. Vnde et ꝑ
ps̄. d:. Qui facit angelos suos spiritus. Ac si patenter di
cat. Qui eos quos semp habet spūs: etiam cum volue
rit angelos facit. Hi aūt qui minima nūtiant angeli: qui
vero summa nūtiant archangeli vocātur. Hinc est enim
ꝙ ad Mariā virginez nō quilibet angelus/sed Gabriel
archāgelus mittitur. Ad hoc quippe ministeriū summū
angelū venire dignū fuerat/qui summū omniū nūtiabat
Qui idcirco etiā priuatis noibus censentur: vt signetur
per vocabula etiā in operatione quid valeant. Neq; eñ
in illa sancta ciuitate quā visione omnipotētis dei plena
sciētia perfecit: idcirco propria noia sortiūtur/ne coꝝ per
sone sine nominibus scire nō possint: sed cū ad nos aliq̄d
ministraturi veniūt/apud nos etiam nomē a ministeriis
trahūt. Michael nāq; quis vt deus: Gabriel autē fortitu
do dei: Raphael vero d: medicina dei. Et quoties mire
virtutis aliq̄d agitur/Michael mitti perhibet: vt ex ipo
actu ⁊ nomine detur intelligi: q: nullus pōt facere quod
facere preualet deus. Vnde ⁊ ille antiquus hostis q̄ esse
Esa. xiiij. deo per superbiā similis cōcupiuit dicēs. In celū cōscēdā
super astra celi exaltabo soliū meū: sedebo in mōte testa
mēti in laterib⁹ aq̄lonis: ascēdā sup altitudinē nubium:
similis ero altissimo: dū in fine mūdi in sua virtute relin
quitur/extremo supplicio perimendus cū Michael ar
chāgelo preliaturus esse perhibet: sicut per Ioānē dicit.
Apo. xij. Factū est preliū cū Michaele archāgelo: vt q̄ se ad dei si
militudinē superbus extulerat/per Michaelē perēptus
discat: q: ad dei similitudinē per superbiā null⁹ exurgat.
Ad Mariā quoq; Gabriel mittitur: q: fortitudo dei no
minatur. Illū quippe nūtiare veniebat: q̄ ad debellādas
aereas ptātes humilis apparere dignat⁹ est: de quo per
psalmistā d:. Tollite portas principes vestras: ⁊ eleuami
ni porte eternales: ⁊ introibit rex glie. Quis est iste rex
glie: dñs fortis ⁊ potēs: dñs potens in prelio. Et rursum:
Dñs virtutū ipse est rex glorie. Per dei ergo fortitudinez
nūtiādus erat q̄ virtutū dñs ⁊ potēs in p̄lio ad debellan
das ptātes aereas veniebat. Raphael q̄ꝫ interptat (vt
Tob. xi. diximus) medicina dei: q: scz dū Tobie oculos quasi per
officiū curationis tetigit/cecitatis illius tersit tenebras
Qui ergo ad curādū mittit/dignū vez fuit vt dei medi
cina vocaret. Sed q: angeloꝝ noia interptādo pstrinxi
mus: nūc supest vt ipsa officioꝝ vocabula breuiter exeq̄
mur. Virtutes eñ vocant illi nimirū spūs/ꝑ quos signa
Officia angeloꝝ declarantur. et miracula frequētius fiūt. Ptātes etiā vocant hi q̄ hoc
potēti⁹ ceteris in suo ordine pceperūt: vt eorū ditioni vir
tutes aduerse subiecte sint: quoꝝ potestate refrenant: ne
corda hoīm tātū tētare valeāt quātū volūt. Principatus
etiā vocātur q̄ ipsis q̄ꝫ bonis angeloꝝ spiritib⁹ psunt: qui
subiectis aliis dū queq; sunt agēda disponūt: eis ad ex
plēda mysteria principant. Dñationes aūt vocant/q̄ etiā
ptātes pricipatuū dissimilitudine alta trāscēdūt. Nā prin
cipari est inter reliquos priorē existere: dñari vero est etiaz
subiectos possidere. Ea ergo angeloꝝ agmina que mira
potētia peminēt: p eo ꝙ eis cetera ad obediēdū subiecta
sunt/dñationes vocant. Throni quoq; illa agmina sunt
vocata: quib⁹ ad exercēdū iudiciū semp de⁹ omnipotēs
presidet. Quia eñ thronos/latino eloquio sedes dicim⁹
throni dei dicti sunt hi q̄ tāta diuinitatis grā replētur/vt
in eis dñs sedeat: ⁊ per eos sua iudicia decernat. Vñ et ꝑ
Psalmistā d:. Sedes sup thronū q̄ iudicas equitatē. Che Ps. ix.
rubin quoq; plenitudo sciētie d:. Et sublimiora illa agmi
na idcirco cherubin vocata sunt: q: tāto pfectiori scientia
plena sunt/quāto claritatē dei vicini⁹ cōtēplātur: vt s̄m
creature modū eo plene oia sciant: quo visioni creatoris
sui ꝑ meritū dignitatis appropinquāt. Seraphin etiā vo
cantur illa sctōꝝ spirituū agmina/q̄ ex singulari ppinq̄ta
te cōditoris sui icōparabili ardēt amore. Seraphin nāq;
ardētes vel incēdentes vocant. Que q: ita deo coniūcta
sunt: vt inter hec ⁊ deū nulli alii spūs intersint: tanto ma
gis ardēt/quāto hūc vicinius vidēt. Quoꝝ pfecto flāma
amor est: q: quo subtilius claritatē diuinitatis ei⁹ aspiciūt/
eo validius in eius amore flāmescūt. Sed q̄d pdest nos
de angelicis spiritib⁹ ista pstringere: si nō studeam⁹ hec
etiā ad nostros pfectus cōgrua cōsideratione deriuare.
Quia eñ superna ciuitas illa ex angelis ⁊ hoib⁹ cōstat:
ad quā tātū credim⁹ humanū gen⁹ ascēdere: quātos illic
cōtigit electos angelos remāsisse/sicut scriptū est. Sta
tuit terminos gētiū s̄m numerū angeloꝝ dei: debemus ⁊ Deuter. xxxij.
nos aliq̄d ex illis distinctionib⁹ supnoꝝ ciuiū ad vsuz no
stre cōuersationis trahere: nosq; ipsos ad incremēta vir
tutū bonis studiis inflāmare. Quia eñ tanta illuc ascē Nūerus saluādorū quāt⁹ futurus.
sura creditur multitudo hoīm/quāta multitudo reman
sit angeloꝝ: supest vt ipsi q̄ꝫ hoies q̄ ad celestē patriā re
deunt: ex eis agminib⁹ aliq̄d illuc reuertētes imitent. Di
stincte nāq; cōuersationes hoīm singuloꝝ agminū ordi
nibus cōgruūt: ⁊ in eorū sortē ꝑ cōuersationis similitudi
nē deputātur. Nā sunt pleriq; q̄ parua capiūt/sed tñ hec
eadē parua pie annūtiare fratrib⁹ nō desistūt. Isti itaq;
in angeloꝝ numerū currūt. Et sunt nōnulli q̄ diuine lar
gitatis munere refecti/secretoꝝ celestiū summa ⁊ capere
preualēt ⁊ nūtiare. Quo igit isti/nisi inter archāgelorū
numerū deputātur? Et sunt alii q̄ mira faciūt signa/valē
ter operant. Quo igit isti/nisi ad supnarū virtutū sortē ⁊
numerū cōgruūt? Et sunt nōnulli qui etiā de obsessis cor
porib⁹/malignos spūs fugant: eosq; virtute orōnis et vi
accepte ptātis eiiciunt. Quo itaq; isti meritū suū/nisi in
ter potestatū celestiū numerū sortiūtur? Et sunt nōnulli
qui acceptis virtutib⁹ electoꝝ etiā hoīm merita trāscen
dūt: cūq; et bonis meliores sunt/electis q̄ꝫ fratrib⁹ princi
pant. Quo ergo sortē suam/nisi inter principatuū nume
ros acceperūt? Et sunt nōnulli q̄ sic in semetipsis vitiis/
omnibusq; desideriis dñant: vt ipo iure mūditie dii inter
hoies vocentur. Vnde ⁊ ad Moysen d:. Ecce cōstitui te
deū Pharaonis. Quo ergo isti/nisi inter numeros dñan Exo. vij.
tiū currūt? Et sunt nōnulli q̄ dū sibimetipsis vigilāti cura
dñantur/dūq; se solicita intētiōe discutiūt/diuino timori
semp inherētes: hoc in munere virtutis accipiūt: vt iudi
care recte ⁊ alios possint. Quoꝝ pfecto mētib⁹ dū diui
na cōtēplatio presto est: in his velut in throno suo dñs p̄si
des alioꝝ facta examinat: ⁊ cūcta mirabiliter de sua sede
dispēsat. Quid ergo isti/nisi throni sui conditoris sunt? Vel
quo nisi ad supnarū sediū numeros ascribūt? Per quos
dū scta eccl'ia regit: plerūq; de q̄busdā suis infirmis acti
bus etiā electi iudicant. Et sunt nōnulli q̄ tāta dei ⁊ pxi
mi dilectione pleni sunt: vt cherubin iure noient. Q: eñ
vt p̄fati sum⁹/cherubin plenitudo sciē d:. ⁊ Paulo dicēte
didicim⁹. Quia plenitudo legis est dilectio: oēs q̄ dei et Ro. xiij.
pximi charitate ceteris ampli⁹ pleni sunt/merito suorū
sortē inter cherubin numeros pceperūt. Et sunt nōnulli
q̄ supne cōtēplatiōis facib⁹ accēsi/in solo conditoris sui
desiderio anhelāt/nihil in hoc mūdo cupiūt: s̄ solo eter
nitatis amore pascūtur/terrena queq; abiiciūt/cūcta tē
poralia mēte trāscēdūt/amāt ⁊ ardēt: atq; in ipso suo ar
dore requiescūt/amādo ardēt/loquēdo alios accēdūt: et
quos verbo tāgūt/ardere ptin⁹ in dei amore faciūt. Quid
ergo istos nisi seraphin dixerim: quoꝝ cor in igne cōuer
sum lucet ⁊ vrit: q: ⁊ mētiū oculos ad supna illumināt/et
cōpūgendo in fletib⁹ vitioꝝ rubiginē purgāt. Qui ḡ ita
ad amorē sui cōditoris inflāmati sunt: quo nisi inter sera

phin numero sortē sue vocationis acceperūt? Sȝ hec fra
tres charissimi me loquēte introrsus vos ad vosmetipsos
reducite/secretorū vestrorū merita/cogitatiōesq̄ discutite
videte si q̄d boni iam vobiscū intus agitis: videte si in nu
mero horū agminū que breuiter tāgendo pstrinximꝰ/sor
tē vestre vocationis inuenitis. Ve autē anime q̄ in se de
his bonis q̄ enumerauimus minime aliq̄d recognoscit:
eiq̄ adhuc vt deteriꝰ imminet/si ⁊ priuatā se donis intel
liget ⁊ nequaq̄ gemit. Quisq̄s ergo talis est fr̄es mei/ge
mēdus est valde: qꝛ nō gemit. Pēsemus ergo accepta ele
ctorū munera: ⁊ virtute qua possumꝰ ad amorē tāte sor
tis anhelemꝰ. Qui in se donorū gratiā minime recogno
scit gemat: q̄ vero in se minora cognoscit/maiora aliis nō
inuideat: qꝛ ⁊ superne iste distinctiōes beatorū spirituū/ita
sunt cōdite vt alie aliis sint plate. Fert̄ vero Dionysiꝰ Areo
Gregori⁹ citat Dionysium. pagita antiquꝰ vez ⁊ venerabilis pr̄ dicere/q̄ ex minori
bus angelorū agminibꝰ foras ad explēdū ministeriū vel
visibiliter/vel inuisibiliter mittūtur: scȝ qꝛ ad humana so
latia: aut angeli/aut archāgeli veniūt. Nā superiora illa
agmina ab intimis nūq̄ recedūt: qm̄ ea que pēminent/
vsum exterioris ministerii nequaq̄ habēt. Cui rei illud vi
Esa.vi. det̄ cōtrariū qd̄ Esaias dicit. Volauit ad me vnus de se
raphin: ⁊ in manu eius calculꝰ quē forcipe tulerat de al
tari: ⁊ tetigit os meū. Sed in hac pphete sentētia vult in
telligi: qꝛ hi spūs q̄ mittūtur/eorū vocabulū pcipiūt/quo
rū officiū gerūt: qꝛ em̄ vt pctā locutionis incēdat/de alta
ri angelus carbonē portat: seraphin vocat̄ qd̄ incēdium
dicit̄. Huic aūt sensui ⁊ illud credit̄ nō incōueniēter opi
Dan.vii. tulari qd̄ p Danielē dr̄. Milia miliū ministrabāt ei: ⁊ de
cies milies cētena milia assistebant ei. Aliud nāq̄ est mi
nistrare: aliud assistere. Hi ministrabāt deo q̄ ad nos nū
tiādo exeunt: assistūt vero qui sic cōtēplatione intima per
fruūtur: vt ad explēda foris opa minime mittant̄. Sȝ qꝛ
¶ Et obtulerūt ei paralyticū iacētē in lectulo Et vidēs inq̄t Iesus fidē illoꝝ dixit paralytico. Cōfide fili/remittunt tibi pctā tua. Audit veniā ⁊ tacet paralytic⁹ nec vllā r̄ndet grām: q: pl⁹ corꝑis q̄ aīe tendebat ad curā ⁊ tꝑales erūnas resoluti corporis sic deflebat/vt eternas penas resolutionis aīe nō defleret: gratiorē sibi p̄sentē vitā iudicās q̄ futurā. Merito christ⁹ offerētiū fidē respicit ⁊ vecordiā sic iacētis respicit/vt fidei aliene suffragio paralytici aīa an̄ curaret q̄ corp⁹. Respiciēs iq̄t fidē illoꝝ. Cernitis in hoc loco fr̄es dñm nō q̄rere: insipiētiū volūtates nō expectare: ignorātiū fidē: nō īfirmi stulta desideria ꝑscrutari/sed alteri⁹ fidei subuenire. Et reuera fr̄es q̄n medicus languentiū aut q̄rit/aut respicit volūtates: cum sꝑ cōtraria desideret ⁊ req̄rat egrot⁹: Hinc est q̄ nūc ferrū/nūc ignē/nūc amara pocula ingerit: ⁊ apponit inuitis/vt curā sani sentiāt/quā sentire nō poterāt egrotantes. Et si hō iiurias despicit/maledicta cōtēnit: vt sauciātis manib⁹ spōte vitā cōferat ⁊ salutē: quātomagis christ⁹ medic⁹ bonitate diuina/morbis saucios pctōꝝ: ⁊ phrenesi criminū laborātes/ad salutē etiā iuitos attrahit ⁊ nolētes. O si velimus fr̄es: o si velim⁹ mētis nr̄e oēs paralyses sꝑ videre: ⁊ animā nostrā virtutib⁹ destitutā/iacere in vitioꝝ stratibus cernerem⁹: luceret nobis quēadmodū christ⁹: q̄ nr̄as quotidie noxias despicit volūtates: ⁊ ad salutaria nos remedia ꝑtrahit/vt purget iuitos.

Remittere pctā est deitatis

Fili inq̄t/remittunt tibi pctā tua. Hec dicēs deū se volebat itelligi: q̄ ꝑ hoīem oculis adhuc latebat humanis.

insigne.

Virtutib⁹ cetē ⁊ signis comparabat ꝓphetis: q: ꝑ ipm fecerāt ⁊ ipsi virtutes. Pctis autē dare veniā/q: penes hoīem nō est: ⁊ est singulare deitatis insigne: deū illū pectoribus inserebat humanis. Probat h̄ pharisaicus liuor: nā cū dixisset/remittunt tibi pctā tua: r̄nderunt pharisei.

Tex.

¶ Hic blasphemat. Quis em̄ pōt pctā dimittere/nisi sol⁹ deus? Pharisee q̄ sciēdo nescis/cōfitēdo negas/cū testaris impugnas. Si de⁹ est q̄ remittit pctā: cur tibi christ⁹ de⁹ nō est: q̄ in vno indulgētie sue munere/toti⁹ mundi ꝓbat abstulisse pctā.

Joā.j.

Ecce inq̄t agnus dei: ecce q̄ tollit pctā mundi. Vt aūt possis maiora capere diuinitatis eius insignia: audi eū pectoris tui penetrasse secretū. Aspice eū ad cogitationū tuaꝝ latebras ꝑuenisse intellige eum cordis tui nudare cōsiliū.

Tex.

¶ Et cū vidisset Iesus cogitatiōes eoꝝ dixit. Quid cogitatis mala in cordib⁹ vestris? Quid est facili⁹ dicere/remittūt tibi pctā tua q̄ dicere/surge ⁊ ambula? Vt sciatis aūt q: fili⁹ hoīs ꝑtātem h̄z dimittēdi pctā: dixit paralytico. Surge tolle lectū tuū: ⁊ vade in domū tuā. Et surrexit ⁊ abijt in domum suā. Scrutator aīoꝝ ꝑuenit mētiū magna cōsilia: ⁊ deitatis sue potētiā opis attestatiōe mōstrauit: dū dissipati corporis mēbra cōponit/neruos stringit/iūgit ossa/cōplet viscera/firmat v̄tutē: regressus ad cursuz suscitat inuiuo cadauere iā sepultos. Tolle lectū tuū: h̄ est/porta portantē/oneris muta vices: vt qđ fuit īfirmitatis testimoniū/fit ꝓbatio sanitatis: vt lect⁹ doloris tui/fit mee curatiōis idiciū vt recepte fortitudinis magnitudinē pōderis asserat magnitudo. Vade (inq̄t) in domū tuā/ne christiana fide curatus in vijs iudaice ꝑfidie iam moreris. Tu autem.

¶ De eadem dñica: Matthei. IX.

¶ In illo tempore: Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit: et venit in ciuitatem suam. Et reliqua. Homilia eiusdem lectionis.

Reator rerum dñs Iesus/postq̄ se ꝓpter nos nr̄a angustauit in carne: cepit habere patriā/cepit esse ciuis iudaice ciuitatis: vt eos de quib⁹ hūanitatē assumpserat/ad credendum sibi inuitaret: amore ⁊ charitate suaderet/⁊ affectuosa humanitate attraheret. Loquens ḡ sanctus euāgelista Mattheus de domino Iesu dicit.

Tex.

¶ Quia ascendens in nauim transfretauit/hoc est trans fretum abijt. Fretum dicitur angustū mare/a feruore scz ⁊ ebullitione q̄m mare ibi ampli⁹ feruet vbi angustius habetur. Fretū autem hoc loco mare Galilee debem⁹ intelligere: quod dñs frequēter trāsnauigabat: vt multitudinē incolarum circūquaq̄ habitantiū/sua assidua p̄dicatione ad salutez īuitaret. Ciuitas aūt dñi ſm carnē nazareth fuisse dr̄ cōceptione pariter ⁊ nutrimēto eius decorata. Questio sane inter Marcū ⁊ Mattheū oborit. Q: Marc⁹ dicit h̄ ipm miraculū paralytici in Capharnaū factū.

Mar.ij.

Mattheus v̄o ita narrat: q̄si veniēte dño ī ciuitatē suā quā Nazareth dixim⁹/obtulerūt ei paralyticū: quē ⁊ curauit. Que questio difficili⁹ solueret si Matthe⁹ ī h̄ loco etiā Nazareth noīasset.

Questio euāgelica soluitur.

Sz q: Nazareth ⁊ Capharnaū ciuitates vtreq̄ ī Galilea ꝓuincia habēt: veniēs dñs ī Galileā/rectissime ī ciuitatē suā venisse dr̄/ī q̄cūq̄ oppido Galilea fuisset. Nā ⁊ ipa Galilea: tota vez ꝓuincia pōt dici ciuitas christi. Siq̄dē ⁊ illud regnū iudeoꝝ numerosis ciuitatib⁹ quōdā amplissimū/vna dom⁹ isrl̄ dr̄: nedū etiā vna ciuitas dicat. Et hoc q̄d necesse est longius ꝑtrahere? Ipa etiā christi eccl̄ia q̄ ꝑ totū orbē diffusa est ciuitas appellat. Dicit em̄ ps̄ Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Cum ḡ dñs hoc signū (sicut Marc⁹ dicit) ī Capharnaū fecit: nō ē dubiū q̄ ī sua ciuitate h̄ fecerit. Presertim q: ⁊ ipa Capharnaū in Galilea q̄ erat ꝓuincia dñi ita excellebat: vt tāq̄ metropolis haberet. Alio q̄ modo hec q̄stio a doctorib⁹ soluit: vt qđ dicit Matthe⁹ euāgelista trāsfretasse dñz/⁊ venisse in ciuitatē suā/ꝑtermiserit q̄d ibi fecerit dñs: ⁊ trāsierit ad sequēs miraculū/qđ factū est de paralytico ī Capharnaū. Marcus em̄ totū ex ordīe quō gestū sit narrat. Vel certe ideo Capharnaū ciuitas dñi dr̄: q: in ea vel in finib⁹ eius assidue p̄dicauerit: ⁊ maxima miracula opatus sit: sicut ipse dñs alibi ꝑ semetipm illi ip̄operās dicit.

Mat.xj.

Ve tibi Capharnaū: q̄ vsq̄ ad celū exaltata es/clarificatiōe. s. miraculoꝝ meoꝝ: vsq̄ in infernū detraheris. Q: si in Tyro ⁊ Sidone facta fuissent q̄ in te facta sunt: olim in cinere ⁊ cilicio penitētiā agerēt.

Tex.

¶ Et ecce offerebāt ei paralyticū iacētem in lecto. Paralysim greci dicūt dissolutionē mēbrorū: qui morb⁹ partem corporis quā occupauerit/officijs vniuersis funditus destituit: plerūq̄ vero ⁊ totū corpus inua-

Tex.

dit. ¶ Et vidēs Iesus fidē illoꝝ dixit paralytico. Cōfide fili/dimittunt tibi pctā tua. Hec dicēs deū se volebat itelligi: q: adhuc ꝑ humanitatē latebat hoīes: vt vez per hoc q̄ pctā dimittere poterat: qđ solūmō dei esse cōstat ⁊ non hoīs/ad credulitatē fidei accedere nō dubitarēt. Intuendū aūt quātū impetrare valeat fides vniuscuiusq̄ ꝓpria: si tātū aliena valuit/vt suo interuētu alteri salutē mētis ⁊ corporis subito ꝓmereri potuerit. Nō em̄ ait euāgelista dñs vidisse fidē illius q̄ portabat: sed eoꝝ poti⁹ q̄ hunc offerebant. Qua in re magna quidē ⁊ vtilis nobis cōmēdatur humilitas vt veraciter credam⁹ ꝑ eoꝝ q̄ deo accepti sunt intercessionē adiuuari eos/q̄ aut min⁹ digni sunt ꝑ se exaudiri: aut etiā ꝓpe infirmitatis cōscij/bonoꝝ hoīm se intercessioni cōmēdāt: vt eoꝝ opere et tꝑale ⁊ sp̄uale a deo auxiliū cōsequātur.

Dignatio christi irimatur.

Cōfide inquit dñs fili. Miranda est humilis in redēptore nostro dignatio: q̄ hoīez inualidū ⁊ in toto corpore tabefactū filium vocare dignat: quē scribe ⁊ pharisei nec dignabātur attingere. Qđ si ad op⁹ diuinū qđ in hoīe gerebat attēdim⁹: merito filiū vocat quem a pctis absoluit. In hoc etiā q̄ curaturus a sua infirmitate hoīez/p̄us pctā illi dimittit q̄bus eādē infirmitatē cōtraxit: ⁊ postea eū sanitate restituit: ostēdit eū ob meritū culparū dānatum fuisse debilitate mēbroꝝ: nec aliter posse euadere egritudinē corporis: nisi prius liberaret ab infirmitate incōmoda cordis. Dimittunt inquit tibi pctā. Audiēs paralyticus veniā delictoꝝ sibi a dño repromitti: nō aliquid christo respondet: nec gratiā vel laudē illi rependit: q: scz plus corporis q̄ aīe desiderabat salutē: ⁊ gratiorē sibi presentē vitā iudicabat q̄ futurā. Sed christus nō vecordiā iacentis respicit: immo fidē offerentiū intendēs ingrato peccata dimittit. Et q: semꝑ virtutibus inuidia comes est: audiam⁹ q̄d sequit.

Tex.

¶ Hic blasphemat. Nouo ce oīs hoc dixerunt: sed in secreto cordis. Qđ manifestat euangelista cū dicit. Et cum vidisset Iesus cogitationes eoꝝ dixit. Vt q̄d cogitatis mala in cordib⁹ vestris? Quid autem vocaret blasphemiā/Marcus manifestius exponit/dicens.

Mar.ij.

Et cogitabāt inquit quidā de scribis in cordibus suis dicentes. Quis potest peccata dimittere/nisi solus deus? Legerant siquidē scriptum in ꝓphetis/dicēte dño. Ego sum qui deleo iniq̄tates tuas.

Esa.xliij

Et iam indignabantur q̄ christus quē purū hominē existimabant: paralytico pctōꝝ veniā ꝓmisisset tāq̄ deus. Quis ḡ nesciētes verū dicunt scribe ⁊ pharisei: q: nemo poterat pctā dimittere/nisi solus deus: qui ꝑ eos quoq̄ dimittit q̄bus potestatem dimittendi tribuit. Et ideo christ⁹ verus deus esse ꝓbatur: q: pctā q̄bus vult dimittere valet.

Tex.

¶ Et cū vidisset Iesus cogitatiōes eoꝝ. Scrutator animoꝝ de⁹ preueniens mentiū mala cōsilia/ostēdit scribis ⁊ blasphemantib⁹ se deū esse: qui pōt etiā occulta cordis eoꝝ euidenter agnoscere: ⁊ quasi tacens loquit.

Insigne deitatis christi.

Vt cognoscatis me veraciter deū esse: manifestū vobis sit latebras etiaz cogitationū vestrarū me apertissime cognoscere. Ea ergo ꝑtāte deitatis qua cogitatiōes vestras intueri valeo/cognoscite etiā hoīb⁹ pctā me posse dimittere.

Tex.

¶ Quid est facili⁹ dicere: dimittuntur tibi pctā/an dicere: surge et ambula? Vtrū paralytico pctā fuerint dimissa/sol⁹ christ⁹ nouerat qui dimittebat. Surgētē aūt ⁊ ambulantē illū/oēs q̄ assistebant visu approbare poterant. Et ideo dñs carnale signū sanitatis extrinsec⁹ operat⁹ est: vt sp̄uale signū/h̄ est veniā pctōꝝ intrinsecus ꝓbaret fecisse.

Tex.

¶ Vt sciatis autez q: filius hoīs h̄z ꝑtātem in terra dimittendi pctā: tunc ait paralytico. Surge. Patet q: ⁊ si deus est: q̄ quātum distat occasus ab oriente/longe fecit a nobis iniq̄tates nostras ⁊ filius hoīs habet ꝑtātem dimittendi pctā: q̄ idē ipse est christ⁹ ⁊ deus ⁊ filius hoīs. Deus qui ꝑ diuinitatē pctā dimittit. Filius hoīs qui ꝑ humanitatē pro pctōribus mori potuit.

Tex.

Q: aūt dicit/tūc ait paralytico/verba sunt euāgeliste.

Tex.

¶ Tolle ait lectū tuū: hoc est porta portantē te: vt qđ fuit testimoniū infirmitatis/fit ꝓbatio sanitatis. ¶ Et surrexit ⁊ abijt in domū suā. Inter dictū dñi ⁊ factū nulla distantia est. Ipse em̄ dixit ⁊ facta sunt: ipse mādauit ⁊ creata sunt. Et oīa quecūq̄ voluit fecit. Inter dicere autē nostrū ⁊ facere/plurima distantia est: q: facile q̄dem loq̄ possumus/sed cū labore operamur. Christi vero dictum mox opera comitant: q̄m ipe dixit ⁊ facta sūt. Ait ergo: Quid est facilius dicere/dimittūtur tibi pctā tua/an dicere: surge ⁊ ambula? Ac si dicat. Sicut facile est mihi dicere paralytico surge/⁊ cōtinuo surgit: sic facile est dicere/dimittūtur tibi pctā: ⁊ cōtinuo dimittūtur. Vidētes turbe. i. populi signū qđ fecerat/timuerūt deū: ⁊ glorificauerūt eū qui dedit ꝑtātē talē hoībus. s. vt hō inter hoīes positus posset sanitatē cuicūq̄ vellet tribuere. Cōfutatis igitur illis qui dñm blasphemie arguebāt/merito stupētes turbe/in laudē creatoris ꝓsiliunt. Ad cui⁹ imperiū nulla interueniēte mora: festina salus totū hoīem repente possedit.

Moralis doctrina elicit

Ex curatione aūt istius paralytici: datur nobis intelligi pleraq̄ incōmoditates hoīb⁹ ꝓpter pctā cōtingere. Quinq̄ siq̄dem differentie causaꝝ tradunt: ꝑ q̄bus corporib⁹ humanis tꝑales molestie diuinitus iferūtur. Aut em̄ ad augēda merita ꝑ patientiā electi infirmitate corporis grauantur: vt beato Iob ⁊ Tobie contigit. Aut ad custodiā v̄tutū ne supbia tentante deijciant: sicut aplō Paulo dat⁹ est stimul⁹ carnis: ne magnitudine reuelationū extolleret.

j.Co.xij

Aut ad intelligenda ⁊ corrigēda pctā: sicut Maria soror Aaron ꝓpter temeritatis verba lepra ꝑcussa est: sicut etiā paralyticus de quo agimus: qui vt potuisset curari/ꝑmū remissione pctōꝝ indiguit.

Nūe.xij

Aut ad gloriā dei: sicut infirmitas Lazari non ad mortē: sz ꝑ glīa dei fuit.

Joan.xj.

Aut ad inchoationem eterne dānatiōis: qđ ꝓprie reproboꝝ est: sicut Antiochus ⁊ Herodes: qui qđ in gehēna passuri erant/p̄senti miseria cūctis ostēdebāt: q̄bus illud cōuenit ꝓpheticū Et duplici cōtritiōe contere eos.

Hiere.xvij.

Vn̄ q̄m qua cā flagellemur scire nō possum⁹: necesse est vt in oībus aduersis q̄ tēporaliter patimur/humiliter dño grās agam⁹. Et q̄cq̄d nos peccasse depꝑhēderim⁹/humili satisfactiōe purgem⁹ vt q̄nq̄ de attributis diuine pietatis b̄ficijs/ꝑfecte gratulemur. Hec curatio paralytici a saluatore mirabilr̄ patrata: iuxta l̄ram manifesta est. Sz q: ī hūanis actib⁹ christi diuina semper latent mysteria: considerandum quid transfretatio dñi in suam ciuitatem allegorice significet. Ait enim euangelista. Ascendens Iesus in nauiculā trāsfretauit: ⁊ venit in ciuitatem suā.

Mat.ix

Superi⁹ sanctus Mattheus narrauit: q: dñs postq̄ in mari dormiuit: atq̄ excitatus tēpestates sedauit: venit in regionē Gerazenorum vbi hominē curauit: quē legio demonū inuaserat: mox q̄ sicut presens lectio narrat adiungit: q: ascēsa naui trāsfretauit/⁊ venit in ciuitatē suā.

Allegorie pulchre tractantur.

Allegorice per nauiculā quā dñs ascendit significat crux dñice passionis in quam dñs ipse ascendit/vel ipm corp⁹ dominicū quod in ea pepēdit Vel specialiter anima vniuscuiusq̄ fidelis: siue generaliter vniuersa sancta ecclesia. Per mare autem qđ dñs trāsfretauit/designatur presens seculum: qđ frequentissimis tribulationū angustijs quasi quibusdā ꝓcellis cōmouet. Per Nazareth vero ciuitatem: in qua dñs conceptus et nutritus fuit: que interpretatur flos siue custodia: nō immerito designatur sancta ecclesia/hoc est multitudo electoꝝ: que ne florem fidei aut boni operis fructū amittat: grā dei mūdat a sordib⁹ vitioꝝ/⁊ custodit ab incursu insidiantium demonū. Q: ergo dñs postq̄ in mari dormiuit regionē Gerazenorū adijt: atq̄ inde reuertens/in patriā suam remeauit: significat: quia resurgēs a somno mortis ad populum gentiū/ab incursu demonū curandū ꝑ apostolos transiuit. Sed cum intrauerit plenitudo gentium mox ad ciues suos iudeos per illius temporum p̄dicatores reuertetur. Ibi curauit paralyticū populū. s. iudeorū a peccatis/tam originalibus q̄ actualibus: emundando omnes qui preordinati sunt ad vitam eternā. Iteruz alio modo. Ascendēs domin⁹ in nauim transfretauit: ⁊ venit in ciuitatem suam. Qui ascendēs in crucez: que designat per nauim: post deuictos ⁊ calcatos fluctus perturbatio-

nū istius seculi venit in ciuitatē suā.i.ecclīam/q̄ testante
psal.ciuitas dei vocatur.Gloriosa inq̄t dicta sunt de te/ci
uitas dei.In q̄ loco noīe ciuitatꝫ ecclīa:hoc est multitudo
significat̄ electoꝝ.Tūc aūt dn̄s in ciuitatē suā.i.ecclīā ve
nit:cū p p̄dicationē aploꝝ in cordibꝰ electoꝝ ascēdit.Cuꝫ
em̄ sancti apl̄i auditores suos ad hāc fidē sua p̄dicatione
pducebāt/vt crederēt diuinitatē filij dei in vtero virginis
hūane infirmitati sociatā:ꝛ in eadē carne natū:crucifixū
atqꝫ sepultū/ꝛ tertia die resurrexisse:ac idē corpꝰ ad celuꝫ
assumpsisse:ꝛ in eo ad dexterā patris in celestibus cōsede
re:atqꝫ in eo rediturū in fine seculi ad iudicādos viuos ꝛ
mortuos.Itē christꝰ in sancta ecclesia/ꝫ est in cordibꝰ cre
Tex.
dentiū p fidē ascendit.¶Et ecce offerebāt ei paralyticū
Paralysis spiritualisque fit.
Paralyticus iste in loco iacēs:moraliter significat aīam
infelicem:q̄ in delectatione pctī tāq̄ in lecto quodā mise
rabiliter requiescit.Cuiꝰ paralytici curatio designat cura
tionē ac reparationē eiusdē languētis aīe:q̄ post lōgū er
rorē carnalis voluptatis/ad creatorem suū reuerti deside
rat.Sed ꝛ aīa vt saluari queat:ꝓprijs indiget portatori
bus/hoc est bonis doctoribꝰ/q̄ sua doctrina spem salutis
ei subministrēt:ꝛ sua scītate opē intercessionis corā dn̄o
Mar.ij.
impendāt.Qui bn̄ vt Marcus ostēdit q̄tuor fuisse repe
riūtur:ꝓpter quatuor vcꝫ libros euangelioꝝ:q̄bus cōstat
fundamentū totius doctrine:siue propter quatuor princi
pales virtutes/q̄bus sanitas vniuscuiusqꝫ cōstat aīe:pru
dentiā.s.fortitudinē/tēperantiā atqꝫ iustitiā:q̄ ab alijs no
minant̄ sobrietas/sapiētia/fortitudo/atqꝫ iustitia:q̄bꝰ vti
lius nihil est in vita humana.Quecūqꝫ em̄ aīa doctrina
quatuor euāgelioꝝ fuerit imbuta:ꝛ his q̄tuor virtutibus
suffulta/merebit̄ a dn̄o integrā sanitatē recipere adeo vt
surgat/lectū suū tollat/ꝛ ad domū redeat.Unde ꝛ subdi
Tex.
tur.¶Surge tolle lectū tuū:ꝛ vade in domū tuā.Per le
ctū designat̄ corpꝰ cuiuslibet hominis.Sic em̄ aīa in cor
pore quēadmodū in stratu suo requiescit.Uel certe p le
ctū proximus noster intelligit̄:ad queꝫ tēpore tribulatio
Tex.
nis ꝛ angustie tāq̄ ad repēsandū securi recurrimꝰ.¶Et
surrexit et abijt in domum suam magnificans deum.Fe
cit dn̄s signum hoc tūc in paralytico corporaliter:facit et
hoc quotidie in sancta ecclesia spiritualiter.Sicut enim
p̄cepit paralytico vt surgeret/ꝛ portaret lectū suuꝫ a quo
portatꝰ fuerat:ita quotidie nobis in vitijs carnalibꝰ tāq̄
delectabiliter in lecto iacentibꝰ iubet diuinitus vt surga
mus.Et postq̄ a pctīs surreximus:imperat vt infirmita
tes q̄ꝫ alioꝝ:siue corporum siue morum portare curemus
quēadmodū ꝛ nos tempore nostre infirmitatis a fratri
bus portati sumus.Et qm̄ per lectū carnē etiā significari
diximꝰ:imperat etiā surgentibꝰ vt lectulū nostrum porte
mus:hoc est vt carnē nostrā q̄ nos portauit ad vitia/nos
Bonoꝝ est malos sustinere.
reportare studeamus ad virtutē continentie:vt que nos
leta traxit ad culpā/afflicta reducat ad veniam.Imperat
autem hoc nobis dn̄s quotidie per semetipsum:hoc est p
annūtiationē euāgelij:p dicta ꝓphetarū:ꝛ p varia ad di
uersa sanctorū exempla.Ait ḡ dn̄s paralytico.Surge tol
le lectū tuū.Ac si aīe dicat in pctīs iacēti.Surge de vitijs
scꝫ carnis ad virtutes spūales:ꝛ porta lectū tuum/hoc est
carnē corporis tui:q̄ te portauit ad pctm̄ ꝛ culpā/reporta
ad veniā.Uel porta lectū tuū.i.fratrē tuū/a quo ꝛ tu por
tatus es:ꝛ vade in domū tuā.i.q̄ p diuersa vitioꝝ flagitia
oberrasti reuertere ad custodiā tui.Domū quippe redire
est vnūquēqꝫ errantē ad custodiā sui reuerti:ꝛ semetipm
in mandatis sui creatoris cōstringere:vt totꝰ hō/interior
vcꝫ ꝛ exterior deo possit placere.Domus etiā nostra intel
ligitur paradisus:a quo q: per incōtinētiā cecidimus/ne
cesse est vt p cōtinentiā redeamꝰ.Sed dū talis aīa q̄ pctīs
lāguerat/recurrit ad veniā:fit plerūqꝫ vt ꝫ multi vidētes
Tex.
in dei laude exardescāt.Un̄ ꝛ ꝫ subdit̄.¶Quia vidētes
turbe timuerūt ꝛ glorificauerūt deū/q̄ dedit ptātem talē
hoībus.Hoībus dicit vel paralytico.s.q̄ debilitate corpo
ris cōfectus/ad iussionē christi statim resurgere potuit et
lectū portare:vł potiꝰ dn̄o nr̄o Jesu christo/q̄ solo sermōe
sanitatē aīe simul ꝛ corpis homini mēbrīs dissoluto resti
tuere valuit.Simili mō ꝛ in aīa hoīs languētis spūaliter
fit.Nam dū is q̄ diutius iacuerat ad veniā recurrere con
spicit̄:multi infideliū glorificant deū:qui dat ptātem talē
hoībus:vt post lōgā vitioꝝ calamitatē/resurgere valeāt
ad salutē aīarū.Nā quādocūqꝫ sanitas:siue in corpore si
Mat.j.
ue in anima accidit/ab ipso tribuitur.Unde ꝛ ipse Jesus
qui ꝛ saluator vocatur:quoniam ipse saluum facit popu
lum suum a peccatis coꝝ.Qui viuit ꝛ regnat cum patre
ꝛ spiritusancto/per omnia secula seculorum.Amen.

¶Dn̄ica vicesima Mat.XXII.

**¶In illo tempore:Dicebat Jesus turbis para
bolam hanc.Simile factum est regnuꝫ celorum
homini regi:q̄ fecit nuptias filio suo.Et reliqua.
Homilia venerabilis Bede:ꝫm aliquos Grego.**

Textum lectionis euā
gelice fratres charissimi volo si possuꝫ sub breui
Lu.xiiij.
tate transcurrere/vt in fine eiꝰ valeā ad loquendum lar
gius vacare.Sed querendū prius est:an hec apud Mat
theum ipsa sit lectio:que apud Lucā sub appellatione ce
ne describitur?Et quidē sunt nonnulla q̄ sibi dissona esse
videntur:q: hic prandium/illic cena memorat̄:hic qui ad
nuptias non dignis vestibꝰ intrauit repulsus est:illic nul
lus qui intrasse dicitur repulsus esse ꝓhibet̄.Qua ex re
recte colligit̄/q̄ꝛ hic per nuptias presens ecclesia:ꝛ illic p
cenam eternū ꝛ vltimū conuiuiū designat̄:q: ꝛ hanc no
nulli exituri intrant:ꝛ ad illam quisquis semel intrauerit
vlterius nō exibit.At si quis forte cōtēdat hanc eandem
esse lectionem:ego meliꝰ puto(salua fide)alieno intelle
ctui cedere/q̄ cōtētionibꝰ deseruire:qm̄ ꝛ itelligi cōgrue
forsitan pōt:q: de ꝓiecto eo qui cū nuptiali veste nō vene
rat:qđ Lucas tacuit/Matthęꝰ dixit.Qđ v̄o p illū cena
p hūc autē prādiū d̄r:nequaq̄ vel hoc nostre intelligentie
obsistit:q: cū ad horā nonā apud antiquos quotidie prā
diū fieret:ipm q̄ꝫ prādiū cena vocat̄.Sepe aūt iā memini
Esa.lxvj.
q̄ plerūqꝫ in sancto euāgelio regnū celoꝝ p̄sens ecclīa no
Sap.vij.
minat̄.Cōgregatio quippe iustorū regnū celoꝝ d̄r.Quia
j.Cor.j.
em̄ p ꝓpham dicit dn̄s.Celū mihi sedes est.Et Salomō
ait.Aīa iusti sedes sapiētie.Paulꝰ etiā dicit:christū dei vir
tutē ꝛ dei sapiētiā.Liquide colligere debemꝰ:q: si christꝰ
dei sapiētia/aīa aūt iusti sedes sapiētie:dum celū d̄r sedes
dei:celū ḡ est aīa iusti.Hinc per ps̄.de sctīs p̄dicatoribus
d̄r.Celi enarrāt gl̄iam dei.Regnū ḡ celoꝝ est ecclīa iusto
rum:q: dum coꝝ corda in terra nil ambiūt:per hoc q̄ ad
superna suspirant/iam in eis dn̄s q̄si in celestibus regnat
Tex.
Dicat̄ ḡ.¶Simile est regnum celoꝝ homini regi/q̄ fecit
nuptias filio suo.Jam intelligit charitas vestra quis est
iste rex regis filij pater:ille nimirū cui ps̄.ait.Deꝰ iudiciū
tuū regi da/ꝛ iustitiā tuā filio regis.Qui fecit nuptias fi
lio suo.Tūc em̄ deus pater deo filio suo nuptias fecit:qn̄
Nuptie allegorice exponuntur.
hunc in vtero virginis humane nature cōiunxit:qn̄ deuꝫ
ante secula voluit fieri hominē in fine seculoꝝ.Sed q: ex
duabus psonis fieri solet ista nuptialis cōiunctio:absit ꝫ
ab intellectibus nostris vt psonā dei ꝛ hoīs redemptoris
nr̄i Jesu christi ex duabꝰ psonis credamꝰ vnitam.Ex dua
bus quippe atqꝫ in duabꝰ hūc naturis existere dicimꝰ:sed
ex duabus personis cōpositum credi/vt nefas vitamus.
Aptius igit̄ atqꝫ securius dici pōt:q: in hoc pater regi fi
lio nuptias fecit:quo ei p incarnationis mysteriū sanctaꝫ
ecclīam sociauit.Uterꝰ aūt genitricis virginis huiꝰ spōsi
thalamus fuit.Unde ꝛ Ps̄.dicit.In sole posuit taberna
culum suū:ꝛ ipse tāq̄ sponsus procedens de thalamo suo
Tāq̄ sponsus quippe de thalamo suo ꝓcessit:q̄ ad cōiun
gendā sibi ecclīam incarnatꝰ deꝰ/de incorrupto vtero vir
ginis exiuit.Misit ḡ seruos suos vt ad istas nuptias ami
cos inuitarent.Misit semel/misit iterū:q: incarnationis
dn̄ice p̄dicatores:ꝛ prius ꝓphetas:et postmodum aplos
misit.

misit.His itaqꝫ seruos ad inuitandū misit:q: incarnatio
nē vnigeniti/ꝛ p ꝓphetas dixit futurā/ꝛ p aplos nuntia
Tex.
uit factā.Sed q: hi q̄ prius inuitati sunt/ad nuptiarū cō
uiuiū noluerūt venire:in scđa inuitatione iam d̄r.¶Ec
ce prādiū meū paraui:tauri mei ꝛ altilia mea occisa sunt
et oīa parata.Quid in tauris ꝛ altilibus fratres charissi
mi:nisi noui ꝛ veteris testamēti p̄res accipimus?Quia
em̄ vulgo loquor:etiā ipsa me necesse est v̄ba euāgelice
Leui. xix.
lectiōis explanare.Altilia em̄ saginata dicimꝰ ab eo qđ
est alere:altilia quasi alitilia vocamꝰ.Cū v̄o in lege scri
ptū sit.Diliges amicū tuū ꝛ odio habebis iīmicū tuū.Ac
cepta tūc iustis licentia fuerat:vt dei suosqꝫ aduersarios
quāta possent virtute cōprimerēt:eosqꝫ iure gladij ferirēt
Lu.vj.
Qđ in nouo ꝓculdubio testamēto cōpescit̄:cū p semetip
sam veritas p̄dicat dicēs.Diligite inimicos vestros:bn̄fa
cite his q̄ oderūt vos.Quid ergo p tauros nisi p̄res testa
menti veteris significant̄?Nā cū ex pmissiōe legis accepe
rāt:q̄tenꝰ aduersarios suos odij retributiōe pcuterēt(vt
Cōparatio patrū vtriusqꝫ testamēti.
ita dicā)quid aliud q̄ tauri erāt/q̄ inimicos suos v̄tutis
corporee cornu feriebāt?Quid v̄o p altilia/ nisi p̄res no
ui testamēti figurant̄?Qui dū grām pinguedinis inter
ne pcipiūt:eternis desiderijs innitētes/ad sublimia cōtē
platiōis sue pēna subleuātur.In imo quippe cogitatio
nē ponere qđ est aliud q̄ q̄dā ariditas mētis?Qui autē
intellectu celestiū iā p sctā desideria de supnis delectatio
nis intime cibo pascunt̄:q̄si largiori alimēto pinguescūt
Hac em̄ pinguedine saginari ps̄.cōcupierat/cū dicebat.
Sicut adipe ꝛ pinguedine repleat̄ aīa mea.Quia ergo
p̄dicatores dn̄ice incarnatiōis missi/psecutionē ab īfide
libꝰ/ꝛ prius ꝓphete/et postmodū sctī apl̄i ptulerūt:inui
tatis vt venirēt nolētibꝰ d̄r.Tauri mei ꝛ altilia occisa sūt
et oīa parata.Ac si apertiꝰ dicat̄.Patrū p̄cedētiū mores
aspicite:ꝛ remedia vite v̄re cogitate.Notādū v̄o q̄ priori
inuitatiōe nil de tauris et altilibꝰ dicitur.In secunda au
tē iam tauri et altilia mactata esse memorant̄:q: ops deꝰ
cū v̄ba eiꝰ audire nolumus/adiūgit exēpla:vt oē qđ im
Tex.
possibile credimꝰ:tanto nobis ad sperandū fiat facilius:
quāto p hoc trāsisse iam ꝛ alios audimꝰ.Sequit̄.¶Illi
autē neglexerūt ꝛ abierūt:alius in villā suā/alius v̄o in
negotiationē suā.In villā ire/est labori terreno immode
ratius incūbere.In negotiationē v̄o ire/est actionū secu
lariū lucris inhiare.Quia em̄ alius intentꝰ labori terre
no/alius mūdi huiꝰ actionibꝰ deditus:mysteriū dn̄ice in
carnatiōis pēsare/ꝛ scđm illud viuere dissimulat:q̄si ad
villā vel negotiū pgēs/venire ad nuptias regis recusat.
Tex.
Et plerūqꝫ qđ est grauiꝰ:nōnulli vocātis grām/nō solum
respuūt:sꝫ psequūtur.Un̄ ꝛ subdit̄.¶Reliqui v̄o tenue
rūt seruos eiꝰ/ꝛ cōtumelijs affectos occiderūt.Sed rex
ista cognoscēs/missis exercitibꝰ pdidit homicidas illos:
ꝛ ciuitatē illoꝝ succēdit.Homicidas pdidit:q: psequētes
interimit.Ciuitatē coꝝ igni succēdit:q: illorū nō solū aīe
sed caro q̄ꝫ in qua habitauerāt/eterna gehēne flāma cru
ciatur.Missis exercitibꝰ extinxisse homicidas d̄r:q: in ho
minibꝰ oē iudiciū p angelos exhibet̄.Quid nāqꝫ sunt illa
angeloꝝ agmina/nisi exercitꝰ regis nostri?Un̄ ꝛ isdē rex
dn̄s sabaoth dicitur.Sabaoth quippe exercituū interp̄
tatur.Ad perdēdos ergo aduersarios suos exercitꝰ mit
Memoria martyrū celebris.
tit/nimirū q: dn̄s vindictā per angelos exercet.Cuiꝰ vin
dicte potētiā tūc p̄res nostri audiebāt:nos aūt iam cerni
mus.Ubi sunt em̄ supbi illi martyrū psecutores?Ubi illi q̄
cōtra cōditorē suū ceruicē cordis erexerant:ꝛ de huiꝰ mū
di gloria mortifera tumebāt?Ecce iam mors martyrum
floret in fide viuētiū:ꝛ hi qui contra illos de crudelitate
sua gloriati sunt:nequaq̄ ad memoriā nostrā veniūt/vel
in numero mortuorū sunt.Rebus ergo cognoscimꝰ/qđ
in parabolis audimus.Sed is q̄ inuitantē se cōtēni con
spicit:regis filij sui nuptias vacuas nō habebit.Ad alios
mittit:q: etsi apud aliquos laborat verbum dei:qn̄qꝫ tn̄
sermo dei inuenturus est vbi requiescat.Unde et subdit̄.
Tex.
¶Tūc ait seruis suis.Nuptie quidē parate sunt sed qui
inuitati erāt nō fuerūt digni.Ite ergo ad exitus viarū:et
quoscūqꝫ inueneritis vocate ad nuptias.Si in scriptura
sacra vias actiones accipimꝰ/exitꝰ viarū intelligimꝰ de
fectꝰ actionū:q: illi plerūqꝫ facile ad deū veniūt:quos in
Tex.
terrenis actiōibꝰ ꝓspera nulla comitant̄.Sequit̄.¶Et
egressi serui eiꝰ in vias cōgregauerūt oēs quos iuenerūt
bonos ꝛ malos:ꝛ iplete sūt nuptie discūbētiū.Ecce iā ip
sa q̄litate cōuiuātiū apte ostēdit̄:q: p has regis nuptias
presens ecclesia designat̄:in qua cū bonis ꝛ malis cōue
niūt.Permixta quippe est diuersitate filioꝝ:q: sic oēs ad
fidē generat/vt tn̄ oēs p imitationē vite ad libertatē spi
ritualis grē culpis exigētibꝰ non pducat.Quousqꝫ nāqꝫ
hic viuimus/necesse est vt viā p̄sentis seculi pmixti pga
Mūdꝰ bona ac mala mixta hꝫ
mus:tūc aūt descernimur cū puenimꝰ.Boni em̄ soli nus
q̄ sūt nisi in celo:ꝛ mali soli nusq̄ sūt nisi in inferno.Hec
aūt vita q̄ inter celū ꝛ infernū sita est/sicut in medio sub
sistit:ita vtrarūqꝫ partiū ciues cōiter recipit:q̄s tn̄ sctā ec
clesia ꝛ nūc indiscrete suscipit:ꝛ postmodū in egressione
discernet.Si ḡ boni estis/q̄diu in hac vita subsistitis/eq̄
nimiter tolerate malos.Nā quisq̄s malos nō tolerat/ipe
sibi p intolerātiā suā testis est/q: bonꝰ nō est.Abel em̄ es
se renuit/quē Cain malitia nō exercet.Sicꝫ in tritura aree
grana sub paleis p̄mūtur:sic flores inter spinas oriūtur:
ꝛ rosa q̄ redolet/crescit cū spina q̄ pūgit.Duos quippe fi
lios habuit p̄mꝰ hō:vnꝰ hoꝝ electꝰ est/alter reprobꝰ fuit.
Tres filios Noe arca cōtinuit:sꝫ ex his duo electi/ꝛ vnꝰ
reprobꝰ fuit.Duos filios habuit Abraā:sꝫ vnꝰ electꝰ/ꝛ al
ter reprobꝰ fuit.Duos Isaac filios habuit:sed vnꝰ electꝰ
est/ꝛ alter reprobatꝰ.Duodecim filios habuit Jacob:sed
ex his vnꝰ p innocētiā vēditꝰ est:alij v̄o p malitiā vēdito
ris fratris fuerūt.Duodecim apl̄i sunt electi:sed vnus in
his admixtus est q̄ ꝓbaret:vndecim q̄ ꝓbarent̄.Septē
sunt diacones ab apl̄is ordinati:sed sex in fide recta pma
nētibꝰ vnꝰ extitit auctor erroris.In hac ergo ecclesia nec
mali esse sine bonis/nec boni sine malis esse possunt.An
teacta itaqꝫ tpa f̄res charissimi ad mentē reducite:ꝛ vos
ad maloꝝ tolerātiā roborate.Si em̄ filij electoꝝ sumus:
restat necesse est vt p eorū exēpla gradiamur.Bonus em̄
non fuit/q̄ malos tolerare recusauit.Hinc nāqꝫ est qđ de
Job. xxx.
seipso btūs Job asserit/dicēs.Frater fui draconū ꝛ sociꝰ
Cañ.ij.
struthionū.Hinc p salomonē spōse voce sctē ecclīe d̄r.Si
Eze.ij.
cut liliū inter spinas:sic amica mea inter filias.Hinc ad
Ezechielē dn̄s dicit.Fili hoīs/increduli ꝛ subuersores sūt
tecū:ꝛ cū scorpionibꝰ habitas.Hinc petrꝰ beati Loth vi
tā glorificat:dicēs.Et iustū loth oppssum a nefandoꝝ in
iusta cōuersatiōe eruit.Aspectu em̄ ꝛ auditu iustus erat:
habitās apud eos q̄ de die in diem aīam iustā iniq̄s operi
bus cruciābāt.Hinc paulꝰ discipuloꝝ vitā ꝛ laudat ꝛ ro
borat dicēs.In medio nationis praue ꝛ puerse:inter q̄s
lucetis sicut luminaria ī mūdo/v̄bū vite cōtinētes.Hinc
Joannes Pergami ecclīe testat̄ dicēs.Scio vbi habitas
vbi est sedes sathane:ꝛ tenes nomē meū:et nō negasti fi
dē meā.Ecce f̄res charissimi:pene oīa pcurrēdo cognosci
mus:q: bonꝰ nō fuit quē maloꝝ prauitas nō ꝓbauit.Ut
Ecclesia arce Noe cōparat̄.
em̄ ita loquar/ferrū aīe nostre nequaq̄ pducit̄ ad subli
mitatē acuminis:si hoc nō craseri alienē lima prauitatꝫ.
Terrere aūt nos nō dꝫ ꝫ q̄ in ecclīa ꝛ multi mali/ꝛ pauci
sunt boni:q: arca in vndis diluuij/q̄ huiꝰ ecclīe typū ges
sit:ꝛ ampla in inferioribꝰ/angusta in supioribꝰ fuit:q̄ in
summitate etiā sua ad vniꝰ mēsurā cubiti excreuit.Infe
rius quippe bestias/q̄drupedia/atqꝫ reptilia:superiꝰ v̄o
aues ꝛ hoīes habuisse credēda est.Ibi lata extitit/vbi be
stias habuit:ibi angusta/vbi hoīes seruauit.Quia nimi
rū sctā ecclīa in carnalibꝰ ampla est:in spūalibꝰ angusta.
Ubi em̄ bestiales hoīꝫ mores tolerat/illic latiꝰ sinū laxat
Ubi autē eos hꝫ q̄ spūali rōne suffulti sūt:illic q̄dē ad sū
Mat. vij.
mū ducit̄:sꝫ tn̄ q: pauci sunt/angustat̄.Lata quippe via
est q̄ ducit ad pditionē:ꝛ multi sunt q̄ vadūt p eā:et angu
sta porta est q̄ ducit ad vitam:et pauci sunt q̄ inueniunt
eam.Eo aūt vsqꝫ arca angustat̄ in summis/quousqꝫ ad

mēsurā vnius cubiti pducatur q: in sancta eccl'ia quāto
sanctiores quiq₃ sunt/tāto pauciores. Que in summo ad
illū pducit q̄ solus hō in hoībus: ⁊ sine alteri⁹ cōparatio
ne nat⁹ est serūs: qui iuxta ps̄. vocē Fact⁹ est sicut passer [Ps̄.c.]
vnicus in edificio. Tāto ergo magis in alio tolerādi sūt:
quāto ampli⁹ abūdāt: q: et in aree tritura pauca sūt gra
na q̄ seruant horreis: ⁊ grādes aceruī palearū q̄ ignibus
cōburūtur. Sed iā q: largiēte dn̄o nuptiarū domū. i. san
ctā eccl'iā intrastis: solerter fr̄es aspicite: ne aliq̄d de mē
tis nostre habitu rex ingrediens reprehendat. Cū magno
enim cordis timore pensandū est qd̄ ptin⁹ subdit. ¶ In [Tex.]
trauit aūt rex vt videret discūbentes: ⁊ vidit ibi hominē
nō vestitū veste nuptiali. Quid fratres charissimi expri
mi per nuptialē vestē putam⁹? Si enim vestē nuptialem
baptisma vel fidē dicimus: q̄s sine baptismate ⁊ fide has
intrauit? Eo em̄ ipso foris est quo necdū credidit. Quid
ergo debemus intelligere p nuptialē vestē/nisi charitatē?
Intrat em̄ ad nuptias/sed cū nuptiali veste nō intrat: q̄ [Charitas est vestis nuptialis.]
in sctā eccl'ia assistens fidē h₃/sed charitatē nō habet. Re
cte em̄ charitas nuptialis vestis vocat: q: hāc in se cōdi
tor noster habuit/dū ad sociāde sibi eccl'ie nuptias venit
Sola quippe dilectione dei actū est: vt eius vnigenitus
mētes sibi electorū hoīm vniret. Vn̄ et Joānes dicit. Sic
enim dilexit deus mūdū: vt filiū suū vnigenitū daret pro [Joā.iij.]
nobis. Qui ergo per charitatē venit ad hoīes: eandē cha
ritatē innotuit esse vestē nuptialē. Ois ergo nostrū q̄ in
eccl'ia positus deo credidit: iam ad nuptias intrauit: sed
cū nuptiali veste nō intrat/si charitatis gratiā nō custo
dit. Et certe fratres si q̄s ad carnales nuptias esset inui
tatus/vestē mutaret: ⁊ cōgaudere se spōso ⁊ spōse ex ipso
sui habit⁹ decore oñderet: inter gaudētes ⁊ festa celebrā
tes/despectis vestibus apparere erubesceret. Nos ad dei
nuptias venimus/⁊ cordis vestē mutare dissimulamus.
Cōgaudēt angeli/cū ad celū assumimur electi. Qua er
go mēte hec spiritualia festa cōspicim⁹: q̄ nuptialē vestē
idest charitatē q̄ sola nos speciosos exhibeat/non habe
mus? Sciēdū vō est: q: sicut in duob⁹ lignis/superiori vi
delicet ⁊ inferiori vestis texit: ita in duob⁹ p̄ceptis chari
tas habet: in dilectiōe. s. dei ⁊ pximi. Scriptū quippe est. [Matt. xxij.]
Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua
et ex tota virtute tua: ⁊ diliges pximū tuū sicut teipsum.
Qua in re notādū est: q: in dilectiōe pximi mēsura ponit
amoris/cū dr̄: diliges pximū tuū sicut teipm. Dei aūt dile
ctio nulla mēsura cōstringit/cū dr̄. Diliges dn̄m deū tuū
ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua: ⁊ ex tota virtute tua.
Nō em̄ iubet q̄sq̄s quātū diligat/s₃ ex quāto: cū dr̄/ex to
to. Q: ille veraciter deū diligit/q̄ sibi de se nihil relinquit
Duo ergo necesse vt charitatis p̄cepta custodiat: q̄squis [Duo charitatis p̄cepta.]
in nuptijs vestē nuptialē curat. Hinc est em̄ qd̄ apd̄ Eze
chiele pphetā porte ipsius ciuitatis cōstitute in mōte/ve
stibulū duob⁹ cubitis mēsurat: q: nimirū accessus nobis
celestis ciuitatis nō pandit/si in hac eccl'ia q̄ p eo q̄ ad
huc foris est vestibulū dr̄/dei ⁊ pximi dilectio nō tenetur.
Hinc est q̄ cortinis tabernaculi intexi/coccus bis tinct⁹
iubet. Vos estis fr̄es: vos estis cortine tabernaculi: q̄ per
fidē in vestris cordib⁹ secreta celestia velatis. Sed corti
nis tabernaculi bis tinct⁹ coccus dz inesse. Coccus q̄ppe
ignis speciē tenet. Quid vō est charitas/nisi ignis? Sed
ista charitas bis tincta dr̄/vt tingat p amorē dei: tingat ⁊
p amorē pximi. Qui em̄ sic amat deū/vt p cōtēplationē
illius negligat pximū: coccus q̄dē est/s₃ nō bis tinct⁹ est.
Rursus q̄ sic amat pximū: vt tn̄ cōtēplationē dei p eius
amorē relinquat/coccus est: s₃ nō bis tinct⁹ est. Vt ergo
charitas vr̄a bis tinct⁹ coccus esse valeat: ⁊ ad amorē dei
se ad amorē pximi accēdat: q̄tenus nec ex cōpassiōe pxi
mi cōtēplationē relinquat dei: nec plus q̄ dz inherēs con
tēplatiōi dei cōpassionē abijciat pximi. Ois itaq₃ hō in
ter hoīes viuens/sic ad deū anhelet quē desiderat: vt ta
mē hūc nō deserat cū quo currebat: ⁊ sic huic adiutoriū
ferat/vt ab illo nullatenus torpeat/ad quem festinabat.

Sciēdū quoq₃ est q̄ ipsa dilectio pximi in duob⁹ p̄ceptis
subdiuidit/cū q̄dā sapiēs dicat. Qd̄ tibi odis fieri: vi
de ne ipe alteri facias. Et p semetipsam vitas p̄dicat di
cēs. Que vultis vt faciāt vobis hoīes bona/⁊ vos eadē [Matt. vij.]
facite illis. Si em̄ ⁊ qd̄ impēdi nobis recte volum⁹/alijs
impartimur: ⁊ qd̄ nobis fieri nolum⁹/hoc alijs facere ipi
deuitam⁹: charitatis iura illesa seruabim⁹. Sed nemo cū
quēpiā diligit/hr̄e se ptin⁹ charitatē putet: nisi pri⁹ ipam
vim sue dilectiōis examinet. Nā si q̄s quēlibet amat: sed
ppter deū nō amat: charitatē nō h₃/s₃ hr̄e se putat. Cha
ritas aūt vera est/cū ⁊ in deo diligit amic⁹: ⁊ ppter deū
diligit inimic⁹. Ille em̄ ppter deū diligit eos q̄s diligit: q̄
iā ⁊ eos diligere a q̄b⁹ nō diligit scit. Probari enim chari
tas p solā odij aduersitatē solet. Vn̄ ⁊ p semetipm dn̄s di
cit. Diligite inimicos vr̄os: bn̄facite his q̄ oderūt vos. Il [Luc.vj.]
le ergo secur⁹ amat: q̄ ppter deū ⁊ illū amat a quo se in
telligit nō amari. Magna sunt hec: alta sunt hec: ⁊ mul
tis ad exhibēdū difficilia: sed tn̄ ista est vestis nuptialis.
Quisq̄s aūt hāc recūbens in nuptijs nō h₃: iā solicitus
metuat ingrediēte rege q̄n mittat foras. Ecce em̄ dicit.
¶ Intrauit aūt rex ad nuptias vt videret discūbētes: et [Tex.]
vidit ibi hoīem nō vestitū veste nuptiali. Nos sum⁹ fr̄es
qui in nuptijs vbi dei discūbim⁹: q̄ iā fidē in eccl'ia habe
mus: q̄ scripture sacre epulis pascimur: q̄ cōiūctā deo ec
clesiā esse gaudem⁹. Cōsiderate ergo rogo/si cū nuptia
li veste ad has nuptias venistis: cogitatiōes vr̄as solicita
inq̄sitiōe discutite: de reb⁹ singulis corda vestra trutina
te/si iā cōtra nullū odiū habetis: si cōtra felicitatē alienā
nulla vos inuidie face succēditis: si p occultā malitiā ne
mini nocere festinatis. Ecce rex ad nuptias ingredit: et
cordis nostri habitū cōtēplat atq₃ ei quē charitate vesti
tū nō inuenit/ptinus irat⁹ dicit. ¶ Amice quō huc intra [Tex.]
sti nō habēs vestē nuptialē? Mirandū valde est fr̄es cha
rissimi/q̄ hūc ⁊ amicū vocat et reprobat. Ac si aperti⁹ di
cat: amice ⁊ nō amice. Amice p fidē: ⁊ nō amice p opera
tionē. ¶ At ille obmutuit. Quia qd̄ dici sine gemitu nō [Tex.]
pōt: in illa districtione vltime increpatiōis oē argumē
tū cessat excusationis. Quippe q: ille foris increpat: qui
testis cōsciētie int⁹ aiam accusat. Sed inter hec sciēdum [Amicus fict⁹ q̄s dicatur.]
est: q: q̄sq̄s hāc virtutis h₃ vestē: sed tn̄ adhuc pfecte non
habet/ad pij regis ingressum desperare de venia nō dz:
q: ipse quoq₃ spem nobis per ps̄. tribuēs dicit. Impfectū
meū viderūt oculi tui ⁊ in libro tuo oēs scribētur. S₃ q:
pauca hec in cōsolatione herētib⁹ ⁊ infirmātibus dixim⁹
nunc ad eū qui hanc oīmodo nō habet verba vertamus
Sequit. ¶ Tūc rex dixit ministris. Ligatis pedib⁹ ⁊ ma [Tex.]
nib⁹/mittite eū in tenebras exteriores: ibi erit flet⁹ ⁊ stri
dor dentiū. Ligant tūc pedes ⁊ manus p districtionē sen
tentie: qui modo a prauis operib⁹ ligari noluerūt p me
liorationem vite. Vel certe tunc ligat pena: quos modo
a bonis operibus ligauit culpa. Pedes enim qui visita
re egrum negligūt: ⁊ manus que nihil indigentibus tri
buunt/a bono opere iam ex voluntate ligate sunt. Que
enim nūc sponte ligantur in vitio/tunc in supplicio ligā
tur inuite. Bene autē dicitur/q̄ in exteriores tenebras
proijciatur. Interiores quippe tenebras dicimus cecita
tem cordis. Exteriores vero tenebras eternā noctē dāna
tionis. Tūc ergo dānatus q̄sq₃ nō in interiores/s₃ in exte
riores tenebras mittitur: q: illic inuitus pijcitur in noctē
dānatiōis: qui spōte cecidit in cecitatem cordis. Vbi fle
tus quoq₃ ⁊ stridor dentiū esse perhibet: vt illic dētes stri
deant/qui hic de edacitate gaudebant: illic oculi defleāt
qui hic per illicitas cōcupiscentias versabātur: quaten⁹
singula queq₃ mēbra supplicio subiaceant: que hic singu
lis quibusq₃ vitijs subiecta seruiebant. Sed repulso vno
in quo videlicet omne malorū corpus exprimitur: gene
ralis protinus sententia subinfertur/qua dicit. ¶ Mul [Tex.]
ti autem sunt vocati: pauci vero electi. Tremēdū est val
de fratres charissimi quod audiuimus. Ecce nos oēs iā
vocati per fidē/ad celestis regis nuptias venim⁹: incar

natiōis eius mysteriū ⁊ credim⁹ ⁊ cōfitemur: diuini ver
bi epulas sumimus. Sed futuro die iudicij rex intratur⁹
est q: vocati sumus nouimus: si simus electi nescim⁹. Tā
to igit necesse est vt vnusq̄sq₃ nr̄m in humilitate se depri
mat/quāto si sit electus ignorat. Nōnulli em̄ bona nec
incipiūt: nōnulli vō in bonis q̄ inceperūt minime persi
stunt. Alter pene totā vitā ducere in prauitate cōspicitur
sed iuxta finē vite a prauitate sua per districte penitentie
lamēta reuocat. Alter electā videt vitā ducere: ⁊ tn̄ hunc
cōtingit ad erroris nequitiā iuxta finem vite declinare.
Alius bonū bene inchoat/melius cōsummat. Ali⁹ in ma
lis actib⁹ a prima eua etate se exercet: ⁊ in eisdē opib⁹ sem
per seipso deterior cōsummat. Tāto ergo vnusq̄sq₃ sibi so
licite metuat quāto ignorat qd̄ restat. Quia qd̄ sepe dicē
dū est ⁊ sine obliuione retinendū: multi sunt vocati/pau
ci vō electi. Sed q: nōnūq̄ mētes audientiū plus exēpla
fideliū q̄ docētiū vba cōuertūt: volo vobis aliq̄d e pxi
mo dicere: qd̄ corda vr̄a tāto formidolosius audiāt: quā
to eis hoc de ppinquo sonat. Neq₃ em̄ res lōge ante ge
stas dicim⁹: sed eas de q̄bus testes existūt/eisq₃ interfuis
se se referūt memoriam⁹. Tres pater me⁹ sorores habuit:
q̄ cūcte tres sacre virgines fuerūt. Quarū vna Tarsilla/ [Tres sorores gregorij]
alia Gordiana/alia Emiliana dicebat. Vno oēs ardore
cōuerse: vno codēq₃ tpe sacrate. Sub districtiōe regulari
degētes: in domo ppria socialē vitā ducebāt. Cūq₃ essent
diutius in eadē cōuersatione: ceperūt quotidianis incre
mētis in amorē cōditoris sui Tarsilla ⁊ Emiliana succre
scere: ⁊ cū solo hic essent corpe/q̄tidie aīo ad eterna trans
ire: at cōtra Gordiane anim⁹ cepit a calore amoris inti
mi p quotidiana detrimēta tepescere: ⁊ paulisper ad hu
ius seculi amorē redire. Crebro aūt Tarsilla dicere Emi
liane sorori sue cum magno gemitu solebat. Video Gor
dianā sororē nostrā de nr̄a sorte nō esse: ppendo em̄ q: fo
ris defluit: ⁊ cor ad qd̄ pposuit nō custodit. Quā curabāt
blanda quotidie redargutione corripere/atq₃ a leuitate
morū ad grauitatē sui habit⁹ reformare: q̄ quidē resume
bat vultū subito grauitatis inter vba correptionis. Sed
cū eiusdē correptionis hora trāsisset/trāsibat ptinus ⁊ su
perducta grauitas honestatis: morq₃ ad leuia vba redi
bat. Puellarū gaudebat societate laicarū: eiq₃ psona val
de onerosa erat q̄cūq₃ huic mūdo dedita nō erat. Qua
dā vō nocte huic Tarsille amice mee q̄ inter sorores suas
virtute cōtinue orōnis: afflictionis studiose/abstinentie
singularis/grauitate vite venerabilis in honore ⁊ culmi
ne sanctitatis excreuerat (sicut ipa narrauit) per visionē
atauus meus felix hui⁹ Romane eccl'ie antistes appa
ruit: eiq₃ māsionē perpetue claritatis oñdit/dicēs. Veni
q: in hac te lucis māsione suscipio. Que subsequēte mox
febre correpta/ad diē peruenit extremū. Et sicut nobili
bus feminis virisq₃ morientib⁹ multi cōueniūt qui eorum
pximos cōsolent: eadē hora ei⁹ exit⁹ multi viri ac femine
lectulū eius circūsteterūt: inter quas quoq₃ mater mea
affuit. Tum subito illa rursum respiciēs Jesum venientē
vidit: cū magna aīaduersione cepit circūstantib⁹ clama
re/dicēs. Recedite/recedite Jesus venit. Cūq₃ in eū intē
deret quē videbat: scā illa aīa carne soluta est: tātaq₃ su
bito fragrātia miri odoris aspersa est/vt ipsa q̄ suauitas
cūctis ostēderet illic auctorē suauitatis venisse. Cūq₃ cor
pus eius ex more mortuorū ad lauādū esset nudatū: lōge
orōnis vsu in cubitis ei⁹ ⁊ genub⁹ camelorū more inuēta
est obdurata cutis excreuisse: ⁊ q̄d viuēs eius spūs semp
egerit/caro mortua testabat. Hec aūt gesta sunt ante do
minici natalis diem. Quo trāsacto mox Emiliane sorori
sue p visitationē nocturne visionis apparuit/dicēs. Ve
ni. Et q: natalē dn̄i sine te feci: sanctā Theophaniā iā te
cū faciā. Cui illa ptin⁹ de sororis sue Gordiane salute so
licita r̄ndit. Et si sola venio: sororē nostrā Gordianā cui
dimitto? Cui sicut asserebat tristis vultu iterum dixit. Ve
ni Gordiana etem̄ soror nostra inter laicas deputata est.
Quā visionem mox molestia corporis est secuta: atq₃ ita

vt dictū fuerat ante dn̄ici apparitionis diē/eadem mole
stia ingrauascente defuncta est. Gordiana aūt mox vt so
lā remansisse se reperit/eius prauitas excreuit: ⁊ qd̄ prius
latuit in desiderio cogitationis: hoc post effectum praue
actionis excreuit. Nā oblita dn̄ici timoris oblita pudorē
et reuerentie/oblita cōsecrationis cōductorē agrorū suo
rū/postmodū maritū duxit. Ecce oēs tres vno prius ar
dore cōuerse sunt: sed nō in vno codēq₃ studio permanse
runt. Quia iuxta dn̄icam vocē/multi sunt vocati pauci
vero electi. Hec ergo dixi: ne q̄s in bono iā ope posit⁹/si
bi vires boni operis tribuat: ne quis de ppria actione cō
fidat. Quia ⁊ si iam nouit hodie qualis sit: adhuc cras
qualis futurus sit nescit. Nemo ergo de suis iā operibus
securus gaudeat: q̄n adhuc in huius vite incertitudine q̄
se finis sequat ignorat. Sed q: rem retuli q̄ vos ex diuina
districtione perterruit: aliud adhuc e vicino refero: qd̄ ex
diuina mia perterrita corda vestra consolet. Quod tn̄ in
sermone alio iam dixisse me memini: sed vos nequaq̄ af [Alterius exēpli recitatio.]
fuistis. Ante biēniū frater q̄dā in monasteriū meum (qd̄
iuxta beatorū martyrū Joānis et Pauli ecclesiā situ est)
gratia cōuersionis venit. Qui diu regulariter ptractus
q̄nq₃ suscept⁹ est. Quē frater suus ad monasteriū/nō con
uersionis studio/sed amore carnali secutus est. Is autē
qui ad cōuersionē venerat/valde fratribus placebat. At
cōtra frater illius lōge a vita eius ac morib⁹ discrepabat
viuebat tn̄ in monasterio necessitate potius q̄ volūtate.
Et cū in cūctis actibus puersus existeret: p fratre suo ab
omnib⁹ equanimiter tolerabat. Erat enim leuis eloq̄o
prauus actione/cultus vestibus/morib⁹ incultus. Ferre
vero nō poterat/si quisq̄ illi de sancti habitus cōuersatio
ne loqueret. Facta aūt fuerat vita illius cūctis fratribus
visu grauis: sed tn̄ vt dictū est p fratris sui gratia erat cū
ctis tolerabilis. Aspernabat valde si q̄s sibi aliq̄d de pra
uitatis sue correptione loqueret: bona nō solū facere: sed
etiā audire nō poterat. Nūq̄ se ad sancte conuersationis
habitū venire/iurādo/irascēdo/deridēdo/testabat. In
hac aūt pestilētia (que nuper hui⁹ vrbis populū magna
ex parte consumpsit) pcussus in inguine est/perductus
ad mortē. Cūq₃ extremū spiritū ageret/cōuenerunt fra
tres: vt egressum illius orando ptegerent. Jam corpus
eius ab extrema fuerat parte p̄mortuū. In solo tm̄modo
pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti autē fra
tres tāto p eo ceperūt enixius orare: quāto eū iam vide
bant sub celeritate discedere. Tūc repēte cepit eisdē fra
tribus assistētibus anniti quo poterat clamare: et orō
nes eorū interrūpere dicēs. Recedite/ecce draconi ad de
uorandū datus sum: qui ppter vestrā p̄sentiā deuorare
me nō pōt: caput meū iā in ore suo absorbuit: date locum
vt me amplius nō cruciet/sed faciat qd̄ facturus est. Si
em̄ ad deuorandū dat⁹ sum: quare ppter vos mora spa
tior? Tūc fratres ceperunt dicere. Quid est qd̄ loqueris
frater/signū sancte crucis imprime. Respondebat ille vt
poterat/dicēs. Volo me signare: sed nō possum q: a dra
cone p̄mor. Cūq₃ h̄ fratres audirēt/pstrati in terra cū la
chrymis ceperūt p ereptione illius vehementius orare:
et ecce subito cepit meliorat⁹ eger quibus valebat voci
bus exultare/dicēs. Gr̄as deo: ecce draco qui me ad de [Frater desperās resipiscit]
uorandū acceperat/fugit orōnibus vr̄is: expulsus est/sta
re non potuit. Pro pctis meis modo intercedite: q: con
uerti parat⁹ sum: ⁊ secularē vitā fundit⁹ relinq̄re. Homo
ḡ sicut iā dictū est ab extrema corpis fuerat parte p̄mor
tuus/reseruat⁹ ad vitā/toto ad deū corde conuersus est:
lōgis ⁊ cōtinuis i cōuersatiōe eadē flagellis erudit⁹: atq₃
ante paucos dies excrescēte corpis molestia defunctus.
Qui iā dracone moriēs nō vidit: q: illū per cordis imuta
tionē vicit. Ecce fratres charissimi Gordiona quā supi⁹
dixi a sanctimonialis habit⁹ excellētia corruit ad penā: et
frater hic de quo narraui ista/ab ipso mortis articulo re
dijt ad eternam vitā. Nemo igit scit q̄ de se in occultis dei
iudicijs agat: q: multi sunt vocati/pauci vō electi. Quia

ergo nulli de se certū est electū se esse: restat vt oēs trepident: oēs de sua actione formidēt/ oēs in sola diuina misericordia gaudeāt: nullus de suis viribus presumat. Est qui perficiat fiduciā vestrā: ille scilicet qui in se dignatus est assumere carnem nostram: qui viuit et reg. ꝛc.

¶ Dñica vigesimaprima. Jo. IIII.

¶ In illo tempore: Erat quidā regulus cuius filius infirmabatur Capharnaū. Hic cum audisset: quia Jesus veniret a Judea in Galileā abijt ad eum: et rogabat eum vt descēderet et sanaret filium eius. Et reliqua. Homilia beati Gregorij.

LEctio sancti euāgelij quā modo fratres audistis expositiōe nō indiget. Sed ne hāc taciti pterisse videamur exhortādo potius ꝙ exponēdo/ in ea aliquid loquamur. Hoc aūt solūmodo de expositione video requirendum/ cur is qui ad salutē filio petēdam venerat audiuit. Nisi signa ꝛ prodigia videritis nō creditis. Qui enim salutem filio querebat ꝓculdubio credebat. Neq; eñ ab eo quereret salutē/ quē non crederet saluatorem. Quare ergo dicitur/ nisi signa ꝛ prodigia videritis/ nō creditis: q̄ ante credidit ꝙ signum videret? Sed memētote q̄d petijt/

Reguli fides pusilla.

ꝛ aperte cognoscetis/ q: in fide dubitauit. Poposcit nāq; vt descēderet/ ꝛ sanaret filiū eius. Corporalē ergo dñi presentiā querebat: q̄ per spm̄ nusq̄ deerat. Minus itaq; in illū credidit: quē nō putauit salutē posse dare/ nisi p̄sens esset et corpore. Si eñ pfecte credidisset/ ꝓculdubio sciret/ q: nō esset locus vbi nō esset deus. Ex parte ergo magna diffusus est: q̄ virtutē nō dedit maiestati/ sed presentie corporali. Et salutē filio petijt: et tñ in fide dubitauit: q: eū ad quē nō venerat: et potētē ad curādū credidit: et tñ morienti filio esse absentē putauit. Sed dñs q̄ rogat vt vadat: q: nō desit vbi inuitat indicat: solo iussu salutē reddidit: q̄ volūtate oīa creauit. Qua in re hoc est nobis solerter intuēdū: ꝙ sicut euāgelista alio testāte didicimus

Matt. viij.

Centurio venit ad dñm/ dicēs. Dñe puer meꝰ iacet paralyticus in domo ꝛ male torquet. Cui Jesus ꝓtinꝰ rndit. Veniā ꝛ curabo eū. Quid est q̄ regulꝰ rogat vt ad eius filiū veniat: et tñ ire corꝑaliter recusat? Ad seruū aūt Centurionis nō inuitat: ꝛ tñ corporalr se ire pollicet. Reguli filio ꝑ corporalē p̄sentiā nō dignat adesse: Cēturiōis seruo non dedignat occurrere. Quid est hoc/ nisi ꝙ supbia nr̄a retūdit: q̄ in hoibꝰ non naturā qua ad imaginē facti sunt: sed honores ꝛ diuitias veneramur. Cūq; pēsamus que circa eos sunt/ negligimꝰ pēsare ipsos: eo ꝙ ꝑfecto interiora minime ꝓuidemus: dū ea cōsideramꝰ q̄ in corporalibꝰ despecta sunt/ negligimꝰ pēsare q̄ sunt. Redēptor ꝓo noster vt ondēderet: q: q̄ alta sunt hoim/ sctis despicienda sunt. Et q̄ despecta sunt hoim/ sctis despiciēda nō sunt: ad filiū reguli ire noluit: ad seruū Cēturiōis ire paratus fuit. Increpata est ergo supbia nr̄a: q̄ nescit pēsare hoies ꝓpter hoies: sola (vt diximꝰ) que circūstāt hoibus pensat. Naturā nō aspicit: honorē dei in hoibus nō agnoscit.

Christi pia dignatio.

Tex. audiamus. ¶ Nō est arbor bona q̄ facit fructus malos: neq̄ arbor mala faciēs fructū bonū. Bonas ergo arbores ⁊ bonos harū fruct⁹/in constructionē sui tēpli/rex sapiēs querit. At vo male arboris q̄s sit finis:idē alibi do- Mat.iij cet/dicēs. Omnis arbor q̄ nō facit fructū bonū/excidet et in ignem mittet. Arbores nāq̄ hoīes:fructus aūt dicit opera ipsorū. Uultis etem nosse q̄ sint arbores male/qui Gal.v. mali fructus? Apl's docet/dicēs. Manifesta aūt sunt opera carnis:que sunt fornicatio/immūditia/luxuria/idolorum seruitus/veneficia/inimicitie/cōtētiones/emulationes/ire/rixe/dissentiones/hereses/inuidie/homicidia/ebrietates/comessatiōes/⁊ his similia. Uult aūdire an arbores q̄ tales fructus faciūt/ad eterni regis tēplū celeste pertineāt? Subiūgit apl's dicēs. Que predico vobis sicut pdixi:qm̄ qui talia agūt/regnū dei nō cōsequentur. Bone quoq̄ arboris fructus/subsequēter enumerat dicens. Fruct⁹ aūt spūs est charitas/gaudiū/pax/patiētia/bonitas/benignitas/fides/māsuetudo/cōtinētia:de qui- Eph.v. bus ⁊ alias admonēs ait. Ut filij lucis ambulate. Fruct⁹ eīn lucis est/in omi bonitate ⁊ iustitia ⁊ veritate. Qui nimirū fructus cū arboribus e quib⁹ prodeūt:⁊ hic ad domū fidei/⁊ illic ad habitationē superne beatitudinis veraciter pertinēt. Audiam⁹ deniq̄ arborē bonā/de bonorū fructuū puentu letantē. Ego aūt sicut oliua fructifera in domo dei/speraui in misericordia dei mei in eternū et in seculū seculi. Fructus q̄ppe oliue/lucidū est op⁹ misericordie:⁊ ideo iure in misericordia dei sperat in tēplo eternitatis/q̄ in domo dei psenti misericordie gr̄a resplēdet. Jure se talis ad tēplū magni regis ptinere cōfidens alibi dicit. Et misericordia tua subsequet me/oībus diebus vite mee:vt inhabitē in domo dñi in lōgitudine dierū. At cōtra:mala arbor videam⁹ quales fruct⁹ ferat: et Hie.xvij tales ferre ipsi vitem⁹. Dicit propheta Hieremias. Maledictus hō q̄ cōfidit in hoīe:⁊ ponit carnē brachiū suū:⁊ a dño recedit cor ei⁹:erit eīn q̄si mirice in deserto. Mirica nāq̄ est infructuosa arbor ⁊ humilis/gustu nimis amara/omniq̄ humana cultura prorsus indigna:ac propterea Pctō: cōparatur mirice. fructificās in desertis. Cui merito cōparat is q̄ in diuino timore ⁊ amore recedēs/ab hoībus regnum vel diuitias sperat. Qui quātū a decore dom⁹ dei sit extorris indicandus/propheta subdendo manifestat. Et nō videbit cū venerit bonū:sz habitabit in deserto in siccitate/in terra salsuginis et inhabitabili. Nemo ergo sibi fratres mei in occulto male viuēs/de fauore vulgi quasi bon⁹ sit blādiat: q: etsi folia verborū perpulchra/si florē fame gignit odoriferū/nō est arbor bona que facit fruct⁹ malos. Nemo q̄ cū recto corde bona q̄ valet operat de sua salute despe- Tex. ret:q: nō est arbor mala q̄ facit fructū bonū. ¶ Unaq̄q̄ eīn arbor de fructu suo cognoscit. Hec cognitio de apertis solūmodo vitijs siue virtutib⁹ accipiēda est:qualia superi⁹ ex apostoli sentētia cōmemorauim⁹. Nāq̄ sunt nōnulla q̄ quo animo gerant/ignorat a proximis:vnde ⁊ in vtrāq̄ partē possunt interptari. Sed ambigua q̄q̄ iusti⁹ j.Co.iiij ab his q̄ diligunt interpretantur in bonū: vt impleatur Tex. illud apostoli. Nolite ante tēpus iudicare. ¶ Neq̄ enim de spinis colligūt ficus:neq̄ de rubo vindemiant vuam. Spine ⁊ rubus plene aculeis arbores/illorū corda designant:qui vel luxurie/inuidie/cōcupiscētie stimulis ipsi fedant:vel certe iracūdie/detractionis/odij/superbie et amaritudinis/asperitatibus/insuaues proximis:⁊ q̄si intractabiles existūt. Ficus aūt dulcē regni celestis memoriā:vua flagrantiā dñice dilectionis significat. Nō ergo de spinis colligunt ficus:neq̄ de rubo vindemiāt vuam: quia quicūq̄ adhuc vitiorū aculeis sordent/exempla vel Tex. doctrinam virtutū ministrare proximis nequaq̄ digne preualēt. ¶ Bonus hō de bono thesauro cordis sui profert bonū:⁊ malus homo de malo thesauro cordis sui profert malū. Thesaurus cordis/intentio est cogitatiōis:ex qua prouentū operis internus arbiter indicat. Unde fit plerūq̄:vt minora bona nōnulli maiori celestis gr̄e mercede operent:vez propter intētionē cordis:qua maiora voluerant patrare bona si possent:⁊ alij maiora virtutum opera ostētantes/ob incuriā cordis tepidi:minora a dño premia sortiant. Deniq̄ op⁹ vidue q̄ duos numos detulit Luc.xxj ad tēplū:innumeris diuitū denarijs ab interno cordium scrutatore pfert. ¶ Ex abūdātia eīn cordis os loquitur. Tex. Humanū q̄ppe iudiciū sepe fallit:q: cor proximi nescit/nisi ex ore ⁊ opere pēsaret: dñs aūt ipm opus ⁊ sermones ex cordis radice perpēdit. Illius ergo ex abūdantia cordis os loquit:q̄ ex qua intētione pmanat verba nō ignorat. Quō etiā subsequēter astruit/manifeste ostēdens:q: locutio bona absq̄ operū attestatione nil oīno pfit. ¶ Quid Tex. aūt vocatis me dñe dñe:⁊ nō facitis q̄ dico? Dñm namq̄ vocare boni donū thesauri:bone videt esse fructus arboris. Omnis eīn quicūq̄ inuocauerit nomē dñi salu⁹ erit. Uana pctōris oro q̄ sit Sed si is q̄ inuocat nomē dñi/pceptis dñi puerse viuēdo repugnat:pfecto patet:q: de bono cordis thesauro plasmū non fuit bonū q̄d lingua sonuit: nec talē fructū cōfessionis fici radix/sed spine:hoc est:horrida vitijs:⁊ nō multitudine dñice dulcedinis onusta 9sciētia pcreauit. Que aūt sit vera fructuum bonorū malorūq̄ discretio:dñs sub alia figura subdendo designat. ¶ Omnis q̄ venit ad me Tex. et audit sermones meos ⁊ facit eos:ostendā vobis cui similis sit. Silis est hoī edificāti domū. Homo aūt hic domū edificās:ipse est mediator dei ⁊ hoīm/hō christus Jesus:q̄ dilectā sibi domū/sanctā vez ecclīam:in qua perpetuo maneret/edificare ⁊ cōsecrare dignat⁹ est. ¶ Qui fo- Tex. dit in altū ⁊ posuit fundamētum supra petrā: q: in corde suorū fideliū/q̄cq̄d terrene intētionis inuenit/funditus extirpare studuit:quaten⁹ eiect⁹ prisce 9suetudinis ruderibus ac cogitationib⁹ supfluis:stabilē in eis ipse ⁊ incōcussam possit hr̄e māsionē. Ipse est eīn petra/supra quaz huiuscemodi dom⁹ fundamēta collocauit. Nam sicut in domo edificāda nil petre cui fundamentū imponat antefert:ita sancta ecclesia petrā suā videlicet christuz/imo habet in corde recōditā:neq̄ aliq̄d fidei illius ac dilectionis pponit:adeo vt p hac etiā mortē pati nō dubitet. Cui nimirū petre princeps ecclīe: q: firmissime inhesit/ab ea Matt.xvj. nomē accepit qñ audiuit. Tu es Petrus: et sup hanc petrā edificabo ecclesiā meā. ¶ Inūdatione aūt facta: illi- Tex. sum est flumē domui illi:⁊ nō potuit eā mouere. fundata eīn erat supra petrā. Patet expositio:q: pulsata est sepe pressuris ecclīa/nec deiecta. Quod si qui credentiū male victi cesserūt/ad hāc vtiq̄ domū nō ptinebāt:q: si supra petrā fidei/⁊ nō poti⁹ sup arenā pfidie vel leuitatis fundati cōsisterēt:labefactari nūq̄ prorsus valerēt. Notādū Ecclesia trib⁹ modis ipugnatur. aūt/q̄ hec inūdatio tētationū/trib⁹ modis ecclesiā impugnat. Nā vel a sua cōcupiscētia tētat quisq̄ abstract⁹ et illect⁹:vel falsorū fratrū improbitate fatigat:vel apertioribus externorū appetitur insidijs. Que vez tētamēta dñs alibi portas inferi nūcupat:⁊ merito:q: nimirū si vicerint/in eternū trahūt interitū. Et sup hāc petrā (inq̄t) Matt.xvj. edificabo ecclesiā meam:⁊ porte inferi nō preualebūt aduersus eam. Et si ergo pulsant/nō tn̄ deijciūt ecclesiā christi porte diaboli:etsi irruit tētatio pfidie nō subruit domū fidei. Que enim adiutori suo veraciter dicere pōt. Dum anxiaret cor meum:in petra exaltasti me. Nō debellatur ab extraneis:quia rabiē persequētiū infideliū/cū corona martyrij patiēdo superat. Nō corrūpit a falsis fratribus: quia et hereticorū dogmata recte credēdo refutat:⁊ vitiosa quorūdam catholicorū exēpla/sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuēdo deuitat. Non obcecat fumo proprie cupiditatis: q: feruet interius solo ardore dñice charitatis. Huic aūt homini.i.redēptori nr̄o/q̄ ecclīam sibi vniuersalem inuincibili mētis fortitudine copulauit p modo suo quiq̄ similantur electi:qñ q̄d ipse in tota ecclīa generaliter facit/hoc illi in suis singuli cordib⁹ agere specialiter curāt. Nā q̄si in altū fodiēdo suā vigilāter cōsciētiā discutiūt: ne q̄d in ea sordidū lateat solerter inquirūt:cūctas a fundo cordis superuacuorum cogitatuū latebras manu sedule discre-

tionis exhauriūt: q̃ten⁹ in se firmā quietēq̨ fidem/petre
illi fortissime/hoc est christo p̄parent: sicq̨ vt p eius p̄sen
tiā insuperabiles/inter seculi terrētis aduersa: ꝛ ꝓspera
blādientis ꝑdurent. Hec adiuuante dn̄o fratres charissi
mi/de euāgelice lectionis expositiōe trāscurrim⁹/sꝫ vide
tur cōgruū solēnitati quā colim⁹/de edificatiōe tēpli ali
qua cōmemorare: ꝛ q̄ decēter ornat⁹ illi⁹ eccl'ie significa
iij. Re. v tioni cōueniat indagare. Narrat ergo sacra scriptura: q̄
p̄ceperit Salomon vt tollerēt lapides grādes/lapides p̄
ciosos in fundamētum tēpli/ꝛ quadrarēt eos. Lapides
aūt grādes et p̄ciosi q̄ in fundamēto locati/totū on⁹ tē
Doctores sūt tēpli lapides. pli sibi supimpositū portant/eximios scrē eccl'ie doctores
insinuāt: grādes nimirū excellētia meritoꝝ/p̄ciosos clari
tate signoꝝ: q̄ ab ipso dn̄o verbū audientes/totā ecclesie
crescētis fabricā sua p̄dicatione genuerūt. Qm̄ em̄ in scri
pturis fundamēta plurali numero dicunt̄: vel p̄dicato
res sctōs: vel firmas iustoꝝ cogitatiōes significant. Un
de est illud psalmiste. Fundamēta ei⁹ in mōtib⁹ sanctis.
At cū singulari numero fundamētū ponit̄: ipm̄ sepi⁹ au
j. Co. iij. ctorē bonoꝝ oīm indicat: de quo ap̄ls ait. Fundamentū
Eph. ij. em̄ aliud nemo pōt ponere p̄ter id qđ positū est quod est
christ⁹ Jesus. Et de quo rursus ad Ephesios. Sed estis
(inquit) ciues sanctoꝝ ꝛ domestici dei/supedificati sup
fundamētū ap̄loꝝ ꝛ p̄phetaꝝ. In hoc ergo fundamento
lapides grādes ꝛ p̄ciosi q̄ tēplū oīe gestarēt sunt positi
q: per ipm̄ ad ꝓpagandā toto orbe ecclesiam: ꝛ pri⁹ patri
arche ꝛ p̄phete: ꝛ postmodū sunt ap̄li instructi: q̄ quo ar
ctius amori eius inherebāt/eo fortius sectatores suos in
edificio celesti sustētabant. Quos vero lapides quadrare
p̄cepit: vt magistros eccl'ie cōpositos morib⁹ ꝛ immobi
les aīo esse debere signaret. Sicut eī quadratū quacūq̨
vertit̄ parte stat: ita nimirū vita ꝑfectoꝝ/q̄ ad veritatis
lineā solicite directa est: nullis tētationū impulsib⁹ a suo
nouit stabilitate deijci. Erat aūt tēplum de marmore pa
rio (q̄ est lapis albus) extructū: vt cādorē ecclesiastice ca
Cant. ij. stitatis exprimeret/de quo in amoris cantico dn̄s ait. Si
iij. re. vj. cut liliū inter spinas: sic amica mea inter filias. Habebat
sexaginta cubitos in lōgitudine: ꝛ viginti cubitos in lati
tudine: ꝛ triginta cubitos in altitudine. Lōgitudo ergo
tēpli/fidē sancte eccl'ie designat: per quā lōganimiter in
ter opera sua bona/prauorū aduersa tolerat. Latitudo
charitatē/qua ipsa intus p viscera pietatis spatiat̄. Altitu
do spem: qua ꝓpter bona que p charitatē operatur/cele
stis vite premia expectat. Et bene lōgitudo sexaginta est
cubitorū. Senario em̄ numero/bonorū operū solet ꝑfe
ctio designari. Quia et dn̄s mūdi ornatū sex dieb⁹ ꝑfecit
et sex sunt hui⁹ seculi etates: in quib⁹ sctā ecclesia p eter
na requie pijs actib⁹ instat. Bene viginti sunt cubiti lati
tudinis: q: geminū est p̄ceptū charitatis qua eccl'ia in tri
bulatione dilatat̄: qm̄ ꝑfect⁹ q̄sq̨ ꝛ cōditorē ex toto corde
tota anima: tota virtute: ꝛ ꝓximū tāq̄ seipm̄ diligere ꝓ
bat̄. Bene triginta in altitudine sūt cubiti: q: ois electo
rū spes ad visionē sancte trinitatis/quātū valet se exercē
do/ꝛ purificādo p̄parat. Sex igit̄ ad fidei lōganimitatē
tria ad celsitudinē spei/duo ptinēt ad latitudinē amoris:
quibus trib⁹ virtutū insignib⁹/totū sctē eccl'ie statū con
stat ꝑfrui. Qđ aūt p denariū q̄ ꝑfect⁹ est numer⁹/singula
Allegoria pulcherria. hec multiplicant̄: multiplex eiusdē ꝑfectiōis augmētū fi
gurare denūciat̄. Notandū sane q̄ triginta cubiti altitu
dinis/nō vsq̨ ad supremū tēpli fastigiū/sꝫ vsq̨ ad laquaria
pertingebāt: deinde ad laq̄aria medij cenaculi/alij trigi
ta cubiti altitudinis assurgebāt. Porro tertiū cenaculū
qđ superat/sexaginta habebat cubitos in altitudine: ac
sic ois altitudo dom⁹ in cētū viginti erat cubitos extēta.
Prima igit̄ dom⁹/triginta cubitis in altitudine surgit: q:
presens eccl'ia ad vidēdā speciē sctē trinitatis/tota inten
tione suspēdit̄. Superior dom⁹ triginta eque cubitis se in
altū attollit: q: solute corporib⁹ aie ꝑfectoꝝ/vsq̨ ad diem
vniuersalis iudicij: eiusdē beate ꝛ indiuidue trinitatis/p̄
senti visiōe fruūtur. Suprema domus bis trecenis alta
est cubitis: q: resuscitati a mortuis oēs electi/in contem
platione eiusdē sui cōditoris: q̄ in trib⁹ ꝑsonis vn⁹ est de⁹
eterna sp̄us simul ꝛ carnis immortalitate gaudebūt. Fa
ctus est aūt medi⁹ paries in tēplo de tabulatis cedrinis/
viginti cubitoꝝ altitudinis: q̄ divideret oraculū. i. sanctū sā
ctorū a priore parte tēpli: habebatq̨ oraculū viginti cubi
tos longitudinis/ꝛ viginti cubitos altitudinis. Porro
ipsum tēplū p̄ foribus oraculi q̄draginta cubitoꝝ erat: in
quo erant mēse ꝛ candelabra de auro/sꝫ ꝛ altare aureū
prope ostiū tabernaculi: quaten⁹ incēso in eo thymiama
te/vapor fumi ascēdēs operiret oraculū vbi erat arca te
stamēti/sup que erāt cherubin glorie obūbrātia ꝓpitiato
riū. Prior ergo dom⁹ presentis ecclesie statū: interior vite
celestis ingressum designat. Unde recte in priori mēsa ꝛ cā
delabra sunt facta: q: nimirū in hac vita lumine sanctaꝝ
scripturarū: ꝛ sacramētoꝝ celestiū refectione opus habe
mus: in futuro aūt talib⁹ nō egemus subsidijs: vbi iuxta
psalmiste vocē. Quicūq̨ apparuerint cū iustitia: satiabū Ps. xvi.
tur manifestata gloria christi. In hac quoq̨ vita corda
iustoꝝ: quasi altare incensi aureū splendida fulgēt ꝑ im
mundiciā sanctitatis: aromatibus referta desideriorum
spiritualiū: incendio flagrant amoris cōtinui: ꝛ quasi in
proximo celestis introitus posita/suauissimū sue oratio
nis vaporē iuxta sctā sanctoꝝ superna emittunt: vbi chri
stus est in dextera dei sedēs. Quē aptissime arca testamē
ti que erat intra velū designat: in qua vrna erat aurea ha
bens māna/ꝛ virga Aaron que frōduerat ꝛ tabule testa
mēti. Ipsa nāq̨ arca naturā humanitatis eius: vrna mā
ne plenitudinē diuinitatis: virga Aaron potētiā sacerdo Arce significatio mystica.
tij eius inuiolabilē: tabule testamēti designāt: q: ipe legē
dedit: quiq̨ etiā benedictionē his q̄ legē faciūt dabit. Be
ne aūt tēplū p̄ forib⁹ oraculi quadraginta cubitorum
erat lōgitudinis: qm̄ in hac adhuc vita/ieiunijs ꝛ cōtinē
tia nos castigari oportet: vt ad sempiterne dulcedinis sa
tietatē ꝑuenire mereamur. Nāq̨ hoc numero castigatio
nem vite presentis significare intelligit̄/ois qui quadra
genariū Moysi vel Helie/vel ipsi⁹ dn̄i ieiuniū recte in
telligere nouit. Bene ipsum oraculū in quo arca per che
rubin glorie tegebat̄ viginti cubitos longitudinis/lati
tudinis ꝛ altitudinis habebat: qui numer⁹ ꝑfectionem
(vt diximus) gemine dilectiōis insinuat: q: q̄cq̄d in hac
peregrinatione ꝓ deo gerit̄/totū hoc in illa māsione pa
trie perēnis: vbi magnificētia eius cōtinua beatoꝝ spiri
tuū laudatione sustollitur/in sola dilectionis amplitudi
ne perficit̄. Erat et portic⁹ ante tēplū viginti cubitorum
lōgitudinis iuxta mensurā latitudinis tēpli: ꝛ decē cubi
torū latitudinis/habēs ostiū cōtra ostiū tēpli ab oriēte.
Que vero porticus/illam sancte ecclesie plebē designat: q̄
dn̄ice incarnationis tempora precessit: nec tn̄ ab eiusdem
incarnationis fide vacua remansit. Hoc est enim ostium
porticus contra ostiū tēpli esse ad ortū solis/fidē ppl'i p̄o
ris de christo/eandē esse que sequētis: eodēq̨ gratie oriē
tis lumine/cūctoꝝ fideliū corda illustrari. Unde bene in ea
dē porticu due colūne erecte/maximi ꝛ mirādi operis cir
ca ostium tēpli narrant̄ esse statute: ꝛ his capitella quasi
opere lilij supimposita. Colūne em̄ stant ante ostiū tem
pli: q̄ aduentu redēptoris nr̄i (q̄ ait: ego sum ostiū: p me si Joan. x.
q̄s introierit saluabit̄) p̄cesserūt doctores egregij de qui
bus dicit ap̄ls. Jacob⁹ ꝛ Cephas ꝛ Joānes: q̄ videbant̄ Gal. ij.
colūne esse/q̄ eidē aduētui ei⁹ testimoniū ꝑhiberēt. Una
em̄ a dextris ostij: alia stabat a sinistris: q: ꝛ ppl'o israel q̄
tūc diuina fide ꝛ charitate calebat/incarnationē sui rede
ptoris futurā p̄cinebāt: ꝛ nō minus gētibus q̄ adhuc q̄si
ad aq̄lonē posite: ꝑfidie frigore torpebāt: eiusdē redēpto
ris ingressum predicabāt esse pandendū. Quod capitel
la colūnarū quasi opera lilij fabricata erāt: significat q:
tota p̄dicationis eorū summa: de claritate ꝑpetue beati
tudinis insonuit: eiusq̨ vidēdā gl'iam suis auditorib⁹ ꝓ
misit: q̄ etern⁹ ante secula de⁹ existēs/hō fact⁹ est in fine
seculorū: vt quasi flos lilij interius colore aureum exte

rius haberet cādidū. Quid nāq̨ auri rubor in cādore/ni
si fulgor est diuinitatis in hoīe? Quē vero hoiem ꝛ pri⁹ vir
tutib⁹ clarū ostēdit: ꝛ post mortem niueo incorruptionis
splendore vestiuit. Hec nos fratres charissimi in p̄sentis
festi nostri gaudium de structura tēpli pauca ex pluribus
fraternitati vr̄e exposuisse libuit: q̄ten⁹ et miranda terre
stris dom⁹ dn̄i fabrica delectaret auditū: et hec spirituali
ter intellecta/mētes nr̄as ardēti⁹ ad amorē supne habita
tionis erigeret. Diligam⁹ igit̄ fr̄es mei toto corde decorē
dom⁹ eterne: quā ex deo habem⁹ in celis: ꝛ de loco taber
naculi gl'ie ei⁹ sedulo cogitare/ac nos alterutrū admone
re curem⁹. Unū aū oīa petam⁹ ab eo: ꝛ h̄ infatigabili intē
tione q̄ram⁹: vt inhabitare mereamur in domo ei⁹ oibus
dieb⁹ vite nr̄e/hoc est ꝑenni vita/ac luce felices. Nō autē
spernit/neq̨ despicit p̄ces pauperum/qm̄ h̄ qđ diligit ipsi
p̄camur: sꝫ clementer exaudiēs/donabit nos videre bona
sua i terra viuētiū/christ⁹ Jes⁹ dn̄s nr̄: q̄ viuit ꝛ regnat ꝛc.

¶ In dedicatione ecclesie
Sermo venerabilis Bede.

Libet fratres charissi
mi/de enceniorꝫ solēnitate quā ꝛ olim Hierosolimite: ꝛ nos hodie celebramus fraternitati vr̄e
lati⁹ disserere. Hoc aūt in primis notādū est q̄ encenia q̄
in lectione euāgelica facta cognouim⁹: non ad primā tē
pli dedicationē/sed ad vltimā ptinēt: qđ ex eo facile colli
gitur/q: hyeme facta referunt̄. Prima siquidē ei⁹ dedica
tio a Salomone tp̄e Autūni media a Zorobabel et Jesu
sacerdote tēpore Ueris vltima Juda Machabeo tēpore
hyemis facta est: qm̄ specialiter cōstitutū esse legit̄: vt ea
dē dedicatio p oēs annos in memoriā solēnis reuocaret̄
Ratio dedicationis templi. officij: iuxta qđ ad temp⁹ vsq̨ dn̄ice incarnationis obser
uatū fuisse cognouim⁹. Hec autē fuit causa secunde ꝛ ter
tie dedicationis: q: Salomon quidē templi opus qđ dn̄o
deo cōdidit/septē annis ꝑfecit: octauo autē anno/hoc est
decima die mensis septimi: q̄ nobis October appellat̄ in
magna regni gloria dedicauit. Quevero dies: ꝛ antea per
legem erat statuta solēnis: ita vt in ea tabernaculū omne
per singulos annos/maioribus hostijs expiari deberet.
Deniq̨ Zacharias pater beati Joānis baptiste eisdē ex
piationib⁹ ad altare deseruiens/adueniēte angelo/de do
minice mysterio natiuitatis gaudioq̨ hūane saluatiōis
instruit̄. Sꝫ hoc tēplū post annos q̄dringētos triginta in
cēderūt Chaldei: ꝛ Hierosolymorū vrbe destructa/popu
lum Isr̄l in Babyloniā adduxerūt captiuū. Qui post an
nos septuaginta regnātib⁹ Persis patriā remissi/rursusq̨
edificatū est tēplū p annos q̄draginta sex: ꝛ tertia die mē
sis duodecimi quē nos vocam⁹ Martiū/op⁹ ad finē vsq̨
ꝑductū. Cui vero tūc operi p̄fuerūt duces plebis strenuis
simi (vt diximus) Zorobabel de regio gn̄e: ꝛ Jesus sacer
dos magn⁹: sꝫ ꝛ p̄phete Agge⁹ ꝛ Zacharias adiuuātes
eos/atq̨ aduersus insidias hostiū impedientiū opus/cor
populi corroborātes. Inde post annos fere trecentos et
quinq̄ginta sex/rex nefādissimus grecoꝝ Antioch⁹/frau
de capta Hierl'm tēplū idē sordib⁹ idolorū profanauit au
ferens inde ꝛ cōfringens altare dn̄i aureū/mensam ꝓpo
sitiōis/cādelabrū luminis/ꝛ cetera vasa tēpli aurea/q̄ in
uenire potuit: sꝫ ꝛ in tēplo Jouis simulacrū statuēs popu
lūq̨ tormētis ad sacrificādū idolis cogēs. Qua ꝑsecutio
ne multi de ppl'o/ꝓ diuine legis custodia trucidati sunt:
inter q̄s ꝛ mr̄ illa septē filioꝝ merito famosa/nobilissimā
ꝓ dn̄o cū sobole martyrij coronā meruit. Sꝫ Judas Ma
chabe⁹: cū esset de genere sacerdotali collecto exercitu in
storum/aduersus Antiochi duces arma arripiēs/eosq̨ de
Judea expellēs/ꝑsecutioni seuissime finē iposuit: ac tēplū
ad idoloꝝ imaginib⁹ emūdās/noua rurs⁹ altaria/ꝛ cete
ra vasa vel ornamēta faciēs/atq̨ in tēplo reponēs/dedica
uit ea simul cū templo qđ purificauit: ꝛ renouauit vicesi
maquinta die mēsis noni: q̄ apud nos appellat̄ December: ꝛ j. Cor. x
ad hyemē pertinere nulli dubiū cōstat: statuitq̨ decretum
vt dixim⁹ ānis oīb⁹ diē enceniorꝫ. i. innouatiōis/ac dedica
tiōis tēpli/festa deuotiōe celebrari. Que ꝑfecto oia sicut
ap̄ls docet in figura facta sunt nr̄i: ꝛ ꝓpter nos vtiq̨ scri
pta/ideoq̨ nob̄ solerti⁹ sp̄uali rōne discutiēda. Salomon Esaie. ix
q̄ppe rex: q̄ interp̄tat̄ pacific⁹: ipm̄ redēptorē nr̄m typice
designat: de q̄ Esaias ait. Multiplicabit̄ ei⁹ imperiū ꝛ pa
cis nō erit finis. Tēplū qđ edificauit/catholica ei⁹ eccl'ia
est: quā de vniuersis p orbē credētib⁹/q̄si de viuis lapidi
bus ivnā sue fidei ꝛ charitatis cōpagē aggregat. Quod autē
septē annis edificatū est tēplū: significat: q: p totū hui⁹ se
culi tp̄s qđ septē dieb⁹ euoluit̄/sctē structura eccl'ie cresce
re nūq̄ desinit. Quod autē anno octauo dedicatū est: ꝛ cele
berrima illa/ac maxima solēnitas/a Salomone rege cū
ctis filijs Isr̄l tp̄e cōplete dedicationis exhibita: insinuat
op⁹ iustitie: q: ꝑfecto in fine mūdi numero electoꝝ diu de
siderate imortalitatis est futura festiuitas: ꝛ pacto vniuer
salis resurrectōis miraclo/mox oēs q̄ ad pacifici regis veri Octonarij numeri rō.
s. Salomonis regnū ptinēt/eterna cū eo gaudia p̄ñe cele
brabūt. Nā q: dn̄s nr̄ octaua die. i. post septimā sabbati
resuscitari a morte voluit: recte numer⁹ octonari⁹ nr̄e q̄
resurrectiōis festa vētura designat. Qđ tēplū ab hostib⁹
incēsum rursum dn̄o miserāte cōstruit̄: qđ ab idolatris co
inquinatū/denuo supne pietatis auxilio mūdat̄ varios san
cte eccl'ie insinuat euēt⁹: q̄ nūc infideliū ꝑsecutiōe p̄mitur
nūc a ꝑsecutiōe reddita liberior/trāq̄lla dn̄o seruitute fa
mulat̄. Nūc in q̄busdā sui mēbris hostis antiq̄ periclitat̄
insidijs: nūc instāte solertia doctorū fideles q̄s ad horā ꝑ
dere videbat̄/p p̄niam iā castigatos recipit. Quod vo tēplū
secūdo q̄dragīta ꝛ sex annis edificatū est: ad significatio Joan. ij.
nem dn̄ici corporis/qđ de virgine assumpsit spāliter respicit
de q̄ ipe iudeis. Soluite inq̄t tēplū hoc: ꝛ in trib⁹ dieb⁹ ex
citabo illud: q: vero solutū passiōe corpus suū/ipsa die ter
tia resuscitauit ad vitā. Ferūt siquidē/q: ipsum corp⁹ ho
minis q̄dragesimosexto die post cōceptiōis initiū/in mē
brorū distictiōe format̄: atq̨ ideo nō casu gestū qđ diuini
tus ꝓcuratū est: vt eo annorū numero tēplū edificaret̄/q̄
dieꝝ numero/corp⁹ dn̄icū p qđ tēplū figurabat̄/in vtero
v̄ginali ꝑfici oportebat. Qđ aūt encenia p oēs annos ce
lebrari sācitū est: h̄ ꝑfecto nos admonet/vt memoriā dn̄i
resurrectiōis quā iā factā credim⁹: ꝛ nr̄e quā futurā spera
mus/sp aīo retineam⁹: taliterq̨ nos agam⁹ vt nō ad iudi
ciū/sꝫ sicut dn̄s his q̄ bona egerint ꝓmisit/resurgere me
reamur ad vitā. Nec sine discussiōe pretereundū est: q̄ dedi
cās tēplū Salomō vbi cōpleuit p̄ces/ignis descēdit de ce
lo ꝛ deuorauit holocausta ꝛ victimas. Holocausta nāq̨ ꝛ ij. par. vij
victime veri Salomonis nos sum⁹: holocausta ꝛ victime j. Pe. iij.
summi regis oēs electi ei⁹ sūt. De q̄b⁹ ait ap̄ls Petr⁹. Q:
ꝛ christ⁹ semel ꝓ pctīs nr̄is mortu⁹ est/iust⁹ ꝓ iniustis: vt nos
offerret deo: mortificatos q̄dē carne/viuificatos autē spi
ritu. Ignis aūt celestis/feruorē eximie dilectiōis q̄ supni ci
ues p̄ñe/ꝛ in sua alterutrū btitudine/ꝛ in sui cōditoris cō
specta claritate/semꝑ ardere letant̄: signat. Hic est em̄ q̄
q̄dā celestiū virtutū agmina: q̄ ex singulari ꝓpinq̄tate cō
ditoris sui/incōparabili ardent amore/speciali noie sera Anagogica expositio.
phin. i. ardētes vl' incēdētes vocant̄. Cōpleta q̄ dedicatio
ne tēpli/ignis e celo descēdēs/oblatas dn̄o hostias deuo
rat: q: expleto tp̄e nr̄e resurrectiōis: cū introierint i gaudiū
dn̄i sui fideles serui flagrātia veri amoris q̄ nūc angelice
virtutes inflāmant̄/coꝝ q̄ mētes visa specie sui redēpto
ris absorbet: q̄ q̄dē face dilectiōis etiā nunc plurimos ele
ctorum/in superna illa ciuitate plene absorptos esse non
dubiū est. Sed tūc nimirū/hoc multo ꝑfecti⁹ adimplebit̄
cū recepta sua carne imortali: receptis in eādē btitudinē
cōseruis suis et fratrib⁹ cūctis: q̄s adhuc in terris certare
conspiciunt/nō habebunt vltra quo intuitū cogitationis
sue foras vel ad modicum mittant: habētes secum intus
deum/de cuius visione sempiterna gaudeant: habētes ꝛ
proximos: quoꝝ felicitate sempiterna congaudeant: vbi

illud primũ mãdatũ et ad ꝓximũ dñi ad integrũ pficiet: ad cui⁹ pfectionẽ in hac vita/iusti pro suis quiqꝫ virib⁹ ac
Mat. cingunt. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo: ⁊ ex to-
xxij. ta aĩa tua: ⁊ ex tota mente tua: ⁊ diliges ꝓximũ tuũ sicut teipm: q: quo vicinius p̄sentẽ dei vultũ cernũt: eo se ardẽtius ei⁹ dilectioni totos impendunt/quos ꝓximos suos oẽs esse electos/ac deo dilectos agnoscũt: quo corda illorũ nõ min⁹ q̃ suo syncero amore referta pspiciũt: eo illos ipi nõ min⁹ q̃ seipsos amare delectant. Sꝫ ⁊ hoc notãdũ q: exposita dedicatiõe/ac festiuitate subsecuta ita scriptu
iij.Re.viij ra cõclusit. Et dimisit Salomõ pplos: q̃ bñdicẽtes regi/ pfecti sunt in tabernacula sua/letãtes ⁊ alacri corde sup oib⁹ bonis q̃ fecerat dñs Dauid seruo suo/⁊ isrł pplo suo Dimittet eũ pẜacto resurrectionis munere dñs electos suos in eterna tabernacula letãtes: nõ eos vtiqꝫ vlterius a sua p̄sentia remouẽs/sed a discrimine iudicij qđ in aere
i.Thess. futurũ/aplo docente nouim⁹ ad habitationẽ patrie cele
iiij. stis immittens: vt pro suis quisqꝫ meritis ꝓmissam regni sedem percipiat. Qđ em̃ h ppłi in sua tabernacula profecti esse dicuntur/hoc est ꝑfecto qđ in euangelio dñs ait.
Jo.xiiij. Multe mansiones in domo patris mei sunt. Bene autẽ d:: q: benedicentes regi ꝑfecti sunt in tabernacula sua: q:
Actio hec est nimirũ sola actio quietissima/ac felicissima ciuiũ
optima supernoꝝ hymnos gratiarum suo dicere conditori. Hinc
beatorũ em̃ scriptũ est. Beati qui habitant in domo tua dñe: in seculum seculi laudabũt te. Hinc idẽ propheta vltimos septem psalmos in laudis diuine suauitate cõpleuit. Porro octauũ ante finẽ psalterij/de victoria pugne qua gigãtem strauerat (dñm benedicendo) cõfecit/vbi aperte dicit: q: oẽs qui hic maligni hostis certamina susceperant: illic in requie vera laudẽ sui redẽptoris ⁊ adiutoris decantant. Benedicẽtes inquit regi: profecti sunt in tabernacula sua/letãtes ⁊ alacri corde sup oibus bonis que fecerat dñs Dauid seruo suo: ⁊ Israel populo suo. Letãtes q̃ppe iusti super bonis que a dño accipiunt/tabernacula introeunt celestiũ mansionũ: q: q̃uis graues hui⁹ seculi/q̃uis longi fuerint labores: breue nimirũ videt ⁊ leue totũ/qcq̃quid eterna beatitudine finitur. Unde oportet charissimi: vt in edificatione dom⁹ dei/vnusquisqꝫ nostrũ exhortando/obsecrando/increpando/ipe pijs actibus desudãdo/quantũ valet insistat: ne si quẽpiã rex celestis nũc defidem in ope sui tẽpli cõspexerit: hũc in tẽpore future dedicationis/magne sue solẽnitatis reddat exortẽ. Satagamus mutuo charitatis auxilio: vt oẽs nos alacri corde et indefessos in operibus q̃ ipse p̄cepit inueniẽs: oẽs ad premia que promisit ꝑpetue sue visionis introducat/Jesus christus dñs noster: qui viuit ⁊ regnat de⁹ cũ patre in vnitate spiritussancti/per omnia secula seculorum. Amen.

❡ De eodem festo. Joannis. X.

❡ In illo tempore: Facta sunt encenia in Hierosolymis: ⁊ hyems erat: ⁊ ambulabat Jesus in templo: ⁊ i portico Salomonis. Et reliqua. Homilia venerabilis Bede presbyteri.

Audiuimus ex lectione euangelica fratres charissimi: q: facta sunt encenia in Hierosolymis. Encenia autem vocabant solẽnia dedicationis tẽpli: que populus dei ex an
encenia tiqua patrũ traditione/ꝑ annos singulos celebrare con-
transie- sueuerat. Quorũ vestigia nos hodie iuxta morẽ christia-
rũt in de ni orbis sequentes/annuam dedicationis ecclesie nostre
dicatio- diem/diuinis laudibus ⁊ vigilijs studuimus agere solẽ-
nem. nem. Et hãc nos festiuitatẽ eo maiore deuotione celebrare oportet: quo eã redẽptori nr̃o gratissimã esse cognouimus: adeo vt in illa ipse templũ ingredi: ⁊ sermonẽ facere ad populum/ac diuinitatis sue sacramenta pãdere di-
Tex. gnat⁹ sit. ❡ Facta sunt inquit encenia in Hierosolymis: ⁊ hyems erat: et ãbulabat Jesus in tẽplo in portico Salomonis. Si ergo voluit in tẽplo ambulare: in quo caro ⁊ sanguis brutoꝝ animaliũ offerebat: multomagis nostrã orationis domũ vbi carnis ipsius/ac sanguinis sacramẽta celebrãtur/visitare gaudebit. Si ꝑambulare nõ despexit porticũ: in qua rex quondã mortalis/ac terrenus (q̃uis potentissim⁹ ⁊ sapientissim⁹) ad orandũ stare solebat: quãtomagis penetralia cordiũ nostroꝝ inuisere atqꝫ illustrare desiderat: si tñ ea porticũ esse Salomonis/hoc est si ea timorẽ suũ/qđ est initiũ sapiẽtie/habere perspexerit. Neqꝫ em̃ putandũ est: q: dom⁹ solũmõ ad quã ad orãdum vel ad mysteria celebrãda cõuenim⁹/templũ sit dñi ⁊ non ipsi qui in noie dñi cõuenim⁹/multo ampli⁹ tẽplũ eius ⁊ appellemur ⁊ simus: cũ manifeste dicat apłs. Uos em̃ estis templũ dei viui: sicut dicit deus. Inhabitabo in ij.Co.vj.
eis: ⁊ inter illos ambulabo. Si ergo templũ dei sum⁹/curemus solerter/⁊ bonis actib⁹ satagamus: vt in eodẽ suo tẽplo/sepius ipse ⁊ venire ⁊ mansionẽ facere dignet. Caueam⁹ hyemis exemplũ/ne videlicet corda nr̃a dñs adueniens/a charitatis ardore torpẽtia reperiat: ideo ea citi⁹ aduersatus relinquat. Quid em̃ ꝑtinuit ad euangelistã Allegoria pulchra.
hyemis tẽpus cõmemorare: nisi q: duritiã perfidie iudeorum/per asperitatẽ aurarũ voluit designare brumalium ⁊ q: plurimis eoꝝ quos tunc in tẽplo inuenit/cõgruebat sermo quẽ dixit. Quoniã abundauit iniq̃tas: refrigescet charitas multorũ. Sicut etiã subsequẽter aperte denuntiat dicẽs. ❡ Circũdederũt ḡ eũ iudei ⁊ dicebant. Quousqꝫ animã nostrã tollis? Si tu es christ⁹ dic nobis palã. Nõ em̃ hec veritatẽ fidei q̃rendo: sꝫ illi quẽ interrogabãt insidiãdo/et calũniã struẽdo dicebãt. Christũ nãqꝫ quẽ fides orthodoxa verũ deũ/veꝝ cõfitet ⁊ hoiem: illi purum tantũmõ hoiem futurũ/nõ autẽ ⁊ deũ esse credebãt: memores vcꝫ q: de humanitate illi⁹. Jurauit dñs Dauid: de fructu vẽtris ei⁹ sedere sup sedẽ suam: sed obliti q̃ ipse de diuinitate sua ꝑ eũdẽ Dauid cecinit dicens. Dñs dixit ad me: fili⁹ me⁹ es tu. Credebãt ḡ christũ de stirpe Dauid nasciturũ: ⁊ regẽ ceteris oib⁹ excellentiorẽ esse vẽturũ. Qua etiã demẽtia posteri eoꝝ vsqꝫ in p̄sens tẽp⁹: et donec ante christũ ꝑ christo suscipiãt/errare nõ cessãt. Et si se dñs Jesus christũ eẽ rñderet/cogitabãt eũ tradere potestati p̄sidis puniendũ: q̃si cõtra Augustũ repugnans/illicitũ sibi vsurparet imperiũ. Sꝫ ipse nr̃e saluti cõsulens/ꝑpter q̃s hec scribẽda erãt/ita respõsum tẽperauit suũ: vt ⁊ calũniatorũ ora cõcluderet: ⁊ q: christ⁹ est fidelib⁹ apta voce ꝓderet. Illi em̃ de hoie christo q̃rebãt: ipe aũt diuinitatis sue qua eq̃lis est patri/palã mysteria narrat. Circũdemus ḡ ⁊ nos eũ charissimi: nõ sicut iudei insidijs appetẽdo/sꝫ vt fidelissima dom⁹ ei⁹/placidã illi in nobis sedẽ parãdo: de q̃bus merito dicat. Sanctificauit tabernaculũ suũ altissimus: de⁹ in medio ei⁹ nõ cõmouebit. Petam⁹ eũ: nõ vt illi vesaniẽdo/quousqꝫ aĩam nr̃am tollis: si tu es christ⁹ dic nobis palã. Quid em̃ vesani⁹ q̃ vt magistrum veritatis iõ sibi animã tollere q̃rerẽt: q: nõ eis incredulis ⁊ cõtradicentibus aperte sue maiestatis arcana reserauit: sed vt scriptura admonet sentiẽdo de illo/in bonitate ⁊ simpli- Oro pia ad Jesũ.
citate cordis q̃rẽdo illũ: q̃m inuenit ab his q̃ nõ tentãt illũ apparet aũt eis q̃ fidẽ habent in illũ. Dicam⁹ ei supplices q: tu es christ⁹. Te filiũ vnigenitũ dei/p̄ri ⁊ spirituisctõ coeternũ esse ⁊ cõsubstãtialẽ diuinitate/nr̃e substãtie participem: ex tpe factũ esse cognouim⁹. Da vt qđ interim pia fide veneramur plena in futuro visiõe speculemur. Hec est erem̃ vnica aĩe nr̃e sal⁹ ⁊ vita/tuũ ꝑpetuũ vultũ: tuam cernere lucẽ. Nec dubitandũ: q: rogãtes exaudiet nos/q̃ñ q̃ ipse p̄cepit rogam⁹: qđ dare ipse desiderat intẽta mẽte poscim⁹. Quõ em̃ pie supplicãtib⁹ famulis negare credẽd⁹ est bona: q̃ etiã rebellib⁹ vltra quã petebãt aperire nõ renuit? Qui cũ illũ an hõ christ⁹ eẽt iterrogarẽt: ipse nõ hominẽ tãtũ/sed etiã deũ christum ⁊ dei filiũ se esse nõ tacuit
❡ Respõdit em̃ eis dicẽs. Loquor vobis ⁊ non creditis. Tex.
Opera que ego facio in nomine patris mei/hec testimonium perhibent de me: sed vos non creditis: quia non

estis ex ouib⁹ meis. Qui ergo se in noie p̄ris opa sua facere restat/ꝑfecto q: fili⁹ dei sit credẽdus insinuat. Sed illi duplici reatu tenent obnoxij: q̃ nec verbis q̃ locutus est/nec factis q̃bus veritatẽ verboꝝ astruebat/ad fidẽ poterunt inuitari: meritoqꝫ ex ouib⁹ eius nõ esse dicunt: q: non ouina simplicitate pastorẽ bonũ seq̃: sed ferina potius rabie satagebant perseq̃. Uerũ q: sunt nõnulli q̃ fidẽ ꝓbotenus seruãt: ⁊ habitu ouium beluina corda p̄texunt: subsequenter ipse pastor q̃ ouiũ suaꝝ vita/q̃ sit merces edocet.
Tex. ❡ Oues mee vocẽ meã audiũt: ⁊ ego agnosco eas/⁊ sequunt me: ⁊ ego vitã eternã do eis ⁊ nõ peribũt i eternũ. Quicũqꝫ ergo in eternũ declinare interitũ/ac vitã desiderat videre ꝑpetuã: vocẽ christi necesse est/nõ solũ audiendo ⁊ credẽdo/sed et bñ viuẽdo sequatur. Q aũt se oues suas cognoscere dicit: eligere vtiqꝫ ad regnũ celeste p̄de-
Pro.iiij. stinare significat. Uñ Salomõ ait. Uias q̃ a dextris sunt
ij.co.xiiij. nouit dñs. Et ecõtrario de reprobis apłs. Qui aũt ignorat (inq̃t) ignorabit. Pulchre aũt de his q̃ audirent vocẽ eius ⁊ seq̃rent/ait. Et ego vitã eternã do eis ⁊ nõ peribũt in eternũ. Uisi sunt nãqꝫ martyres oculis insipiẽtiũ mori visi sunt perire cũ mortalẽ vitã diuersis penarũ generib⁹ subacti amitterẽt: sed nõ peribãt in eternũ. Nõ videbant mortẽ in eternum: q̃ mox soluti carcere carnis/debita suo certamini p̄mia sortiunt. De q̃bus adhuc aperte subdit.
Tex. ❡ Nõ rapiet eas quisq̃ de manu mea. Nitebant q̃ppe ꝑsecutores ipij rapere pios christi/cõfessores de manu ei⁹: q̃ñ vel eos ad negãdã fidẽ tormẽtis cogebãt/vt aĩas eoꝝ alienas redderẽt a christo: vel a morẽtib⁹ victi nihilominus exaĩa eoꝝ corpora/aut in aq̃s dissoluẽda/aut in ignẽ cõburẽda iactabãt: vt quasi christo resuscitãdi ea facultatẽ tollerẽt. Sed nemo rapiebat eas de manu ei⁹ cui sicut
Mat.xj. ipse alibi ait. Oia tradita sunt mihi a p̄re: q: et certantes vt vincant/adiuuat: ⁊ victores vt perpetuo regnent coronat: ⁊ eisdeꝫ etiã carnẽ in qua certauerũt/immortalẽ suo tempore redder. Quibus verbis eorũ q̃ temeritatẽ/qui sibi laqueos mortis parabant/redarguit: manifeste insinuans: q: stultissime de eius perditione dolis agerẽt/qui vitã dare posset immortalẽ: cui nemo raperet aliqueꝫ de his q̃s suos esse ante secula prenosset. Sed ne hec loquẽdo suã videret gloriã querere/totã suaꝫ potẽtiam ad p̄ris
Tex. gloriã refert cũ subiungit. ❡ Pater me⁹ quod dedit mihi maius oibus est. Mai⁹ autẽ omnib⁹ quod mediatori dei ⁊ hoim homini Jesu christo p̄r dedit: hoc est/vt sit vnigenit⁹ dei fili⁹ in nullo gignẽti/vel natura dissimilis: vel virtute inferior: vel tẽpore posterior. Quã vcꝫ equalitatẽ ipse dñs in diuinitate habuit pri⁹ q̃ mundus esset apud
Tex. patrẽ: nec in hũanitate ex tpe incarnatiõis accepit. ❡ Et nemo põt rapere de manu p̄ris mei. Supra de ouib⁹ suis dicit. Nõ rapiet eas quisq̃ de manu mea. Et nũc subiũgit Et nemo põt rapere de manu p̄ris mei. Aperte dãs intelligi vnã atqꝫ indissimilẽ esse manũ: hoc est/virtutẽ suaꝫ et p̄ris: atqꝫ iõ christũ se fore credẽdũ: q̃ nõ sicut ceteri sctificatus ꝑ gratiã ex tẽpore: sꝫ ver⁹ semꝑ extiterit dei fili⁹. Qđ
Tex. etiã sequẽti snia luce clari⁹ aperit/dicẽs. ❡ Ego ⁊ p̄r vnũ sum⁹. Unũ inq̃t sum⁹: vna nobꝫ substãtia/vna diuinitas/vna eternitas/ꝑfecta eq̃litas/dissimilitudo nulla. Quib⁹ ꝑfecto verbis/nõ p̄sentẽ solũmõ iudeoꝝ questionẽ: q: an ipe eẽt christ⁹ interrogabãt explicauit: sꝫ etiã hereticoꝝ ꝑfidiam: quã futurã ꝓuidit quantũ sit execrãda mõstrauit Fotin⁹ em̃ dicit. Christ⁹ hõ est tantũ/de⁹ nõ est. At cũ ipse dicat. Ego ⁊ p̄r vnũ sum⁹/manifeste patet: q: vnũ cũ deo patri substãtialiter hõ pur⁹ esse nõ põt. Et q: christ⁹ idẽ q̃ p̄r est: cauẽda est heresis Fotini q̃ hũc credi deũ ꝓhibet. Arri⁹ aũt: christ⁹ inq̃t fact⁹ a deo: nõ ex deo nat⁹ est/⁊ ideo minor p̄re credẽdus est. Cui cõtradicẽs ipse. Ego inq̃t et pater vnũ sum⁹. Quis em̃ nõ facile viderit q: nulla creatura vnũ cuꝫ illo q̃ oia creauit naturaliter existere possit? Et q: naturaliter christ⁹ vnuꝫ cũ p̄re est: dãnãda est Arrij peruicacia: q̃ illũ creaturã affirmat. Porro Sabelli⁹. Nõ sunt inq̃t due persone patris ⁊ filij confitende: sed ipse pater q̃ñ vult pater est: quãdo vult fili⁹ est: quãdo vult spiritussanctus est: ipse tñ vn⁹ est. Quẽ (memorata sentẽtia) filius ipse condẽnat. Cõstat em̃ q: ego ⁊ pater/de vna ꝑsona dici nõ potuit: sumus/de vno dici nõ cõgruit. Quapropter etiã Sabellij errore cũ ceterꝫ abiecto sequẽda nobis est apostolica bti Petri fides: qua dñm cõfessus ait.
Tu es christus filius dei viui. Hec de lectione euangelica Mat.
prout dñs donauit explanãdo trãscurrimus: sed libet ad- xvj.
huc de enceniorũ solẽnitate: quã ⁊ tunc Hierosolymite ⁊ nos hodie celebram⁹ fraternitati vestre latius disserere. Hoc autẽ in primis notandũ est: q̃ encenia q̃ in lectione euangelica facta cognouim⁹: nõ ad primã dedicationem templi/sed ad vltimã pertinent: qđ ex eo facile colligit: q: hyeme facta referunt. Prima siq̃dẽ ei⁹ dedicatio a Salo Triplex
mone tẽpore autũni: media a Zorobabel et a Jesu sacer- tẽpli de-
dote tpe veris: vltima a Juda Machabeo tpe hyemis dicatio.
est facta: quãdo specialiter cõstitutũ esse legit/vt eadẽ dedicatio per oẽs annos in memoriã solẽnib⁹ reuocaretur officijs: iuxta qđ ad tẽpus dominice incarnationis obseruatum fuisse modo cũ legeret euangeliũ audiuim⁹. Hec aũt fuit causa secũde ⁊ tertie dedicationis: q: Salomon quidẽ tẽpli opus qđ dño deo cõdidit/septẽ annis ꝑfecit: octauo autẽ anno hoc est decima die mensis septimi: qui a nobis October appellat i magna regni gloria dedicauit. Que videlicet dies: ⁊ antea per legem erat statuta solemnis: ita vt in ea tabernaculum oẽ per singulos annos
maioribus hostijs expiari deberet. Deniqꝫ Zacharias p̄r Luce.j.
beati Joannis baptiste: eisdem expiationibus ad altare deseruiens/adueniente angelo de dñice mysterio natiuitatis/gaudioqꝫ humane saluationis instruit. Sed tẽplũ hoc post annos quadringentos triginta incẽderũt Chaldei: ⁊ Hierosolymoruꝫ vrbe destructa/populuꝫ Israel in Babyloniam adduxerunt captiuum. Qui post annos septuaginta regnãtibus Persis patriã remissus/rursusqꝫ edificatũ est templum per annos quadraginta sex: ⁊ tertia die mensis duodecimi quẽ nos vocam⁹ Martiũ/op⁹ ad finem vsqꝫ perductũ. Cui vcꝫ tunc operi prefuerũt duces plebis strenuissimi (vt diximus) Zorobabel de regio genere/⁊ Jesus sacerdos magn⁹: sed et ꝓphete/Agge⁹ ⁊ Zacharias adiuuãtes eos atqꝫ aduersus isidias hostium impedientium opus/cor populi corroborãtes. Inde
post annos fere trecẽtos ⁊ quiquaginta sex: rex nefandis- Antio-
sim⁹ Grecorũ Antioch⁹/fraude capta Hierłm templũ ch⁹ tẽpli
idẽ sordibus idoloꝝ prophanauit: auferens inde ⁊ cõfrin propha-
gens altare dñi aureũ: mensam ꝓpositionis/candelabrũ nator.
luminis: ⁊ cetera vasa tẽpli aurea que inuenire potuit: sꝫ ⁊ in templo Jouis simulacrũ statuens: populũqꝫ tormẽtis ad sacrificandũ idolis cogẽs. Qua persecutione multi de populo/pro diuine legis custodia trucidati sunt: iter quos ⁊ mater illa septẽ filioꝝ merito famosa/nobilissimã pro dño cũ sobole martyrij coronã meruit. Sꝫ Judas machabe⁹ cum esset de genere sacerdotali/collecto exercitu iustoꝝ/aduersus Antiochi duces arma arripiẽs: eosqꝫ de Judea expellẽs/ꝑsecutioni seuissime finẽ imposuit: ac tẽplũ idolorũ imaginibus emundans/noua rursus altaria ⁊ cetera vasa vel ornamenta faciens: atqꝫ in templo reponẽs: dedicauit ea simul cũ tẽplo quod purificauit ⁊ renouauit vicesimaquinta die mẽsis noni: q̃ apud nos appellatur Decẽber: ⁊ ad hyemẽ ꝑtinere nulli dubiũ cõstat: statuitqꝫ decretũ (vt dixim⁹) annis oibus diẽ enceniorum.i. innouationis ac dedicationis tẽpli festa deuotione cele-
briari. Que ꝑfecto oia (sicut apostol⁹ docet) in figura fa- i.Cor.x
cta sunt nr̃i: ⁊ ꝓpter nos vtiqꝫ scripta: ideoqꝫ nob solerti⁹ spiritali rõne discutiẽda. Salomon q̃ppe rex/q̃ interp̄tat pacific⁹: ipsum redẽptorẽ nostruꝫ typice designat/de quo
Esaias ait. Multiplicabit eius imperiũ ⁊ pacis non erit Esa.ix.
finis. Tẽplũ qđ edificauit/catholica ei⁹ ecclia est: quã de vniuersis ꝑ orbẽ credẽtib⁹/quasi de viuis lapidib⁹ in vnã sue fidei ⁊ charitatis cõpagẽ aggregat. Qđ autẽ septem annis edificatũ est templũ: significat/q: ꝑ totũ hui⁹ secu-

litẽpus qđ septẽ dieb⁹ euoluit/sancte structura eccl'ie crescere nũq̃ desinit. Qđ autẽ anno octauo dedicatũ est: et celeberrima illa ac maxima solẽnitas a Salomone rege cũctis filijs Israel tpe cõplete dedicationis exhibita: insinuat opus iustitie: q: pfecto in fine mũdi numero electorum diu desiderate/imortalitatis est futura festiuitas: et peracto vniuersalis resurrectionis miraculo: mox oẽs q̃ ad pacifici regis veri. s. Salomonis regnũ ptinẽt/eterna cũ eo gaudia patrie celestis intrabunt. Tu autem dñe.

¶ In dedicatiõe ecclesie. Luce. XIX.

¶ In illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Hiericho. Et ecce vir nomine zache⁹: ⁊ hic erat princeps publicanorũ: et ipse diues. Et reliqua. Homilia venerabilis Bede presbyteri.

Lu. xviij

Que impossibilia sunt apud homines/possibilia sunt apud deũ. Ecce em̃ camelus deposita gibbi sarcina/p foramen acus transit: hoc est/diues ⁊ publicanus relicto onere diuitiarum/cõtempto censu fraudiũ/angustam portam arctãq; viam que ad vitam ducit/ascendit. Qui mira deuotione fidei ad vidẽdum saluatorem qđ natura minus habuerat ascensu supplet arboris: atq; ideo iuste q̃uis rogare non audebat: benedictionẽ dñice susceptiõis quã desiderabat/accepit.

Allegorica expositio.

Mystice aũt Zacheus q̃ interpretatur iustificat⁹/credentẽ ex gentib⁹ pplm significat: q̃ quanto curis secularib⁹ occupatior: tãto flagitijs deprimentibus erat fact⁹ humilior. Sed ablutus est: sed sanctificatus in noĩe dñi nostri Jesu christi: ⁊ in spiritu dei nostri. Qui intrãtem Hiericho saluatorẽ videre q̃rebat/sed pre turba non poterat: quia gratie fidei quã mundo saluator attulit participare cupiebat: sed inolita vitiorum consuetudo ne ad votum perueniret obstiterat. Eadem nãq; turba nostre consuetudinis q̃ supra cecũ clamantẽ ne lumẽ peteret increpabat: etiã suscipientẽ publicanũ/ne Jesum videat tardat. Sed sicut cec⁹ turbarum voces magis ac magis clamãdo deuicit: ita pusill⁹ necesse est turbe nocentis obstaculũ altiora petẽdo transcendat: terrena relinquat/arborẽ crucis ascẽdat. Sycomorus nãq; que est arbor folijs mori similis/sed altitudine pstans: vñ et a latinis celsa nuncupatur/ficus fatua dicitur. Et eadẽ dñica crux credentes alit vt ficus: ab incredulis irridet vt fatua.

j. Cor. j.

Nos em̃ pdicam⁹ ait aplš christũ crucifixũ: iudeis q̃dẽ scãdalũ gentib⁹ aũt stultitiã: ipsis ãt vocatis iudeis atq; gẽtib⁹ christũ dei ṽtutẽ ⁊ dei sapientiã. Quã videlicet arborẽ pusillus Zache⁹ q̃ exaltari possit ascẽdit: dũ q̃libet ⁊ pprie cõscius infirmitatis/cõfidẽs in dño proclamat.

Gal. vj.

Mihi autẽ absit gloriari/nisi in cruce dñi nrĩ Jesu christi. Ascẽsa autẽ sycomoro trãseuntẽ ppe dñm cernit: q: p hãc laudabilem fatuitatẽ: etsi necdũ vt est solide/iã tñ raptim ⁊ q̃si in trãsitu/luci sapiẽtie celestis intẽdit.

Tex.

¶ Et cũ venisset ad locũ suspiciẽs Jes⁹ vidit illũ. Perãbulãs Hiericho saluator venit ad locũ vbi pcurrẽs Zache⁹ sycomorũ cõscenderat: q: missis p mundũ sui verbi pconib⁹: in qb⁹ nimirũ ipse ⁊ loqbat ⁊ ibat/venit ad populũ nationũ: q̃ passionis ei⁹ fide iam sublimis existẽs: etiã diuinitatis ei⁹ ardebat cognita facie beari.

Videre quomodo de⁹ dicatur.

Suspiciẽs vidit illũ: q: p grãz fidei a terrenis cupiditatib⁹ eleuatũ/turbisq; infidelib⁹ pemineñtẽ elegit. Videre em̃ dei/diligere vł amare est. Vñ est illud. Oculi dñi sup iustos. Nã ⁊ nos q̃ amam⁹ videre delectamur: ab his q̃ execramur/intuitũ festinam⁹ auertere. Vidit ḡ Jes⁹ videntẽ se: q: elegit eligentẽ se/⁊ amauit amantẽ se. Huc sane ordinẽ pficiẽdi/hoc est p fidẽ dñice incarnatiõis ad cognitionẽ diuinitatis pueniẽdi: q̃si p sycomorũ Jesu faciẽ

j. Cor. ij.

speculãdi doctor egregi⁹ ondit cũ ait. Nõ em̃ iudicaui me aliq̃d scire inter vos/nisi christũ Jesũ: ⁊ illũ crucifixũ. Itẽq;

Heb. v.

alijs exprobrãs. Facti estis inq̃t q̃b⁹ lacte op⁹ sit/nõ solido cibo: lac infirme tẽperarie dispẽsatiõis solidũ cibũ ardua ppetue maiestatis appellãs.

Tex.

¶ Et dixit ad eũ. Zachee festinãs descẽde: q: hodie in domo tua oportet me manere. Et festinãs descẽdit: ⁊ excepit illũ gaudẽs. Manebat aliquãdo dñs in domo principis phariseorũ/hoc est iudeorũ/in synagoga docebat: s; q: nõ baptizatũ ante prãdiũ sabbato curantẽ: publicanos ⁊ pctõres recipientẽ/cõtra auaritiã disputantẽ: ⁊ cetera digna deo gerentẽ lingua venenata carpebant/pertesus eorũ facinora discessit ⁊ aufugit dicens. Relinq̃tur vobis dom⁹ vr̃a deserta.

Mat. xxiij.

Hodie autẽ in domo pusilli Zachei oportet illũ manere/hoc est noue legis grã coruscãte/in humili credẽtiũ nationũ corde quiescere. Quod aũt descẽdere de sycomoro Zacheus: ⁊ sic in domo sua christo mansionẽ preparare iubet/hoc est quod apostolus ait. Omnia etsi cognouim⁹ fm carnẽ christũ/sed iã nunc nouim⁹. Et si mortuus est ex infirmitate/sed viuit ex virtute dei. ¶ Et cũ viderent/oẽs murmurabant/dicẽtes q ad hoiem peccatorẽ diuertisset. Manifestũ est iudeos semper gentium odisse salutẽ. Scriptũ est em̃.

Act. xiij.

Sequẽti vero sabbato pene vniuersa ciuitas cõuenit audire verbũ dñi. Videntes aũt turbas iudei/repleti sunt zelo: ⁊ contradicebãt his que a Paulo dicebant blasphemantes. Et alibi fideles etiã fratres aduersus apostolorũ principẽ disceptabãt dicẽtes.

Judeorũ malitia.

Quare introisti ad viros preputiũ habentes/⁊ manducasti cũ illis?

Tex.

¶ Stans autẽ Zacheus dixit ad dñm. Ecce dimidiũ bonorũ meorũ dñe do pauperibus: ⁊ si quid aliquẽ defraudaui/reddo q̃druplũ. Alijs calũniantibus hoiem peccatorẽ: ipse Zacheus stans. i. in ea quã ceperat fidei veritate persistẽs: non solũ ex peccatore cõuersum/sed etiã inter perfectos pbat esse cõuersatũ: dicente em̃ dño.

Mat. xix.

Si vis perfect⁹ esse/vade ⁊ vẽde oĩa q̃ habes/⁊ da pauperib⁹. Quisquis ante cõuersionem innocenter vixit/oĩa cõuersus potest dare pauperibus: at qui aliqua fraude sustulit: pmo hec iuxta legẽ reddere/deinde qđ sibi remãserit debet dare pauperibus: ac sic ⁊ ipse q: nihil sibi retinet/oĩa sua dispgit et dat pauperibus: iustitia ei⁹ manet in seculũ seculi. Et hec est sapiens illa stultitia quã de sycomoro publicanus q̃si fructũ vite legerat: rapta vz reddere/ppria relinquere/visibilia cõtẽnere p inuisibilib⁹: etiã mori desiderare/seipsum abnegare: ⁊ ei⁹ q̃ necdũ videat dñi vestigia sequi cõcupiscere.

Tex.

¶ Ait Jesus ad eũ. Quia hodie sal⁹ domui huic fctã est: eo q ⁊ ipse fili⁹ sit Abrae. Filius Abrae dicit Zache⁹: non q: de ei⁹ stirpe generat⁹/sed q: ei⁹ fidẽ est imitat⁹.

Abrae filius quis dicatur.

Ut sicut Abrahã terrã/cognationẽ/domũq; paternã ob spem future hereditatis dño iubẽte deseruit: ita ⁊ ille q̃ thesaurum in celis acq̃reret/bona sua pauperib⁹ partienda reliquit. Et pulchre dicit/⁊ ipse: vt nõ solũ eos q̃ iuste perseuerant sed ⁊ eos q̃ ab iniustitia resipiscunt/ad filios pmissionis pertinere declaret. Aliter. Sal⁹ q̃ olim iudeorũ domũ implebat/hodie populo nationũ illuxit: ⁊ q ⁊ ipse populus fili⁹ sit Abrae credẽdo in eũ: de quo dicit apostol⁹.

Gal. iij.

Si aũt vos christi: ḡ Abrae semen estis.

Ro. iiij.

Et sicut alibi dicit/q ipse Abraã sit pr̃ circũcisionis: non his tantũ q̃ sunt ex circũcisione/sed ⁊ his q̃ sectant vestigia: q̃ est in pputio fidei patris nostri Abrae. Venit em̃ filius hois querere ⁊ saluum facere qđ perierat: hoc est qđ alibi dicit.

Mat. ix.

Non veni vocare iustos/sed peccatores. Pius sane magister: q̃ murmurantibus turbis sua mysteria non dedignat exponere: adeo scz peccatorũ penitẽtiã nõ esse respuendã: vt ipse dei filius ob hanc maxime querendã sit destinat⁹ ad terras. Qui vt pietatis sue nobis dispensationem inculcet/sepissime se filium hominis appellat/commendans solicite nobis quod factus est benigne pro nobis. Tu autem.

¶ Homiliarum de tempore finis.

¶ Regestum huius partis.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.t.
v.x.y.z.⁊. Omnes sunt terni.

Index homiliarum per ordinem alphabeti.

¶ Homiliarum et sermonũ sanctorum patrum: tam dominicalium: q̃ aliorum dierum per ordinem alphabeti annotatio.

A
Aduentus dominica prima. fo.ij.
Aduentus secunda dominica. fo.iij.
Aduentus tertia dominica. fo.iiij.
Aduentus quarta dominica. fo.ix.⁊.x.
Ascensionis festo. fo.lxxxvij.
Alcuinus de trinitate. fo.xcix.
Altaris dedicatione. fo.cxl.
C
Circumcisionis. fo.xxv.
Cinerum. fo.xxxix.
Cena domini. fo.lxix.
Cantate/dominica. fo.lxxxiij.
D
Dominica prima in aduentu. fo.ij.
Dominica secunda in aduentu. fo.iij.
Dominica tertia in aduentu. fo.iiij.
Dominica quarta in aduentu. fo.ix.⁊.x.
Dominica ante natale. fo.x.⁊.xj.
Dominica infra octa.natiuitatis. fo.xxiiij.
Dñica infra octa.epiphanie. fo.xxviij.
Dñica prima post epipha.dñi. fo.xxx.
Dñica secunda post epiphaniam. fo.xxxj.
Dominica tertia. fo.xxxij.
Dominica quarta. fo.xxxiiij.
Dominica quinta. fo.xxxv.
Dominica in septuagesima. fo.xxxvj.
Dominica in sexagesima. fo.xxxvij.
Dominica in quinquagesima. fo.xxxviij.
Dñica prima in quadragesima. fo.xlij.
Dñica secũda in quadragesima. fo.xlvij.
Dñica tertia in quadragesima. fo.lij.
Dñica in medio quadragesime. fo.lvij.
Dominica in passione. fo.lxiij.
Dominica iudica/que eadem est. fo.eo.
Dominica palmarum. fo.lxvj.
Dominica festo pasce. fo.lxxij.
Dñica i octaua pasce: vel quasi mõ. fo.lxxx.
Dominica/misericordia domini. fo.lxxxij.
Dominica tertia/iubilate. fo.lxxxij.
Dominica quarta/cantate. fo.lxxxiij.
Dominica quinta/vocem. fo.lxxxiiij.
Dominica post ascensionem. fo.lxxxviij.
Dominica prima post oct.pen. fo.cvij.
Dominica secũda post octa.pente. fo.cix.
Dominica tertia post octa.pente. fo.cx.
Dominica quarta post octa.pẽte. fo.cxij.
Dominica quinta post octa.pente. fo.cxiij.
Dominica sexta post octa.pẽte. fo.cxiiij.
Dñica septima post octa.pente. fo.cxiiij.
Dominica octaua post octa.pente. fo.cxv.
Dominica nona post octa.pente. fo.cxv.
Dominica decima post octa.pẽte. fo.cxvj.
Dñica vndecima post octa.pẽte. fo.cxvij.
Dñica.xij.post octa.pẽte. fo.cxviij.⁊.cxix.
Dñica decimatertia post oct.pẽte. fo.cxix.
Dñica decimaquarta post oct.pẽte. fo.cxxj.
Dñica decimaquinta post oct.pen. fo.cxxiij.
in senectutē nō declinauit. Crescat ergo fides tua: robur
inueniat: ad senectutē puerilis nesciat. Sic ptinebis ad
christū fil'ū dei in principio verbū: verbū apud deū: verbu₃
deū: sed verbū caro factum/vt habitaret in nobis. Maie-
stas ibi latebat vbi infirmitas apparebat. Symeon in ma
nus suas infirmitatē accepit/sed maiestatē int⁹ agnouit.
Nemo cōtēnat christū natū: ⁊ infantē in tēplo presentatū
si vult esse renat⁹. Ad illū ptinuit ppter nos nasci ad nos
ptineat in illo renasci/q̄ venit i hūc mūdū pctōres saluos
facere/de quo Joānes in euāgelio dicit. Hic est agn⁹ dei
Joan. j. hic est qui tollit peccata mūdi Jesus christus domin⁹ no
ster/qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

¶ De eodem festo. Luce. II.

¶ In illo tēpore: Postq̄ impleti sunt dies purgationis Marie sm̄ legem Moysi: tulerunt Jesum in Hierusalem vt sisterent eū domino: sicut scriptum est in lege domini: quia omne masculinum adaperiens vuluā: sanctum domino vocabitur. Et reliqua. Homilia venerabilis Bede.

Solennitatē nobis ho
diernę celebritatis quam quadragesimo dn̄ice
natiuitatis die debitis veneramur officijs: ma-
xime eiusdem dn̄i saluatoris nr̄i/simul ⁊ intemerate vir-
ginis genitricis eius humilitate dedicatā/sacra euange-
lij lectio designat: exponēs eos qui legi nihil debebāt im
plendis se legalibus per oīa subdidisse decretis: sicut mo
Tex. do cum legeretur audiuim⁹. ¶ Postq̄ impleti sunt dies
purgationis ei⁹ videlicet matris illius/sm̄ legē Moysi:
tulerunt illum in Hierusalē/vt sisterent eū dn̄o sicut scri-
Exodi xxxiiij. ptum est in lege dn̄i. Quia omne masculinū adaperiens
vuluā/sanctum dn̄o vocabitur. Precepit nāq₃ lex vt mu-
Leui. xij lier que suscepto semine peperisset filiū/immunda esset
septē diebus: ⁊ in die octaua circūcideret infantulum no
menq₃ aptaret: deinde etiā alios triginta tres dies ab in-
gressu templi ac viri thoro abstineret/donec q̄dragesimo
natiuitatis die filiū cū hostijs ad tēplū dn̄i deferret: pmo
genitum autē oīs masculini sex⁹/sanctū dn̄o vocari: atq₃
ideo mūda queq₃ offerri deo: immunda autē mūdis muta-
ri vel occidi: ⁊ oē primogenitū quinq₃ siclis argēti debere
redimi. Si autē feminā peperisset mulier/immūda fieri ius
sa est q̄tuor decim diebus: et sexaginta sex alijs dieb⁹ a tē-
pli ingressu suspēdi: donec octogesimo natiuitatis die/q̄
dies purgationis ei⁹ vocabat/illo se suāq₃ sobolē hostijs
sanctificatura veniret: ac sic demū ad thorū viri/libera re-
dire deberet. Intueamur fratres charissimi diligēti⁹ ver
ba legis q̄ proposuimus: ⁊ videbimus apertissime q̄ bea
tissima dei genitrix ⁊ ppetua virgo Maria simul cū filio
quem genuit/ab omni fuerit legis subiectiōe liberrima.
Cū enī dicat lex: mulierē q̄ suscepto semine peperisset/im
mūdā decerni: et p lōga tpa simul cū prole quā genuisset
oblatis victimis debere mūdari: patet pfecto/q₂ illā que
sine virilis susceptiōe seminis virgo peperit: vna cū filio
q̄ nat⁹ est ei nequaq̄ immundā describat: neq₃ p hostias saluta
res doceat esse mundanda. Sed sicut dn̄s ac saluator no
ster qui diuinitatem legis dedit/apparens in hominē fie Gal. iiij.
ri voluit sub lege: vt eos qui sub lege erant/redimeret: vt
adoptionem filiorū reciperemus. Ita etiā beata genitrix
illi⁹ q̄ singulari priuilegio supra legē fuit: p ostendendo tn̄
humilitatis exēplo legalib⁹ subdi nō refugit institutis: iu
xta illud viri sapiētis. Quāto magn⁹ es/humilia te in oi- Eccl. iij.
bus. Et vt daret (inq̄t) hostiā sm̄ qđ dictū est in lege dn̄i/ Leui. xij
par turturū ⁊ duos pullos colūbarū. Hostia hec paupe-
rū erat. Precepit q̄ppe dn̄s in lege: vt q̄ posset/agnū p filio
vel filia simul ⁊ turturē siue colūbā offerret: q̄ vero nō suf
ficeret ad offerendū agnū/duos iā turtures vel duos co- Christi pauper oblatio.
lumbe pullos offerret. Ergo dn̄s noster p oīa memor sa-
lutis: nō solū hō fieri cū de⁹ esset/sed etiā cum diues esset
pauper fieri dignat⁹ est pro nobis: vt nos sua paupertate ⁊
hūanitate diuitiarū ⁊ diuinitatis sue donaret esse partici
pes. Sed libet paulisper intueri/cur he maxime volucres
in hostiā dn̄i iubent offerri: nā ⁊ Abraā patriarcha tanto
ante legē tpe/has in holocaustū dn̄i legit obtulisse: et in
plerisq₃ legis cerimonijs/q̄ mūdandus esset p has iube-
batur mundari. Colūba ḡ simplicitatē/turtur indicat ca
stitatē: q₂ ⁊ columba simplicitatis ⁊ castitatis amator est
turtur: ita vt si cōiugem casu pdiderit/nō aliā q̄rere curet
Ūn̄ et i laudib⁹ ecclie loquit dn̄s. Pulchre sunt gene tue Cant. j.
sicut turturis. Et iterū. Ecce tu pulchra es amica mea: ec Ibidem
ce tu pulchra oculi tui colūbarū. Genas quippe vt turtur
is h₃: q̄ ab oī ipudicitie peste/castū se custodit ⁊ immunem.
Oculos habet colūbarū: q̄ nulli nocere desiderās/etiam
inimicos simplici amore cōtuet. Sed vtraq₃ auis memora
ta: q₂ gemitū pro cantu edere solet/sanctorū in hoc seculo
designat ploratū: de q̄ dn̄s memorat dicēs. Amē amē dico Joā. xvj.
vobis: q₂ plorabitis ⁊ flebitis vos/mundus autē gaude-
bit: vos autē cōtristabimini/sed tristitia vr̄a vertet in gau-
dium. Et rursum. Beati lugētes: qm̄ ipsi cōsolabūtur. Me- Mat. v.
rito ergo turtur ⁊ colūba dn̄o offerunt in hostiā: q₂ nimi
rum simplex et pudica fideliū cōuersatio grata est illi sa-
crificiū iustitie: quia q̄ laborat in gemitu suo: q̄ lachrymis
stratū suū singulas p noctes abluit/acceptissimā prorsus Ps. vj.
deo victimā mactat. Cū vero vtraq₃ auis: ista ppter con-
suetudinē gemēdi psentes sctōrū luct⁹ designet: in hoc tn̄
differunt ꝙ iste turtur solinagus/colūba autē gregatim
gemere cōsueuit: et ob id iste secretas orationum lachry-
mas/illa publicos ecclie cōuētus insinuat. Sm̄ aūt puer
Jesus primo circūcidit/ac sic interpositis dieb⁹ Hieroso
lymā cū hostia defert: q₂ ⁊ ipe iā iuuenis/prius oīs carnis
corruptione₃ moriēdo aut resurgēdo calcauit/ac deinde
interpositis diebus cum ipa carne iam immortali: quam
pro nostra salute hostiam deo fecerat ad gaudia superne
ciuitatis ascēdit. Et vnusquisq₃ nostrum/prius aqua ba-
ptismi a peccatis omnibus quasi vera circūcisiōe purga
tur: ac sic proficiente gratia: noue lucis/ad altare sanctu₃
salutari hostia dominici corporis ⁊ sanguinis consecran-
dus ingreditur. Nam ⁊ ipsa singulariter simplex ⁊ casta
nostri saluatoris humanitas: que oblata est patri pro no
bis: non incongrue per immolationem columbe siue tur
turis potest figuraliter exprimi. Sed ⁊ omnis in fine mū
di ecclesia: primo communi resurrectione cunctam terre-
ne labem mortalitatis ⁊ corruptionis exuet: ac deinceps
in regnum celestis Hierusalem honorū victimis operum

domino cōmēdata trāsferetur. Quod autem Symeon
⁊ Anna prouecte videlicet etatis vir et femina/deuotis
confessionum officijs dominū (quem corpore paruū vi-
dent/sed magnū diuinitate intelligunt) excipiunt: illam
profecto populi iudeorum synagogā figurate denuntiāt
que longa incarnationis eius expectatione fatigata/prō
ptis illum mox vt aduenit: ⁊ piarum vlnis actionum ⁊ fi-
dei non ficte vocibus/exaltare ac magnificare studuit/
clamans ⁊ dicēs illi. Dirige me in veritate tua ⁊ doce me:
quia tu es deus saluator meus: ⁊ te sustinui tota die. Sed
⁊ hoc dicendum: q₂ merito vterq₃ sexus ei gratulabūdus
occurrerit: qui vtriusq₃ redēptor apparebat. Magno sa-
ne metu fratres charissimi audienda sunt verba: quibus
Luce. ij. idē Symeon de dn̄o pphetans/matrē eius alloquit. Ec
ce positus est hic in ruinā ⁊ resurrectionē multorū in Isrl'.
⁊ in signū cui cōtradicet. Et tuā ipsi⁹ aiam ptrāsibit gla-
dius: vt reuelētur ex multis cordibus cogitationes. Desi
j. Co. xv. derāter nāq₃ multi auditur: ꝙ positus dr̄ dn̄s in resurre-
ctionē multorū: q₂ sicut in Adā oēs moriūt: ita ⁊ in christo
Joā. xj. oēs viuificabuntur: q₂ ipse dicit. Ego sum resurrectio ⁊ vi
ta: q̄ credit in me/etiam si mortuus fuerit viuet. Et oīs q̄
viuit ⁊ credit in me: nō morietur in eternū. Sed nō min⁹
terribiliter sonat qđ premittitur. Ecce posit⁹ est hic in rui
nā. Infelix nāq₃ est q̄ agnita resurrectionis gloria deteri⁹
cadit: q̄ visa luce veritatis grauioribus peccatorū nebulis
obcecatur. Unde curādū est nobis summopere: vt recta
que cognouim⁹ operādo semp exercere meminerim⁹: ne
j. Pe. ij. de nobis dicat illud apli Petri. Quia melius erat eis viā
veritatis nō agnoscere: q̄ post agnitionē retrorsu₃ reuer-
Tex. ti ab eo qđ traditū est illis: hoc est sancto mandato. ¶ Et
in signū inquit cui contradicet. Signo dn̄ice crucis/sepe
multi iudeorū exterius: multi cōtradicere gētilium: multi
qđ est grauius falsi fratres/hoc interius professionis supfi
cie sequūtur: sed veritate praue actionis nimiū psequunt
Tex. dicentes se nosse deum: factis aūt negantes. ¶ Et tuam
ipsius aiam ptransibit gladius. Gladium appellat dn̄ice
Gladi⁹ Marie exponit. passiōis effectū ⁊ mortis in cruce: q̄ Marie aiam ptrans-
iuit: q₂ non sine acerbo dolore potuit crucifixum morien-
tēq₃ videre: quē licet resurrecturū a morte quasi deū nul
latenus ambigebat: quasi sua tn̄ e carne procreatū mori
Tex. pauida dolebat. ¶ Ut reuelentur ex multis cordibus co-
gitationes. Ante incarnationē dn̄icam velate erant cogi
tationes multorū: nec late patebat quis eternoru₃ amore
flagraret: quis celicis bonis tēporalia mente pferret: sed
nato celi rege in terra cōfestim pi⁹ quisq₃ gaudebat. He-
Mat. ij. rodes aūt turbat⁹ est: et oīs Hierosolyma cū illo. Predi-
cante ⁊ miracula faciente: oēs turbe timebāt ⁊ glorifica-
bant deū Israel. Pharisei aūt ⁊ scribe dicta ac facta eius
salutaria/rapido ore carpebant. Passo in cruce: impij leti
tia stulta/pij tristitia iusta replebantur: sed resurgente a
mortuis/⁊ ascendente in celū: horū letitia merore: illorum
est mestitia gaudio mutata perenni. Sicq₃ iuxta prophe-
tiā beati Symeonis apparēte in carne dn̄o: reuelate sunt
ex multis cordibus cogitationes. Nō hec aūt dispariū re
uelatio cogitationū tūc solū facta in Judea: sed nūc etiā
apud nos credenda est actitari. Et nūc enī dn̄o apparen-
te: reuelantur ex multis cordib⁹ cogitationes: cū lecto vel
pdicato verbo salutis: alij audientiū libēter auscultāt. gau
dētes pficere actu que auditu didicerint: alij fastidiētes
que audiūt: nō hec agendo patrare/sed potius insultādo
nituntur contraire. Unde opus fratres: vt quoties verbu₃
doctrine celestis/aliq̄d cōtrariū a duris auditoribus pati
senserim⁹: imitemur tristitiā cordis eorū/q̄ passum in car
ne dei verbū/digno dolore cōpassiōis sustinebāt. Quoties
vero idem verbū in auditoriū fideliū mētes p dilectionē
resurgere: atq₃ ad gloriā cōditoris nostri p bona opera p
ficere viderim⁹: gaudeam⁹ cū eis q̄ christū resurrexisse a
mortuis: atq₃ ad celos ascēdere votis aspexere felicibus.
Sane qm̄ castas simplices ⁊ gemebūdas aues dn̄o offer
ri cognouimus: q̄bus nostra sobrietas/simplicitas/⁊ cō-
pūctio cordis/auctori nr̄o semp offerēda signat: oportet
intueri diligētius: quia nō frustra duo turtures aut duo
pulli colūbe: ⁊ vnus ex his pro pctō/alter in holocaustu₃
offerre deberi p̄cipitur. Duo sunt nāq₃ genera cōpūctio- Duo genera cōpūctiōis
nis: q̄bus semetipsos dn̄o fideles in ara cordis immolāt:
q₂ nimirū sicut ex patrū dictis accipimus/deū sitiens aīa
prius timore cōpungitur/postea amore. Prius enī sese in
lachrymis afficit: q₂ dum malorū suorū recolit: p his perpe-
ti supplicia eterna ptimescit: qđ est vnū turturē siue pul-
lū colūbe pro peccato offerre. At dum longa merorūs an
xietate fuerit fortitudo consumpta: quedam iā de psum-
ptione venie securitas nascitur: ⁊ in amorē celestiu₃ gau
diorū animus inflāmatur. Et qui pri⁹ flebat/ne duceret
ad suppliciū: postmodū flere amarissime icipit/q₂ differt
a regno: qđ est de altero turture siue pullo colūbe holo-
caustū facere. Holocaustū nāq₃ totū incensum dr̄. Et ho-
locaustū seipsē dn̄o facit: qui spretis oibus terrenis: solo
superne beatitudinis desiderio estuare solas hāc p luctū
ac lachrymas querere dulce h₃. Cōtemplatur etenī mēs
qui sint illi angelorū chori: que ipsa societas beatorū spiri-
tuū: que maiestatis eterne visionis dei: ⁊ amplius plāgit
q₂ a bonis perennibus deest: quā flebat prius cum mala
eterna metuebat. Utrāq₃ aūt nostre cōpunctionis grata-
ter hostiā accipe dignet: q₂ pro pctō lugētibus atq₃ affli-
ctis clemēter errata dimittit: ⁊ p ingressu vite celestis to
ta mentis intentione feruentes/eterne sue visionis luce
reficit/Jesus christus dn̄s noster: qui viuit ⁊c.

¶ In cathedra beati Petri.

Institutio festiuitatis
hodierne a senioris⁹ nostris cathedre nomen
accepit: ideo ꝙ prim⁹ aplorū Petr⁹ hodie epi-
scopatus cathedrā recepisse referat. Recte ergo ecclesie
per orbē sedis illius natalē colūt: quā apls pro carū salu-
te suscepit/dicente dn̄o. Tu es Petrus/⁊ sup hanc petra₃ Mat. xvj
edificabo ecclesiā meā. Sup hāc inquit petrā. i. sup dn̄m
saluatorē: qui fideli cōfessori suo participiū sui nois dona
uit. ¶ Et porte iferi nō pualebūt aduersus eā. Porte in- Tex.
feri: tormēta ⁊ blādimenta sunt psecutorū: que a stabilita
te fidei aliquos deterrendo/introitū eterne mortis ape-
riūt. Multe itaq₃ sunt porte inferi: sed harū nulla ecclie
que supra petrā fundata est preualet. Merito itaq₃ cun-
ctis ecclesijs honorādus: qui caput ecclesie/⁊ qui firmis-
sime petre soliditatē securus: inimicos christi auctoritat-
te scriptū cōfudit: ⁊ infatigate patiētie fortitudine triū-
phauit: nec inferni (vt dictū est) porta aduersus eū pua- Petri cōfessio laudabilis.
luit: q̄ sibi porte eternalis ingressu₃/regē glorie cōfessus
aperuit. Aut quō ei nō pateret porta illa vitalis: qui ple-
nitudine sanctispūs repletus: in patre filioq₃ dei inscru-
tabile vnice maiestatis asseruit sacramētū: edocēs ⁊ ostē
dens q̄ esset in vno eodēq₃ filio dei: ⁊ suscepte carnis ra-
tio: ⁊ naturalis priuilegiū deitatis. Audierat pfecto salua
torē ipm dixisse. Ego ⁊ pater vnū sum⁹. Et qui me videt/ Joā. x.
videt ⁊ patrē meū. Hec illū cōfessio: ⁊ honorabilē terris Jo. xiiij.
et celo reddidit gloriosu₃. Petrū itaq₃ (vt diximus) funda
mētū ecclesie noiauit dn̄s: ⁊ ideo digne hoc fundamētū Matt. xvj.
generalis ecclia colit: supra qđ edificij sui celsitudo con-
surgit. Ūn̄ cōueniēter psalm⁹ dicit. Exaltēt eū in ecclesia
plebis: ⁊ in cathedra seniorū laudēt eū. Dignū ergo est: vt
fundamentū hoc in ecclia honoret/p qđ ad celū conscē-
ditur. Mō naturalis ergo cathedre hodie colitur: sacer-
dotale officiū honorat. Que etiam tanto necesse est pl⁹
habeat in ecclesia dignitatis: quāto sacerdotale officiu₃
plus honoris. Dies ergo hec a nobis fratres charissimi
merito honorat: q₂ dū natalē cathedre colim⁹: episcopa-
tū esse Petri apli veneramur. Tamē cū frequēter intra
q̄dragesime dies euenerit: facere eā nobis o₃ sctōrū dierū
reuerētia gratiorē. Et bene natalem cathedre inter ipsa
ieiuniorū initia nobis de⁹ prestitit: vt dies q̄ erat prius in-

tẽperãtie/nũc fit sobrietatis:q̃ erat gule/fit abstinentie:q̃ erat peti/fit sanctitatis. Huius aũt solẽnij religio/sic ecclesijs introducta est. Cũ em̃ ptransiret apl's disseminãs verbũ vite ⁊ iaciẽs fundamẽtum ecclesie:cũ appropinq̃ret Antiochiã/cepit p Nicerã ⁊ Aq̃lã tota ciuitas audire/q: Petrus aduẽtaret. Oĩs aũt ppl's Antiochie ciuitatis audiẽtes Petrũ aduenire Antiochiã:occurrerũt ei:⁊ pene oẽs maiores natu ac nobiles cineres sparserunt in capite:cilitio induti sunt/nudis pedib⁹ pniam agentes/ q cõtra predicationẽ ei⁹ cũ Simone mago cõsensissent. Hec ⁊ his similia psequẽtes/offerũt ei vexatos languoribus ⁊ fatigatos demonijs:paralyticos quoq ⁊ diuersa pericula patiẽtes:⁊ erat infinita multitudo simul languẽtiũ. Quos vidẽs Petr⁹/nõ solũ pniam agere/de his q̃ de deo male sensissent p Simonẽ:verũetiã tã integrã fidẽ exhibere deo: vt oẽs diuersas ẽgritudines patiẽtes crederent p eũ posse saluari:expandit man⁹ suas ad celũ et cũ lachrymis orationẽ effundẽs/gratiasq referẽs deo dicebat. Benedico te pater pdicande:q oẽ verbũ ⁊ pmissum filij tui: adimplere dignaris:vt cognoscat oĩs creatura:q: tu solus es de⁹ in celo ⁊ in terra. Hec ⁊ his similia dicẽs/ascẽdit in eminẽtiori loco:⁊ iussit ante se poni omniũ egrotãtiũ multitudinẽ:quos oẽs hac voce alloquit.

Angenua Petri prestano.

Similẽ vobis hoiem me esse videntes: nolite putare q a me possitis recuperare salutẽ:sed p eũ q de celo descẽdẽs ostẽdit sibi credentib⁹ integrã aie ⁊ corporis medicinam Vñ vestra fides testẽ habeat hunc oẽm ppl'm:q: ex toto corde creditis in dñm Jesum christũ:vt sciãt etiã seipsos ab ipso posse saluari. Cũq oĩs multitudo infirmantium vna voce clamaret hũc verũ deũ quẽ Petrus annũtiat: subito immẽsum lumẽ gr̃e dei in medio plebis apparuit: et ceperũt paralytici currere ad pedes Petri sani:ceci recepto visu clamare:claudi restaurato gressu gratias agere:languẽtes recepta sanitate gaudere:nõnulli etiã solo flatu viuẽtes/iã sine sensu ⁊ sine voce recuperati sunt:omnes q̃ lunatici ⁊ demonijs pleni liberati sunt. Tãtã itaq spũsctũs in illa die gr̃e sue virtutẽ ostẽdit:vt oẽs a minimo vsq ad maximũ vna voce cõfiterent deũ. Et intra septẽ dies plus q̃ decẽ milia hoim credẽtes deo baptizati sunt/⁊ sanctificatione cõsecrati:ita vt oi auiditatis desiderio. Theophilus qui erat cũctis potẽtibus in ciuitate sublimior:dom⁹ sue ingentẽ basilicã eccl'ie noie cõsecraret In qua basilica Petro apl'o ab oi ppl'o cõstituta est cathedra:⁊ oĩs multitudo q̃tidie ad audiẽdũ verbũ illuc cõueniens:credebat sane doctrine:q oĩm est efficacia sanitatũ. Tũc accedens Faustinus: pcidit ad pedes Petri dicẽs. Semina verbi tui que agrũ mẽtis mee accepit:iã nata sunt/atq ad fecũdã maturitatẽ puecta:repone me in horreo dñico/faciens me mẽse diuine participẽ. Tunc Petrus cũ oĩ alacritate apprehendẽs manũ eius: tradidit eũ Clementi ⁊ fratrib⁹ suis/dicẽs. Sicut pr̃i filios restituit de⁹:ita te patrẽ filij restituũt deo. Indixit aũt ieiuniũ omni plebi:et veniẽte die dñica baptizauit eũ:atq i medio ppl'i ex cõuersione eius sumẽs materiã:omnes causas ei⁹ exposuit:ita vt oĩs ciuitas q̃si angelũ aspiceret:⁊ nõ minorẽ ei gratiã q apl'o exhiberet. Postera aũt die/Petrus ppl'z cõuenire iubet:⁊ vno ex his q̃ eũ sequebant ordinato epo:alijs etiã pŕbyteris baptizatis q pluri mis/⁊ oib⁹ q̃ erãt vexati demonib⁹/vel lãguorib⁹ sanitati redditis:demorat⁹ est ibi aliud triduũ:cũctisq rite cõpositis/⁊ eccl'iam christi cõstituẽs:⁊ vale dicẽs eis Laudicea pficiscit multũ desiderabilis. Post hec aũt Petr⁹ Romã veniẽs:infras turbas ppl'oz ad fidẽ dñi nr̃i Jesu christi sua pdicatiõe cõuertit:cui ẽ gl'ia ⁊ honor i scl'a seculoz.

Faustinus baptizatur

¶ De eodem festo. Matthei.XVI.

¶ In illo tempore: Venit Jesus in partes Cesaree Philippi: et interrogabat discipulos suos: dicens. Quem dicunt homines esse filiũ hois? Et reliqua. Homilia venerabilis Bede presbyteri.

LEctio sancti euangelij quam modo fratres audistis:tanto intentius cogitanda/ac sine obliuione est iugiter retinẽda:quãto constat/q: magnã nobis fidei perfectionem cõmendat:magnũ eiusdem pfecte fidei contra oĩa tentamenta robur eque demonstrat. Si em̃ scire volum⁹ quomodo in christũ credi oporteat: quid lucidius eo qd ait ad eũ Petr⁹. Tu es christus filius dei viui? Rursus si audire delectat quãtum hec fides valeat:quid aperti⁹ eo qd ait dñs de eccl'ia que sup eum edificãda erat. Et porte inferi nõ pualebũt aduersus eum? Sed hec suis in locis plenius exponentur. Nunc autem reuertentes ad explanãdam in ordine lectionum dominicam:primo videam⁹ de loco in quo habita memoratur. ¶ Venit inq̃t Jesus in partes Cesarie Philippi. Philipp⁹ vt Lucas testatur erat tetrarcha Jturee et Traconitidis regiõis. Hic ergo statuens ciuitatem in loco vbi Jordanis ad radices oritur Libani mõtis:et est terminus Judee contra Septẽtrionem:appellauit eã Cesaream Philippi: in memoriã videlicet sui nominis:pariterq honorẽ Tyberij cesaris sub quo ipse regnabat. In cuius partes veniens Jesus interrogabat discipulos suos/dicẽs. ¶ Quẽ dicunt hoies esse filium hominis? Non autem quasi nesciens sententiã de se vel discipulorum vel extraneorum inquirit:sed ideo discipulos quid de se sentiant interrogat:vt confessionẽ recte fidei illorũ digna mercede remuneret. Nam sicut interrogatis generaliter omnibus/Petrus respondit vn⁹ pro omnibus:ita q Petro dominus respondit/in Petro omnibus respondit. Ideo quid alij de se sentiãt inquirit: vt expositis primo sententijs errantiũ:discipuli probarentur veritatem sue confessionis:non de opinione vulgara sed de ipso percepisse dominice reuelatiõis arcano. Quẽ inquit dicunt homines esse filium hominis? Pulchre homines appellat eos qui de filio hominis tantũ loqui nouerant:quia diuinitatis eius arcana nesciebant. Nã qui diuinitatis eius mysteria capere norunt merito supra homines esse dicuntur/apostolo attestante qui ait. Quod oculus non vidit/nec auris audiuit/nec in cor hominis ascendit:que preparauit deus diligentibus se. Qui cum hec de hominibus:hoc est humana solum sapientib⁹ corde/aure/⁊ oculo premitteret:mox de se ac de suis similib⁹ que generalem humanitatis sententiam transcẽderat adiecit. Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum Cui simile est:quod hic domin⁹ cũ interrogasset discipulos quem eum dicerẽt homines esse:⁊ illi diuersas diuersoz opiniones proposuissent/dicit illis. ¶ Vos autem quem me esse dicitis? Quasi ab hominũ gn̄alitate illos sequestrans:deos ac dei filios p adoptionẽ factos insinuans: iuxta illud psalmiste. Ego dixi dij estis/et filij excelsi oẽs. ¶ Respondens Simon Petr⁹ dixit. Tu es christus fili⁹ dei viui. Deum viuum appellat ad distinctionẽ falsorum deorum:quos vario delusa errore gentilitas/vel de mortuis sibi hominib⁹ instituit/vel maiore dementia de insensibili materia quos adoraret creauit: de qualibus canit in ps̄. Simulacra gentium argentum ⁊ aurum/opa manuũ hominũ Os habent ⁊ nõ loquẽtur ⁊c. Noret autẽ dilectio vestra q mirãda distinctione sit factum:vt cũ de vtraq eiusdem domini ⁊ saluatoris nostri natura/ab ipso domino ⁊ a fideli eius discipulo esset proferenda sententia:dominus ipse humilitatẽ assumpte humanitatis profiteatur:discipulus excellentiam diuine eternitatis ostenderet. Dñs de se quod minus est: discipulus de dño intimat quod maius est. Domin⁹ de se quod factus est pter nos discipulus declarat de dño/quia ipe est qui fecit nos. Sic et in euangelio dominus multo crebrius se filium hominis q filiũ dei appellare consueuit:vt nos admoneat ei⁹ dispensationis quã pro nobis suscepit. Sed nos necesse esse tanto humilius diuinitatis eius alta venerari:quãto illum

Mat. xvi. — Tex. — Luc.iij. — Tex. — Confessio vulgaris de christo. — i.Cor.ij. — Ibidem — Tex. — Tex.

illũ meminimus pro nostra exaltatione ad humanitatis infima descẽdisse. Si em̃ inter sacramẽta incarnationis eius/quib⁹ redẽpti sum⁹/potẽtiam diuinitatis qua creati sumus pia semp mente recolim⁹:fit vt ipsi q̃ cũ Petro supne btitudinis mercede donemur. Nã cõfitẽte illo christũ filiũ dei viui/videam⁹ q̃d sequit. ¶ Respõdens autẽ Jesus dixit. Beatus es Simon bariona. Cõstat ergo:q: post verã christi cõfessionẽ/vera btitudinis pmia restant Sed intueamur intenti: quale quãtũue sit nomen illud quo pfectũ sui nois confessorẽ glorificat:vt hui⁹ etiã nos veraciter eũ cõfitẽdo/mereamur esse cõsortes. ¶ Beat⁹ inquit es Simon bariona. Bariona syriace: latine dicit filius colũbe. Filius aũt colũbe recte vocat apl's Petr⁹ quia vez colũba multũ simplex est animal: ⁊ ipse prudẽti ac pia simplicitate dñm sequebat:memor illius precepti: qd cũ suis cõdiscipulis ab eodẽ magistro simplicitatis ac veritatis accepit. Estote prudentes sicut serpẽtes:⁊ simplices sicut colũbe. Vel certe q: spũsctũs sup dñm in colũbe specie descendit:recte filius colũbe nũcupat:q spirituali gratia plenus extitisse monstrat. Et iusta laude dilectorẽ cõfessorẽq suũ dñs remunerat:cũ eum sanctispiritus filiũ esse testatur:a quo ipse filius dei viui asseuerat q̃uis hoc ipm multũ dissimiliter fieri nullus fideliũ dubitat. Jesus em̃ christ⁹ filius dei p naturã: Petr⁹ sicut ⁊ ceteri electi filius est sanctispũs per gratiã. Christus filius dei viui:q: de ipso natus est: Petrus fili⁹ spũsancti: quia de ipso renatus est. Christ⁹ filius dei ante tpa:ipse est em̃ dei virtus ⁊ dei sapientia q̃ dicit. Dñs possedit me ab initio viarũ suarũ anteq quicq faceret a principio. Petrus filius spũsancti ex eo tpe quo ab ipso illuminat⁹/gratiã diuine cognitionis accepit. Et q: vna volũtas:eadem est operatio sancte trinitatis/recte cũ dixisset. Beat⁹ es Simon bariona.i.filius gratie spiritualis ptinus adiunxit. ¶ Quia caro ⁊ sanguis nõ reuelauit tibi:sed pater me⁹ qui in celis est. Pater quippe filio colũbe reuelauit:quia vna est gratia patris ⁊ spũsancti:eadẽ quoq ⁊ filij:qd facillimis sacre scripture pbabitur exẽplis. Dicit nãq de patre apl's. Misit de⁹ spiritum filij sui in corda nostra. Dicit ipse filius de spiritusancto. Cum aũt venerit paracletus quẽ ego mittã vobis a patre. Dicit de spũsancto apostol⁹ Hec aũt oĩa operat vnus atq idẽ spũs: diuidens singulis prout vult. Pater ergo misit spiritũ:spũs ipse vbi vult spirat:q: profecto vt dixim⁹/vna est volũtas ⁊ operatio patris ⁊ filij et spũsancti. Et pterea cõuenienter dicit: q: pater qui in celis est reuelauerit filio colũbe mysteriũ fidei:qd ei caro ⁊ sanguis reuelare nequibat. Caro autẽ et sanguis recte intelligũtur hoies/sapientia carnis inflati/colũbine simplicitatis nescij:ideoq a sapiẽtia spũs oĩmodis auersi. De quibus.s̄.dictum est:q: christũ nõ intelligẽtes:alij Joanẽ baptistã:alij aũt Heliã:alij Jo Hieremiã:aut vnũ ⁊ prophetis esse dicerẽt. De quibus dicit apl's. Carnalis aũt homo nõ percipit ea que sunt spirit⁹ dei. Sequitur. ¶ Et ego dico tibi:q: tu es Petrus:⁊ sup hanc petrã edificabo ecclesiã meã. Petrus qui Simon antea dicebatur:ob fortitudinẽ fidei ⁊ cõfessionis sue cõstantiam:a dño Petri nomen accepit:q: vez illi firma ac tenaci mente adhesit:de qua scriptuz est. Petra aũt erat christus. Et sup hanc petram.i.dñm saluatorem/qui fideli suo cognitori/amatori/cõfessori/participiũ sui nois donauit:vt vez a petra Petrus vocaretur:supra quam edificatur ecclesia:q: non nisi per fidem ⁊ dilectionẽ christi: p susceptionẽ sacramẽtoz christi:ad sortẽ electoz ad eternã pertingit vitam:apl'o attestante qui ait. Fundamentũ enim aliud nemo põt ponere/preter id quod positum est:qd est christus Jesus. ¶ Et porte inferi non preualebũt aduersus eam. Porte inferi doctrine sunt nequam:q̃ seducendo imprudẽtes ad inferos trahũt. Porte quoq inferi:⁊ tormenta ⁊ blãdimenta sunt persecutorum :que infirmos quosq deterrendo vel emolliendo a stabilitate fidei:introitũ eis eterne mortis aperiũt. Sed ⁊ praua

Tex. — Barione filius Joãnis. — Mat.x. — Prouer. viij. — Tex. — Gal.iiij. — Joã.xv. — i.Co.xij. — Cõfessio petri laudatur. — Tex. — i.Co.iij. — Tex.

infidelium opera/ineptaq colloquia porteuticq sunt inferi:in quãrũ suis vel fautorib⁹ vel sequacibus/iter perditionis ostendũt. Nam ⁊ fides si non habeat opera/mortua est in semetipsa. Et corrũpũt bonos mores colloquia mala. Multe itaq sunt porte inferi:sz harũ nulla eccl'ie/ que supra petrã fundata est preualet:q: qui fidem christi intimo cordis amore exceperit:omne quicq̃d exterius periculi tentantis ingruerit/facillime contẽnit. At quicũq credentiũ fidẽ vel opere vel negatione deprauatus pdiderit:nõ hic super petrã dño cooperante domũ sue pfessionis edificasse:sed iuxta alteri⁹ loci parabolã super arenam sine fundamento posuisse credẽdus est : hoc est nõ simplici ac vera intẽtione christũ sequi:sed terrenã qualibet fragilẽq ob causam habitum pretendisse christiani. Seq̃tur. ¶ Et tibi dabo claues regni celoz. Qui regem celorũ maiori pre ceteris deuotione confessus est:merito pre ceteris ipse collatis clauibus regni celestis donatus est:vt cõstaret oibus:q: absq ea cõfessione ⁊ fide regnũ celoz nullus posset intrare. Claues aũt regni celorum ipsam discernendi sciẽtiam potentiãq nominat: qua dignos recipere in regnum:indignos secludere deberet a regno. Vnde manifeste subiungit. ¶ Et quodcũq ligaueris sup terrã/erit ligatũ ⁊ in celis:⁊ qdcũq solueris super terrã/erit solutũ ⁊ in celis. Que soluẽdi atq ligandi potestas q̃uis soli Petro videat a dño data:absq vlla tamen dubietate noscendũ est :q: et ceteris apostolis dat: ipso teste qui post resurrectionẽ passionisq triũphũ apparens eis/insufflauit et dixit eis. Accipite spiritũsanctũ quorũ remiseritis peccata/remittũtur eis:⁊ quorum retinueritis retẽta sunt. Necnon etiam nunc in episcopis ac presbyteris omni ecclesie officium idẽ cõmittitur: vt vez agnitis peccantiũ causis: q̃scũq humiles ac vere penitẽtes aspexerit:hos iam timore perpetue mortis absoluat. Quos vero in peccatis q̃ egerint persistere cognouerit illos perẽnibus supplicijs obligandos insinuet. Vnde alias dñs de correpto semel ⁊ iterũ/⁊ tertio:sed non penitente fratre precipit dicens. Si aũt ecclesiã nõ audierit: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus. Et ne leue quisq putaret ecclesie iudicio cõdẽnari/mox terribiliter adiũxit. Amen dico vobis:quecũq ligaueritis sup terrã/erũt ligata et in celo:⁊ quecũq solueritis super terrã/erunt soluta et in celo. Omni ergo electoz ecclesie/iuxta moduz culparũ vel penitẽtie/ligandi ac soluendi datur auctoritas. Sed ideo beatus Petrus qui christũ vera fide confessus/vero est amore secut⁹/ specialiter claues regni celorũ ⁊ principatũ iudiciarie potestatis accepit:vt omnes per orbem credentes intelligant:q: quicũq ab vnitate fidei vel societatis illius quolibet modo semetipsos segregant:tales nec vinculis peccatoz solui:nec ianuã possint regni celestis ingredi. Vnde nos necesse est tota intẽtione fratres charissimi:et fidei quã docuit sacramẽta discere:⁊ cõgruentia fidei opera demõstrare. Necesse est oĩ vigilãtia multiplices subtilesq portarũ inferi cauere insidias:quatenus iuxta psalmiste vocem:de his adiuuante dño eripi:atq ad annũtiãdas eius laudes / portas filie sion:hoc est gaudia superne ciuitatis mereamur intrare. Nec sufficere nobis ad salutẽ arbitremur si turbis negligentiũ vel quorũlibet indoctoz fide vel actib⁹ adequemur: quibus in literis sacris vnica est credẽdi pariter et viuendi regula prescripta:sed quotiescumq nobis errantiũ ingerunt exempla:nos cõfestim auertẽtes oculos mẽtis nostre ne videant vanitatem:magis quid veritas ipsa decernit sedulo corde scrutemur:sequẽtes exemplũ beati Petri:qui spretis errantiũ sectis : vere fidei arcanũ quod cognouerat indubia oris confessione protulit:inseparabilis cordis cura seruauit. Naz de fiducia cõfessionis hoc loco cognouimus:de virtute autẽ vnice in christũ dilectiõis ipse alibi testatur. Qui cum discederẽt ab eo quidam discipulorum eius:dicereq ille ad duodecim. Nũquid ⁊ vos vultis abire? Respondit ei Petrus/

Porte inferorũ que dicãtur. — Tex. — Tex. — Joã.xx. — Matt. xviij. — Morũ constitutio colligit ex dictis. — Joã.vi.

dicens. Dñe: ad quem ibimus? Verba vite eterne habes
et nos cognouim⁹ ꝛ credim⁹/ q: tu es christus filius dei
viui. Huius ergo fratres mei pro modulo nostro exẽplũ
si imitari satagimus: ꝛ nos cũ illo beati ꝛ appellari ꝛ esse
Exẽpluz valebimus: nobis quoqꝫ Simonis/ hoc est obedientis
Petri p/ christo nomẽ congruet: nos propter simplicitatẽ fidei nõ
ponitur. ficte acceptãqꝫ a dño gratiã virtutũ/ filij colũbe vocabi/
mur cõgaudensqꝫ ipse spũalibus anime nostre ꝑfectib⁹
Cañ. iiij. dicet. Quã pulchra es amica mea quã pulchra es: oculi tui co
lũbarũ. Sicqꝫ fit vt nobis supra petram fidei: aurum/ ar/
gentum/ lapides preciosos: hoc est perfecta virtutũ ope/
ra cõstruẽtibus: nil tribulationũ ignis detrimẽti afferat:
nulli tẽtationũ turbines preualeant: quin potius aduer/
sitatibus probati/ accipiam⁹ coronã vite: quã ipse nobis
ante ꝓmisit. Qui viuit et regnat deus cum patre in vni/
tate spiritussancti: per omnia secula seculorum. Amen.

¶ In annũtiatione beate Marie vel potius in aduentu domini: Sermo beati Augustini.

Vos inquã cõuenio o Judei: qui vsqꝫ in hodiernũ diẽ negastis filiuz
dei. Nõne vox vestra est illa quãdo cũ vidistis
Joan. x. miracula facientem: atqꝫ tentantes dicebatis. Quousqꝫ
animas nostras suspendis? Si tu es christ⁹/ dic nobis pa
lam. Ille aũt vos ad cõsiderationẽ miraculoꝝ mittebat
dicens. Opera que ego facio/ ipsa testimoniũ perhibent
de me: vt christo testimoniũ dicerẽt/ non verba sed facta.
Vos aũt non agnoscentes saluatorem qui operabatur
salutem in medio terre vestre: adijcientes in malo aistis.
Jo. viij. Tu de teipso testimoniũ dicis: testimoniũ tuũ nõ est verũ
Sed ad hec ille quid vobis respõderit aduertere nolui/
Deuter. stis. Nõne scriptũ est in lege vestra/ ꝙ duorum hoim testi
xvij. moniũ verũ sit? Preuaricatores legis/ intendite legem.
Testimoniũ queritis de christo. In lege vestra scriptum
est: ꝙ duorũ hoim testimoniũ verum sit? Procedant ex le
ge nõ tantũ duo: sꝫ etiã plures testes christi: ꝛ cõuincãt au
Esa. vij. ditores legis/ nec factores. Dic Esaia testimoniũ christo.
Ecce virgo inquit in vtero cõcipiet ꝛ pariet filiũ: ꝛ voca
bitur nomẽ eius Emanuel: quod interpretatur nobiscũ de⁹.
Baruch Accedat ꝛ ali⁹ testis. Dic ꝛ tu Hieremia testimoniuz de
iij. christo. Hic est inquit deus noster: ꝛ nõ estimabitur alius
absqꝫ illo: qui inuenit oẽm viam scientie: ꝛ dedit eã Ja/
cob puero suo: ꝛ israel dilecto suo. Post hec visus est in
terris: ꝛ cum hoibus cõuersatus est. Ecce duo testes ido
nei ex lege vestra: ex quorum testimonio non sunt cõpun
cta corda vestra. Sed alij atqꝫ alij ex lege christi testes in/
troducantur: vt frontes durissime inimicoꝝ conterantur. Ve
niat ꝛ ille Daniel sanctus: iuuenis quidẽ etate: senior ꝟo
scientia ac mãsuetudine: cõuincat oẽs falsos testes: sicut
Dañ. xiij. conuicit seniores impudicos: ita suo testimonio christi cõ
terat inimicos. Dic sancte Daniel: dic de christo qđ nosti.
Cũ venerit inquit sanctussanctoꝝ cessabit vnctio. Qua/
re illo presente cui insultãtes dicebatis. Tu de te testimo
niũ dicis: testimoniũ tuũ nõ est verũ: cessauit vnctio ve/
stra nisi q: ipe est qui venerat sanctussanctoꝝ? Si (vt vos
dicitis) nõdũ venit: sed expectatur vt veniat sanctussancto
Christ⁹ rũ demõstrare vnctionẽ. Si aũt (qđ verũ est) cessauit vn
lapis ab ctio vestra/ agnoscite venisse sanctũsanctoꝝ. Ipse est enim
scisus de et lapis ille abscisus de mõte sine mõte sine manib⁹ con/
monte. scidentiũ. i. christus natus de virgine sine manibus cõple
ctẽtium qui tantũ creuit vt mons magnus fieret ꝛ imple
ret vniuersam faciẽ terre. De quo monte dicit propheta.
Esa. ij. Venite ascendamus in mõtẽ dñi. Et de quo dicit David.
Mons dei mons vberrim⁹: vt qđ suspicamini mõtes in/
caseatos: mõtẽ in quo placuit deo habitare in ipso? Cum
Matt. enim ipse dñs christus discipulos suos interrogaret/ quem
xvj. dicerẽt hoies esse filiũ hois: respõderũt alij Heliam/ alij
Hieremiã aut vnũ ex ꝓphetis. Et ille. Vt qđ suspicami/
ni montes incaseatos: mõtẽ in quo placuit deo habitare
in eo. Hunc cognouit Petrus dicens. Tu es christus fi/ Matt.
lius dei viui. Agnouit mõtẽ/ ꝛ ascendit in mõtẽ: testimo/ xvj.
niũ dixit ꝟitati: ꝛ dilect⁹ est a ꝟitate. Supra petrã funda
tus est Petrus: vt morẽ susciperet illũ amando/ quẽ ter
negauerat timẽdo. Dic et tu Moyses legislator/ dux po/
puli Israel testimoniũ de christo. Prophetã vobis susci/ Deuter.
tabit dñs de fratrib⁹ vestris. Omnis aia que nõ audie/ xviij.
rit ꝓphetã illũ/ exterminabitur de ppl'o suo. Prophetã aũt
dictũ christũ/ ipm audi in euãgelio. Non est (inqt) ꝓphe Matt.
ta sine honore: nisi in patria sua. Accedit aũt David san/ xiij.
ctus/ testis fidelis: ex cuius semine ꝓcessit: ipe cui lex ꝛ ꝓ
phete testimoniũ dicũt/ dicat ꝛ ipe de christo. Adorabũt
(inqt) eum omnes reges terre: oẽs gentes seruient illi.
Cui seruient? Dic cui seruient? Vis audire cui seruient?
Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Donec ponã ini/
micos tuos scabellũ pedũ tuoꝝ. Expressus atqꝫ noiatim.
Quare (inquit) tumultuate sunt gentes: ꝛ ppl'i medita
ti sunt inania? Astiterũt reges terre ꝛ principes conuene
rũt in vnũ aduersus dñm/ ꝛ aduersus christũ eius. Acce/
dat ꝛ ali⁹ testis. Dic ꝛ tu Abachuc ꝓpha testimoniũ de Aba. iij.
christo. Dñe (inqt) audiui auditũ tuũ ꝛ timui: cõsideraui
opa tua ꝛ expaui. Que opa dei iste mirat⁹ expauit? Nun
qđ fabricã mũdi iste mirat⁹ expauit? Absit. Sed audi qđ
expauit? In mediũ (inqt) duũ aialiũ cognosceris. Opa
tua deus: verbũ caro factũ est. In medio duũ aialium co
gnosceris: qquousqꝫ descẽdisti/ expauescere me fecisti: q:
verbũ ꝑ qđ facta sũt oia in ꝑsepio iacuisti. Agnouit bos Esa. j.
possessorẽ suũ: ꝛ asinus presepe dñi sui. In medio duũ ani
maliũ cognosceris. Quid est in medio duũ aialiũ cogno
sceris: nisi aut in medio duorũ testamẽtoꝝ: aut in medio Lu. xxiij.
duorũ latronũ: aut in medio Moysi ꝛ Helie/ cũ eo in mõ Matt.
te sermocinantiũ? Ambulauit (inqt) verbũ: ꝛ exiuit in cã xvij.
pis. Verbum caro factũ est: ꝛ habitauit in nobis. Hoc et Joan. j.
Hieremias ait. Post hec in terris visus est: et cũ hoibus Bar. iij.
cõuersatus est. Ecce queadmodũ sibi cõueniũt testes ve
ritatis: ecce queadmodũ conuincũt filios falsitatis. Suf
ficiunt vobis ista o iudei: an adhuc ad vestrã cõfusionez
ex lege/ ꝛ ex gẽte vestra alios introducemus testes: vt illi
testimoniũ perhibeant/ cui ꝑdita mente insultantes dice
batis. Tu testimoniũ de teipso ꝑhibes: testimoniũ tuum Jo. viij.
nõ est verũ. Qđ si velim ex lege et ꝓphetis oia q̃ de chri
sto dicta sunt colligere/ facilius me tepus q̃ copia deserit
Verũtamen senẽ illũ ex gente vestra natuz: sed in errore
vestro nõ relictũ/ Simeonẽ sanctũ introducam: qui me/
ruit teneri decrepitus in hac luce: quousqꝫ videret veraz
lucẽ: quẽ quidẽ iam etas cõpellebat ire: sed expectabat su
scipere quẽ sciebat venire. Cũ iste senex admonitus esset Luce. ij.
a spũsancto/ ꝙ nõ ante moreretur q̃ videret christũ dei na/
tũ. Quẽ cognoscens perrexit in templũ. Ubi vero eũ por
tari matris manibus vidit: ꝛ diuinã infantiã pia senect⁹
agnouit: tulit infantem in manibus suis. Ille quidẽ chri
stũ ferebat: sed christus senẽ regebat. Regebat qui porta
batur: ne ille ante promissum a corpore solueretur. Quid
tamen dixerit: quẽ tñ cõfessus fuerit/ aduertite inimici/
nõ christi sed vestri. Benedicẽs deũ exclamauit senex iste
et dixit. ¶ Nunc dimittis dñe seruũ tuũ in pace: q: vide/ Tex.
rũt oculi mei salutare tuũ. Illi etiã parẽtes Joãnis Za/
charias et Elizabeth iuuenes steriles/ in senectute fecũ/
di: dicãt etiã ipsi testimoniũ de christo: dicãt de christo qđ
sentiãt: ꝛ testẽ idoneũ christo nutriãt. Aiũt enim suo paruu
lo nato. Tu puer ꝓpha altissimi vocaberis: pibis enim an/ Luce. j.
te faciẽ dñi parare vias eius. Ipsiqꝫ matri ꝛ virgini. Eli/
zabeth ait. ¶ Vñ mihi hoc: vt veniat mr dñi mei ad me? Tex.
Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in aurib⁹ meis:
exultauit in gaudio infans in vtero meo. Intelligẽs enim
Joãnes matrẽ dñi sui venisse ad suã matrẽ: iter ipsas an/
gustias vteri adhuc posit⁹: motu salutauit quẽ voce non
poterat. Qui postea ipse Joãnes precursor ꝛ amicus hu

milis ꝛ fidelissimus seru⁹/ testis idoneus fact⁹: tãto ma/
ior in natis mulierũ: quanto estimabatur esse qđ non erat.
Christũ enim eũ iudei esse credebãt/ sed ille se non esse cla/
Luce. iij mabat/ dicens. Quẽ me esse suspicamini nõ sum ego: sed
ecce venit post me: cuius pedib⁹ nõ sum dignus soluere
corrigiã calciamẽti ei⁹. O fidelis testis ꝛ amice veri spõ/
si: quãto te humiliasses: si ad corrigiã calciamẽti eius sol
uendã dignũ te esse dixisses. Sed dũ hoc te non dicis di/
gnum: iudeis falsis testibus contradicis. Et hec ante di/
cta sunt q̃ christũ videres: qui cũ ad te venit excelsus: hu
milis implẽde dispẽsationis sue gratia vt a te baptizare/
tur: qui nullũ habebat oino peccatũ: qđ respõderis/ quẽ
Joã. j. cognoueris/ quale testimoniũ protuleris: audiant inimi
Mat. iij ci qui audire nolunt. Ecce inquit agnus dei: ecce qui tol
lit peccata mũdi. Et adiecit. Tu ad me venis baptizari?
Ego a te debeo baptizari. Agnouit seru⁹ dñm: agnouit
vinculis originalis peccati obligat⁹/ ab omni nexu pcti
liberũ: agnouit preco iudicẽ/ agnouit creatura creatorẽ
Joã. iij. agnouit paranymphus sponsum. Nã ꝛ hec vox Joãnis
est. Qui habet sponsam spõsus est. Amicus aũt spõsi stat
et audit eum: ꝛ gaudio gaudet ꝓpter vocẽ sponsi. Suffi
ciunt vobis ista o iudei: sufficiũt vobis tanti testes ꝛ testi
monia ex lege vestra/ ex gente vestra an adhuc inpudẽ/
tia nimia audebitis dicere: ꝙ alterius gentis vel natiõis
hoies: christo debẽt testimoniũ perhibere? Sed si hoc di/
citis: respondet quidẽ ille vobis. Non sum missus nisi ad
Mat. xv oues que perierũt dom⁹ israel. Sed sicut vos in actibus
Act. xiij. aploꝝ increpat Paul⁹. Vobis inquit primũ oportuerat
annũtiare verbum dei: sed q: expulistis illud: nec vos di/
gnos vite eterne iudicastis: ecce inquit cõuertimus nos
ad gentes. Demõstremus et iam nos ex gentib⁹ testimo
niũ christo fuisse ꝑlatũ: qm veritas nõ tacuit/ clamando
Vergil. etiã per linguas inimicoꝝ suorũ. Nõne qñ ille poeta fa/
In buco. cũdissimus inter sua carmina (Jam noua ꝓgenies celo
eglo. iiij demittitur alto) dicebat: christo testimonium perhibebat?
In dubium hoc veniat nisi alios ex gẽtibus idoneos te/
stes pluraqꝫ dicentes/ in mediũ introducam. Illum regẽ
qui vestram superbiã captiuãda ꝑdomuit: Nabuchodo/
nosor: regẽ scꝫ Babylonis nõ pretermittã. Dic Nabucho
donosor: qđ in fornace quo tres viros iustos iniuste im/
miseras: dic quid tibi fuerit reuelatũ? Nõne inqt tres vi/
Dañ. iij. ros misim⁹ in fornacẽ ligatos? Et aiunt ei. Vere rex. Ec/
ce inquit ego video quatuor viros solutos deãbulantes
in medio ignis: et corruptio nulla est in eis: ꝛ aspect⁹ q̃rti
similis est filio dei. O alienigena vnde tibi hoc? Quis ti
bi annũtiauit filium dei? Que lex: quis ꝓpheta annũtia
uit tibi filium dei? Nondum quidem mũdo nascitur: ꝛ si/
militudo nascentis a te cognoscitur. Vñ tibi hoc? Quis
tibi istud annũtiauit: nisi q: sic te ignis diuinus intus il/
luminauit: vt cum illic apud te captiui tenerẽtur inimici
iudei: sic diceres testimonium filio dei? Sed quia in ore
duorũ vel triũ testiũ stat omne verbum sicut ipse dñs ve/
Deuter. stram cõtumaciã cõfutans. In lege inquit vestra scriptũ
xvij. est ꝙ duorũ hominũ testimoniũ verũ sit: ꝛ iam ex genti/
Joã. viij bus tertius testis introducatur: vt ei testimoniũ veritatis
ex omni parte roboretur. Credo iam vos o inimici iudei
tantis testibus ita obduros/ cõfutatosqꝫ esse ipsa veritate
vt nihil vltra repugnare/ nihil querere debeatis. Tu aũt.

¶ Item sermo de eodem festo. Vel de natiuitate Marie.

Adest nobis dilectissimi optatus dies beate ac venerabilis semper
virginis Marie. Ideo cum summa exultatio
ne gaudeat terra nr̃a/ tãte virginis illustrata die solẽni.
Hec est enim flos cãpi de qua ortum est preciosum lilium
cõuallium: per cuius partũ mutatur natura protoplastorum/
deletur ꝛ culpa. Precisum est in ea illđ Eue infelicitatis elo
Geñ. iij. giũ/ quo dicitur. In dolore paries filios tuos: q: ista in leti
tia dñm peperit. Eua enim luxit/ ista exultauit. Eua lachry/
mas/ Maria gaudiũ in ventre portauit. Quia illa pecto/
rem/ ista edidit innocentem. Virgo quippe genuit: quia
virgo cõcepit. Inuiolata peperit: q: in cõceptu libido nõ
fuit. Utrobiqꝫ miraculũ: ꝛ sine corruptione grauida: ꝛ in
partu virgo puerpera. Descẽdit angelus de celo missus a
patre deo in nr̃e redẽptionis exordiũ ad beatã salutando
Mariã. ¶ Aue ait gratia plena dñs tecũ. Impleta est er Tex.
go gratia: et Eue euacuata est culpa. Maledictio Eue
in benedictionẽ mutatur Marie. Aue gr̃a plena dñs tecũ.
Tecũ dñs in corde/ tecũ in ventre: tecũ in vtero/ tecum in
auxilio. Gratulare beata virgo: christus rex e celo suo in/ Marie
carnatur in vtero tuo: ex sinu patris in vterũ dignatur descen et Eue
dere matris. ¶ Benedicta tu inquit in mulierib⁹: que vi collatio.
tã et viris ꝛ mulierib⁹ peperisti. Mater gñeris nr̃i pe/
nam intulit mũdo: genitrix dñi nostri salutez attulit mũ
do. Auctrix peccati Eua/ auctrix meriti Maria. Eua oc
cidendo obfuit: Maria viuificando profuit. Illa ꝑcussit
ista sanauit. Pro inobedientia enim obediẽtia cõmutatur
fides pro ꝑfidia cõpensatur. Leta igitur Maria gestat in/
fantem: exultans amplexatur filiũ: portat a quo portabatur.
Nec fortuitu (vt fingũt Sabelliani) repit filiũ: sꝫ decur/
sis nouẽ mẽsib⁹ peperit christũ. Plaudat nũc ergo Ma/
ria: et inter veloces articulos tympana puerpere cõcre/
pent. Concinant letantes chori: ꝛ alternantib⁹ modulis
dulcisona carmina misceantur. Audite ergo/ queadmodũ
tympanistria nostra cantauerit. Ait enim. ¶ Magnificat Tex.
aia mea dñz. Et exultauit spũs me⁹/ in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatẽ ancille sue: ecce enim ex hoc bea
tam me dicent oẽs gñationes. Quia fecit mihi magna
qui potens est ꝛc. Causam igitur inualescẽtis errati/ mi/
raculũ noui partus eiicit: ꝛ Eue plãctũ Marie cãt⁹ ex/
clusit. Deniqꝫ post illius benedicibile angeli presagiũ: dũ
tacita secũ virgo mentis altercatiõe cõflixit: qualis esset
illa salutatio: nũtius interim celestis exequitur. ¶ Ne ti/ Tex.
meas: inuenisti gratiã apud dñm. Ecce cõcipies in vtero
et paries filium: ꝛ vocabis nomen eius Jesum. Et illa.
¶ Quõ inquit fiet istud qm̃ virũ nõ cognosco? Et ange Tex.
lus ad eam. Spũssanctus superueniet in te: et virtus altis/
simi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ ꝛ qđ nascetur ex te sanctũ/ vo/
cabitur filius dei. Jam audisti quõ fiet hoc/ respõde nũc
ꝟbũ. Utrã quid tricas mũdo? Audisti quõ fiet hoc: quia
spũssanctus superueniet in te: vt prolem gignas/ ꝛ virgi/
nitatem nõ perdas/ filium proferas: ꝛ post partũ incorru
pta permaneas. O beata Maria: seculũ omne captiuuz
tuum deprecatur assensum: te apud deũ mundus sue fidei
obsidem fecit. Noli morari virgo nũtiũ festinatẽ. Rñde
verbũ et suscipe filiũ: da fidẽ ꝛ senti virtutẽ. ¶ Ecce inqt Tex.
ancilla dñi: fiat mihi ꝓm verbũ tuũ. Nec mora/ reuertitur
nũtius: et virginalẽ thalamũ ingreditur christus. Efficitur
subito pregnans beata dei genitrix: ꝛ cũcta per secula ꝑ/
dicatur felix. Cõcepit mox ad credulitatẽ ꝟbi/ virilis igna/
ra cõsortij. Impletur vter⁹ nullo humano pollutus ample
xu: extat itaqꝫ virgo cũ cõcepit/ virgo grauida: virgo ex/
tat cũ parit: ꝛ virgo post partũ. Preclara ergo virginitas Preco/
et gloriosa fecũditas. Exultat Maria et matrẽ se leta mi niũ puri
ratur: et de spũsctõ se ꝓtulisse gaudet: nec q: peperit innu/ cõcept⁹.
pta terretur: sed q: genuerit cũ exultatione miratur. Gau/
deamus ergo ꝛ nos fratres in die tante virginis: q̃ dum
desponsaretur fabro: celi nupsit architecto. Promittitur enim
ei filius per visitationẽ sctĩspũs. Hec illa audiens gau/
det: cupitqꝫ effici mater. Quid ergo mirũ si sine corruptio/
ne nascitur/ qui de sctificatione cõcipitur? Nõ enim decebat: vt
ille qui nobis afferebat salutẽ/ matri preriperet integri/
tatis dignitatẽ. Nã qui terra mari celoqꝫ nõ capitur: intra
vni⁹ corpusculi mẽbra suscipitur. Hec est illa nouitas/ Hie/ Hie. xxxj
remie ꝓphete vaticinio ꝓnũtiata. Faciet inquit dñs no/
uũ sup terrã: femina circũdabit virũ. O femina sup femi
nas bñdicta: q̃ virũ oino nõ nouit: ꝛ virũ suo vtero circũ/
dedit. Circũdat virũ Maria angelo fidẽ dando: q: Eua

Beñ.iij. perdidit virū serpēti cōsentiēdo. Salutat angelus puellā virī salutationis ignarā: terretq; virgo nouitate verboꝝ

Ter. Ad quā angel⁹ vt superi⁹ p̄tul: m⁹ dixit. ¶ Ne timeas Maria: inuenisti ēm gratiā apud dñm. Ne iṁ̄t a cōspectu meo terreaꝝis mater dñi mei: ecce conceptionis tue minister aduenī: mōꝝ virginitatem amitteres interueni. Ipse me misit ad te: q̄ est nasciturus ex te. Cōcipies ēm̄ et paries filiū: nō cuiuslibet meriti hoiem: sed totius seculi saluatorē. Recole Maria in libro Esaie ꝓphete/ q̄ginez

Esa.vij. Mat.j. quā paritura legisti: et gaude atq; exulta: q; tu esse meruisti. Tu ibi p̄figurata es ygo. Tu ecce concipies in utero/ nō de viro: sed de spūscrō: et grauida eris et incorrupta p manebis. Paries quidē filiū: et virginitatis nō parieris derrimētū efficieris grauida et eris mater semp intacta: senties pōdꝰ a ventris: et pudoꝝ em nō perdes castitatis. Inrumescēt vbera tua: et intacta erunt genitalia tua. At illa dixit. ¶ Ecce ancilla dñi: fiat mihi ſm verbū tuū.

Ter. O felix obediētia: o insignis gra: q; dū fidē dedit humiliter/ celi in se opificē coꝝpoꝝauit. Implcuit in ea dñs/ q̄ dudū

Osee.vj prediterat. Obediētia iṁ̄t malo q̄ sacrificiū: et scientiam dei plus q̄ holocausta. Hec fuit vera obediētia/ oiq; sacrificio gratioꝝ: hec volūtas cūctis hostijs acceptioꝝ: hinc ꝓmeruit gratiam: quā ipe post mūdum auxit. Ecce ait. Ex

Pean ad virginē chri/ stiferam hoc beata me dicēt oēs gnationes. O beata Maria q̄s tibi digne valeat iura gratiarū/ ac laudū preconia rependere: q; singulari tuo assensu: mundo succurristi perdito: Quas tibi laudes fragilitas humani generis psoluet: q̄ sola tuo cōmercio recuperādi aditū inuenit! Accipe itaq; quascūq; exiles: quascūq; meritis tuis impares gratiarū actiones: et cū susceperis vota/ culpas nras oꝝado excusa. Admitte nostras preces intra sacrariū exauditionis: et reporta nobis antidotū recōciliationis. Sit per te excusabile q̄d p te ingerim⁹: flat ipetrabile q̄d fida mente poscimus. Accipe q̄d offerim⁹: redona q̄d rogam⁹: excusa q̄d timem⁹: q; tu es spes vnica peccatoꝝ: p te speram⁹ venia delictoꝝ. Et in te beatissima nroꝝ est expectatio ꝑmioꝝ. Sancta Maria succurre miseris: iuua pusillanimes/ refoue flebiles. Ora ꝓ ppło/ interueni/ p clero/ intercede p deuoto femineo sexu. Sentiant oēs tuū iuuamen: q̄cūq; celebrāt tuā cōmemoꝝationem. Assiste parata votis poscentiū et repēde oibus optatū effectū. Sint tibi studia assidue oꝝare pro ppło dei: q̄ meruisti benedicta redēptorē ferre mūdi: qui viuit et regnat in secula seculoꝝ. Amē.

¶ Lectio sancti euangelij Secundum Lucam. I.

¶ In illo tpe: Missus est angel⁹ Gabriel a deo in ciuitatē Galilee cui nomē Nazareth: ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph de domo Dauid: et nomen virginis Maria. Et reliqua. Homilia Ambrosij.

LAtent quidē diuina mysteria: nec facile iuxta ꝓphēticū dictū q̄s hoim pōt scire cōsiliū dei ſm̄ ex ceteris factis atq; ꝓceptis saluatoꝝis possum⁹ intelligere: et hoc ꝓpensioꝝis cōsilij fuisse: q; ea potissimū est electa vt deū pareret: q̄ erat desponsata viro. Cur aūt nō anteq̄ desponsaret impleta est. Forasse ne diceret q̄ ꝓcepit ex adulterio. Et bene vtriq; posuit scriptura: vt et desponsata esset et virgo. Virgo/ vt expers virilis cōꝝsij esse videret. Desponsata: ne temerate ꝑginitatis aduerēt infamia: cui grauis alius coꝝrupte videret ifigne ꝑferre. Maluit aūt dñs alicuius de filio oꝝtu q̄ de mris pudoꝝe dubitare. Sciebat etenī esse ꝑginis verecūdiā: et lubricā famā pudoꝝis: nec putauit oꝝ sui fidē mris iurijs astruēdā. Seruat itaq; scrā Marie ficut pudoꝝe integra: ita opinione iuuenalis virginitas. Opꝝ em̄ scōs et ab eis testimoniū hre q̄ fouisse sunt. Nec decuit ſinistra virginiꝫ opinione viuētiꝫ vela

Virgo cur desponsata.

sit preciosior meritis/celsis sublimior fastigijs/pulchrior sanctitate/gloriosior suorū prerogatiuis meritorum: ita vt nullis iā vsibus sit ipsa eadēq̄ mācipāda nisi diuinis. Unū o sanctissime v̄gines ⁊ si imitari oportet tantā ac talē virginem: tamē p̄clarā venerari multū cōuenit: ⁊ vltra angelicā quodāmodo dignitatē: quātum fas est cū gaudio laudibus digne efferri: q̄ vt dixim⁹ nō temere christi ꝑ gratiā/super choros angelorū exaltata deuotissime hodie predicatur: q: precessit eam dn̄s ⁊ saluator nr̄/ex ea vera fide genit⁹ ad celestia vt pararet ei sicut ipse suis ꝓmisit discipulis in ethereis mansionib⁹ locū. Hinc q̄z Dauid ꝓpheta olim gratulabundus christo canit. A summo inquit celo egressio eius ⁊ occursus ei⁹ vsq̄ ad summū eius. Ascendit q̄ eandē gl̄iam resumptur⁹: licet non amiserat quam prius habuerat anteq̄ mūdus fieret. Ascēdit ⁊ p̄parauit huic sanctissime virgini locū immortalitatis vt cum eo regnare posset in perpetuū. Et hec est p̄sentis huius diei festiuitas: in qua gloriosa et felix/ad ethereū peruenit thalamū. Que ꝓfecto festiuitas sicuti ⁊ virgo incōparabilis est ceteris virginib⁹: ita et incōparabilis oim sanctorū festiuitatibus: ⁊ admirāda etiā virtutib⁹ angelicis: propter qd̄ ex persona supernorū ciuiū/in eius ascēsione admirās spiritussanctus ait in Cāticis. Que est ista q̄ ascendit per desertū sicut v̄gula fumi ex aromatib⁹. Et bn̄ q̄si virgula fumi: q: gracilis ⁊ delicata: q: diuinis extenuata disciplinis: etem cōcremata int⁹ i holocaustū incēdio pij amoris ⁊ desiderio charitatis. Ut virgula fumi ex aromatib⁹. Nimirum q: multis repleta erat virtutū odoribus/manans ex ea fragrabat suauissim⁹ odor etiam spiritib⁹ angelicis. Ascendebāt autē de deserto p̄sentis seculi virga de radice Iesse olim exorta: sed mirabātur electorū aie pre gaudio q̄uā esset q̄ etiā meritorū virtutibus angelorū vinceret dignitatē. De q̄ rursus idē spūsctūs i eisdē Cāticis. Que est ista q̄ ascēdit inq̄t: q̄si aurora cōsurgens/pulchra vt luna/electa vt sol/terribilis vt castrorum acies ordinata? Admiratur autē spūsctūs q̄ oēs de ascensu hui⁹ virginis admirantes facit: qd̄ q̄si noui diluculi aurora rutilans ascensu suo resplendeat/multis freta ⁊ vallata sctōrū agminibus. Unū dicit̄. Terribilis vt castrorū acies ordinata. Siq̄dē terribilis suis facta virtutib⁹ vt castrorū acies admodū ordinata/hincinde sctōrū angelorū fulta p̄sidijs. Pulchra (inquit) vt luna/imo pulchrior q̄ luna: q: iā sine defectu sui coruscat celestibus illustrata fulgoribus: electa vt sol fulgore virtutū: q: ip̄e eā elegit sol iustitie/vt nasceret̄ ex ea. Ad cui⁹ ꝓfecto exeq̄as quantū fas est credere/famulant̄ angeli: ⁊ vniuerse celorū congratulant̄ curie. Nec mirum q: honor matern⁹ est ei⁹ q̄ est nat⁹ ex ea: quē ois ordo celorum veneratur et adorat super se eleuatum cum patre in sede maiestatis dn̄i. Legim⁹ q̄ q̄ sepe ad funera/et ad sepulturas quorūliber sctōrū angelos aduenisse: ⁊ ad exeq̄as eorū obseq̄a p̄stitisse: necnō ⁊ aias electorū vsq̄ ad celos cū hymnis ⁊ laudib⁹ detulisse: vbi ⁊ vtriusq̄ sex⁹ chori cōmemorant̄ frequēter auditi/laudesq̄ cecinisse: interea et qd̄ ꝑspicaci⁹ est/multo nonnū q̄ lumine eosdē resplēduisse: insup ⁊ adhuc viuētes in carne ibidem miri odoris fragrantiā diuti⁹ ꝑsensisse. Qr si ad recreādā spem dilectissime: et corroborādā fidē interdū assistētiū saluator noster christ⁹ ob merita suorū ampli⁹ cōprobanda: talia ⁊ tāta dignat⁹ est exhibere ꝑ suos celi ministros circa defunctos: quātomagis credēdū hodierna die militiā celorū cum suis agminib⁹ festiue obuiā venisse genitrici dei/eāq̄ igēti lumine circūfecisse: ⁊ vsq̄ ad thronum olim sibi etiam ante mūdi cōstitutionē paratū/cū laudib⁹ et cāticis spūalib⁹ ꝑduxisse. Nulli dubiū oēm iā celestē Hierl̄m tunc exultasse ineffabili letitia/tunc iocūdatā inestimabili charitate: tūcq̄ cū oī gratulatiōe iubilasse: qm̄ festiuitas hec q̄ nob hodie reuoluit̄/annua illis oibus facta est cōtinua. Nec imerito. Credit̄ eñ q̄ saluator oim ipse quātū dat̄ intelligi ꝑ se tot⁹ festiu⁹ occurrit: ⁊ cū gaudio eā secū in throno collocauit. Als autē quō impleuisse credit̄: qd̄ in lege ipse p̄cepit. Honora (inq̄t) patrē tuū ⁊ matrē. Porro q̄ patrē honorauerit/ipse sibi testis est cū ad iudeos ait. Ego gloriam meā non q̄ro. Et q̄ q̄rat et iudicet: sz ego honorifico patrē meū: ⁊ vos inhonorastis me. De matre vero euangelista cū redirēt: veniēs ait Nazareth erat subdit⁹ illis: alia est natura qua de⁹ pater ꝑm se honorat̄: alia qua idē parentibus subdit̄: in vtraq̄ tñ vn⁹ idēq̄ christ⁹ recte creditur: eo q̄ verbū caro factū est: ⁊ habitauit in nobis: vn⁹ Emanuel/qd̄ est nobiscū de⁹. Hāc q̄ppe vnionē diuinitatis atq̄ hūilitatis icōfusā/idiuisāq̄ catholica fides seruat. Quā sane itelligēdo cognoscat naturalis atq̄ ꝑm substā cōuentio vnitatis: vt neq̄ cōuersio in alterutrā duarū substantiarū partem recipiat̄ neq̄ diuisio. Sic nāq̄ credere honorare est matrē dn̄i: q̄ ⁊ deū nobis genuit ⁊ hominem neq̄ sine deo hoiem: neq̄ sine hoie deū: sed deū ⁊ hominē vnū/⁊ verū Iesum christū. Alioquin dei genitrix dici non posset (qd̄ multi hereticorū negare conati sunt) nisi deū verū genuisset incarnatū: ⁊ ꝓpterea in christo duas recte cōfitemur natiuitates: vnā vez de patre sine initio ⁊ sine tēpore sempiternā ⁊ coeternā deo patri: aliā de matre cū tēpore qn̄ miseratione induens ⁊ misericordiā/spōtanea volūtate ad nos descendit nat⁹ homo de⁹: ac ꝑ hoc iuxta veritatē ⁊ matris gestat̄ vtero/q̄ semper de⁹ agnoscitur. Hinc etiā theotocon eā veraciter cōfitemur dei scz genitricē: necnō ⁊ christotocon: non q̄ verbū carnem secū detulerit: neq̄ olim prefate carni copulatū sit: sed tunc quādo verbū caro factū est ex carne virginis: diuinitatis atq̄ humanitatis substantia in vtero ita confuse vnit̄: vt vna persona sit de⁹ ⁊ homo christ⁹. Siquidē ex duabus naturis sine confusione alteri⁹ nō nisi vn⁹ inuenit̄ Iesus dn̄s manēs de⁹ in forma dei: q̄ semetipsum exinaniuit/formā serui accipiēs: manēs vn⁹ idēq̄ i forma serui quā suscepit. Tot⁹ q̄ppe de⁹ in carne v̄ginis de qua nat⁹ est ⁊ tot⁹ hō: hincq̄ apostol⁹. In q̄ habitat inq̄t corporaliter ois plenitudo diuinitatis. Quapropter o filie estote prudentes sicut serpentes ⁊ simplices sicut colūbe: vt ex prudētia ꝑfecte itelligētie anulū fidei vr̄e: ⁊ margaritā ꝑ qua oia reliq̄stis itegrā/iuiolatāq̄ seruetis: ne dotē simul ⁊ arrhā spiritussancti qd̄ absit ꝑdatis. Diligenti⁹ itaq̄ ꝓcurate si quō simplicitas colūbe q̄ fuit i Maria illesa/iuiolataq̄ custodiat̄. De q̄ Salomon ait in Cāticis q̄si in ei⁹ laude Ueni inq̄t colūba mea: imaculata mea: iā ei hyems abijt ⁊ recessit. Ac deinde inquit. Ueni de libano: veni coronaberis. Nec imerito igit̄ venire de libano iubet̄: q: liban⁹ cādidatio interp̄tat̄. Erat eñ cādidata btā v̄go Maria multis meritorū v̄tutib⁹/ac dealbata niue cādida spūsctī munere: simplicitatē colūbe in oib⁹ rep̄sentans: qm̄ q̄cq̄d in ea gestū est/totū puritas ⁊ simplicitas: totum grā ⁊ veritas fuit: totū misericordia ⁊ iustitia q̄ de celo ꝓspexit: ⁊ iō imaculata/q: i nullo corrupta. Circūdedit eñ virū in vtero: sicut Hieremias sctūs testat̄: ⁊ non aliūde accepit. Faciet inq̄t dn̄s nouū sup terrā: ⁊ mulier circūdabit virū. Uere nouū ⁊ oim nouitatū supeminens nouitas virtutū qñ de⁹ quē ferre nō pōt mūdus/neq̄ videre aliq̄s vt viuere possit: sic ingressus est hospitiū ventris vt corporis claustra nesciret: sicq̄ gestat⁹ vt tot⁹ de⁹ in eo esset: et sic inde exiuit vt Ezechiel fatet̄ porta oino clausa. Unū canit̄ in eisdē Cāticis de ea. Hort⁹ cōclusus/fons signat⁹/emissiōes tue paradisus. Uere hort⁹ deliciarū in q̄ consita sunt vniuersa florum genera/⁊ odoramēta virtutū: sicq̄ cōclusus vt nesciat violari neq̄ corrumpi vllis insidiarum fraudibus. Fōs igitur signatus sigillo totius trinitatis ex quo fons vite manat: in cuius lumine omnes videmus lumē: quia iuxta Ioannem. Ipse est qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Cuius profecto emissio vteri supernorum ciuium omnium est paradisus De isto namq̄ ventris agro/patriarcha Isaac longe adorans aiebat. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni: quem benedixit dominus. Quamuis putent parum intelligētes q̄ priores sancti minus de christo intellexerunt

[Margin: Ps. xviij. — Can. iij. — Cāti. vi. — Marie ascēdentis glia. — Exo. xx. — Io. viij. — Luce. ij. — Ioan. i. — Maria vere laudis amatrix. — Phil. ij. — Col. ij. — Can. ij. — Can. iiij. — Hiere. xxxi. — Maria hort⁹ cōclusus. — Genes. xxvij.]

mysteriū incarnationis:cū ⁊ ipi eadē saluati sint gr̄a. Ñ
costat ꝓs nō piudicasse sacramētū vnitī hois ac dei:itaꝫ
iá esset in illo ꝑsonitatē ꝑsone ab initio seculi:q̄ necdū erat
nat⁹ de Maria ꝑgine:qđ multis scripturarū declarat in
dictis. Ñ dñs ad iudeos. Anteq̄ Abraā fieret ego
.Jo.viij. sum. Quib⁹ vtiq; verbis ostēdit se q̄ loqbat in eo sp fuisse
mysteriū vnitatis:quā vt cōmendaret/ante Abraā inquit
ego sum. Nā Abraam anteq̄ fieret humanitatis est:dicui
tas:ego autē sum eternitas declaratur nature. In qua ni
mirum eternitate iá fuisse qui loquebatur p sacramentū
sue incarnationis insinuat. Quod apostolus Judas vo
lens dilucidare aperit⁹. Jesus inq̄t populū ex Egypto sal
uans:secūdo eos qui nō crediderūt pdidit. Et alibi Pau
Jude.ſ. lus. Neq; tērem⁹ christū:sicut quidam eoꝝ tentauerunt:
ſ.Cor.x. nūq̄ iá esset Jesus aut christ⁹ nat⁹ ex Maria ꝑgine:sed q;
in illo vnico filio dei/iá vnitas ꝑsone cōmendat:q̄ occul
Ephe.ſ. ta erat in mysterio. Quod ⁊ alibi euidenter/q̄ elegit nos
inquit ante mūdi cōstitutionē in ipso:q; profecto quicq̄d
Jesu eternitas. deus fecit ab initio totū fecit per vnitatē sacramenti. Et
ideo iam Jesus erat filio qui populū educebat et christ⁹
in eo qui tentabat:quoniá sp̄ sacramenti vnitatē in deo
fuisse nō dubitat. Alioquin nisi ita crediderīs:aut christ⁹
Act.xv. deus nō erit oīno:aut cōtra prophetā deus recēs vidēbi
tur. Sed ne ralib⁹ quartiamur calūnīs/scrutādē sunt scri
pture in quib⁹ vnitas in christo cōmēdatur ꝑsone: quem
non piudicaret ēpus ne vn⁹ semper dicat. Hic q̄ beat⁹ Pe
trus loquens de patrib⁹ air. Per gratiá dñi nr̄i Jesu chri
sti credim⁹ saluari quēadmodū ⁊ illi. Nāq; ⁊ illos dñs so
lus ducebat:⁊ nō erat cū eo de⁹ alien⁹. Ñ nec nobiscum
de⁹ recēs:q; vn⁹ idēq; est q̄ eos ducto⁊ fuit:⁊ nr̄ꝑ passionē
carnis sue redemptor. Un⁹ ꝙdem sua in carne:vnus in
in sacramēto/atq; vn⁹ in spū:nec admittit rō:vt ali⁹ filius
hois/alius filij⁹ dei intelligat:q̄ nec tpe prescribit/nec pas
sione separat:ſz tot⁹ de⁹ in christū⁊ christ⁹ in deū transiit
vt q̄cq̄d dei filij⁹ est christ⁹ dicat:⁊ q̄cq̄d in carne christ⁹ pru
rit id de⁹ ꝓtulisse recte credat. Alioq̄n si ad rōnē respicias
⁊ ad sensus humanos:nequaq̄ ita eatenꝰ potuerūt inter
se cōuenire deitas ⁊ hūana cōditio. Cōuenerūt in christo
Emanu elis my sterium. ⁊ vn⁹ ex ambabus Emanuel. Rogo vos ovirgines:rogo
⁊ vidue imiramini pauli matrē viduā exēplar cōtinētie ⁊
castitatis:imiramini custochiū quā habet vobiscū virgi
nem ⁊ formā ꝑfecte integritatis. Ad⁹ si min⁹ est in illis q̄
in matre dñi:imo q; est/habetis ꝓtolē fecundā ⁊ virgines
ꝑpetuā:q; sicut in cōparatiōe dñi nemo bon⁹:ita in com
parationē matris dñi nulla iuenit ꝑfecta:q̄uis virtutib⁹
eximia cōprobet. Malui em̄ excipere rubores pudoris:q̄
nō exeq̄ iussionē vxam:quarū ꝑcib⁹ nōnunq̄ de⁹ nr̄ obedi
re videt:ꝑsertim cū habeatis vobiscū q̄s imitari virtutis
est:cū q̄bus dicere poteſtis affectum a me potius q̄ magi
sterium:quod ad laudem huius diei requisistis.

¶ De eodem festo. Lectio sancti euangelij. Luce.X.

¶ In illo tempore: Intrauit Jesus in quoddaꝫ castellū:⁊ mulier quedam Martha nomine excepit illum in domū suam. Et huic erat sororꝫ nomine Maria. Et reliqua. Homilia brī Augustini.

Verba domini nostri

Jesu christi/q̄ hodie ex euangelio recitata sunt admonent nos esse vnū aliq̄d quo tendamus quando in huius seculi multitudine laboram⁹. Ēdim⁹ aūt adhuc peregrinātes nondū manentes: adhuc in via nondū in patria:adhuc desiderādo nondū fruendo:ñ tē damus ⁊ fine pigritia ⁊ fine intermissione tendamus:vt aliq̄ādo peruenire mereamur. Martha et Maria due sororꝫ erant:ambe non solum carne sed etiam religione germane. Ambe dño cohesērūt:ambe dño in carne ꝑsenti cōmoditer seruierūt. Suscepit eū Martha sicut solent suscipi peregrini:sed tamē suscepit famula dñm/egra sal uatorē:creatura creatorē. Suscepit aūt spiritu pascenda/ in carne pascendū. Voluit em̄ dñs formā serui accipere:⁊ accepta forma serui/in illa pasci a seruis dignatione non cōditione. Nā ⁊ ista dignatio fuit se ꝑbere pascendū. Ha bebat carnē in qua esuriret quidē ⁊ sitiret:sed nescitis q; in eremo esurienti angeli ministrabant: Ergo q̄ pasci vo luit pascenti ꝓtestitit. Quid aūr miꝝ:si er de sancto Helia ꝓtestitit vidue quez pⁱ⁹ cozuo ministrāte pascebat. Nūq̄d pascendo defecerat/q̄n ad viduā mittebat: Nō pascendo defecerat/q̄n ad viduā mittebat:sed religiosam viduaꝫ p obsequiū ei⁹ exhibitū seruo suo bñdicere disponebat: Sic q̄ susceptus est dñs tā hospes q̄ in sua ꝓpria venit:⁊ sui eū non receperūt. Sed quotquot receperūt eū:dedit eis po testatem filios dei fieri:adoptans seruos ⁊ fratres faciēs redimens captiuos ⁊ coheredes facies. Ne quis tñ vrm fo:sitan dicat. O beati q̄ christū susciperein domū ꝓpriaꝫ meruerunt. Noli dolere/noli murmurare:q; tempo:ibus natus es:q̄n iam dñm non vides in carne/non tibi abstu lit ista dignatione. Cū vni iq̄t ex minimis meis fecist⁹ mi hi fecist⁹. Hec de dño paucis dcēte spū pauca p tpe dixe rim⁹. Veniam⁹ ad causam quā de vnitate ꝓposui. Mar tha dñm pascere disponēs ⁊ preparās circa multū ministe riū occupabat: Maria so:or ei⁹ pasci magis elegit a dño deseruit quodāmodo so:orē suā circa multū ministerium labo:antē:⁊ sedet ipa ad pedes dñi:⁊ vacās audiebat verbū eius. Auris fidelissima audierat. Vacare ⁊ videre:q̄m ego sum de⁹. Illa turbabat:ista epulabat. Illa multa dis ponebat:ista vnū aspiciebat. Utrūq; officiū bonus sed tñ quod fit meli⁹ quid nos dicam⁹? Habem⁹ quē interroge mus patienter audiam⁹ quid fit meli⁹. Jam cuz legeret audiuim⁹:⁊ me cōmemoratē iterū audiam⁹. Interpelle bat Martha hospitē:ad iudicez deponit postulationem piarū querelarū q̄ eā soro:deseruerit:⁊ sic laboꝛantem in ministerio adiuuare neglexerit. Nō respondēte illa/ſz tñ ꝓsente iudicat dñs. Maria causam suā tāq̄ otiosa iudi ci maluit cōmittere nec in rōnē deo voluit labo:are. Si em̄ pararet respōdendi sermonē:remitteret audiēdi intētio nē. Rndit g̃ dñs qui in verbo nō labo:abat:q; verbū erat Quid q̄ dixit: ¶ Martha martha. Repetitio nois indi cium est dilectionis:aut forte mouende intētionis. Ut au diret intenti⁹ bis vocata est. Martha Martha:audiuit circa multos es occupata vnū aūt opus est. i vnū neces sariū est. Non vnū opus q̄si singulare op⁹:sed op⁹ est/ex pedit necessariū est. Quid vnū ē elegerat Maria: Unuꝫ cogitate fratres mei:et videte in ipsa multitudine si dele cerat nisi vnum. Ecce deo ꝓpitio q̄ multi estis:quis vos ferret/nisi cū sapere⁹is? Ubi in multis q̄es ista: Da vnū ⁊ ꝓfuit est:tolle vnū ⁊ turba est. Quid est em̄ turba/nisi multitudo turbata? Sed audi apl̄m. Obsecro autez vos ffres. Multitudini dicebat:ſz oēs vnū facere volebat. Ob secro aūt vos ffres vt idipz dicat⁹ oēs/⁊ nō sint⁹ vobis schi mata. Sitis aūt ꝓfecti in eodē sensu:⁊ i eadē scientia. Et in alio loco. Unanimes/vnū sentientes:nihil p contentionē neq; p̄inanē gloriā. Et dñs ad patrē de suis. Ut sint vnū: sicut ⁊ nos vnū sum⁹. Et in actib⁹ apostoloꝝ. Multitu dinis aūt credētiū erat cor vnū ⁊ aia vna. Ergo magnifi care dñm mecū:⁊ exaltem⁹ nomē ei⁹ in vnū: q; vnum est necessariū. Unū illud supnū:vnū vbi p̄ ⁊ filius ⁊ spūssan ct⁹ sunt vnū. Videre cōmēdari vnitatē. Certe trinitas est de⁹ nr̄. P̄ nō est filij⁹:filij⁹ nō est p̄:spūsctūs nec p̄ est nec filij⁹/ſz āboꝝ spūs:⁊ tñ ista tria nō tres dij:nō tres oīpotē tes:ſz vn⁹ de⁹ oīpotēs. Ipsa trinitas vnus deus:q; vnum est necessariū. Ad hoc vnuz non nos perducit/nisi multi habeam⁹ cor vnū. Bona sunt ministeria circa pauperes ⁊ maxime circa sctos dei seruitia debita:obsequia religio sa:redduntur em̄/nō dant:dicēte apl̄o. Si nos vobis spi ritualia seminauim⁹:magnum est si carnalia vestra mera mus: Bona sunt/exhoꝛtamur ad hec:⁊ in verbo domini edificamus vos. Nolite pigri esse ad suscipiendos san

Tex.

Que pars sit optima.

Mar. xxv.

Jo.xvij.

Tex.

Tex.

Tex.

Tex.

Tex.

Mar. xxv.

Tex.

Tex.

Tex.

Tex.

Tex

nis eius fiunt/de⁹ sibi facta cõfitet. Ista nõ quẽlibet ex minimis:sed summũ dei filiũ hospitẽ suscepit/nudum carne/vel etiã pãnis operuit:esurientẽ pauit:sitientem lacte potauit:infirmũ p infantiã ⁊ etatẽ nõ solum visitauit:sed etiã balneãdo/fouẽdo/liniẽdo/gestãdo frequentauit:vt merito de ea dicak. ¶ Martha autẽ satagebat circa frequens ministeriũ. Comp:hẽso ⁊ crucifixo quasi in carcere posito affuit:ficut scriptũ est. Stabat aũt iuxta crucem Jesu mater eius. Inter hec antẽ turbabak ⁊ solicita erat cũ fugeret in Egyptũ a facie Herodis:qui suũ talẽ filiuz adeo perseguebak:vt multos suspecte etatis pueros occideret. Turbabak cũ in deos infidiantes ⁊ mortẽ ei inferre molientes cognoscerer. Ad vltimũ turbata est valde/⁊ iuxta Symeonis vocez. Suam ipsius aiam pertransiuit gladius:cũ vix eret suũ talem filiuz comprehendi/ligari/flagellari/cõspui/spinis coronari/derideri/colaphizari/crucifigi/mori/sepeliri. Vñ bene ei congruit qđ d̃. Martha Martha solicita es ⁊ turbaris erga plurima. Nemo vero dubitet qᵖ beata virgo Maria filiũ suũ vellet liberari de omni tribulatione:⁊ seipsam adiuuari in turbatione a diuinitate:quã cides filio sciebat inesse potestatis/que est pars Marie. Hoc est quod Martha cõquerit/qᵖ eam soror sua reliquit solã ministrare:⁊ eius auxilium in ministerio flagitat. Hec de parte Marthe. Porro de parte Marie que optima prædicak:quanta vel qualis fuit in beata Maria/quis digne loquak? Si talis est vt dixim⁹ immo q: melior est quã dixim⁹ in beata Maria pars Marthe: q quidem a dño non laudak:sed tñ non vituperak:qualis est pars quã optimã Maria elegit:q̃ fic laudak vt ab ea nõ auferri dicak:O qᵖ magna multitudo dulcedinis dei fuit in beata virgine:qñ spiritus sanctus⁹ in eam supuenit:⁊ virtus altissimi obumbrabit ei:⁊ de eodẽ spũsancto concepit. Quid de deo nõ sapiebat in qua sapiẽtia dei latebat:⁊ in cuius vtero sibi corpus aptabat? Christus est/vt ait apostolus dei viri⁹ ⁊ dei sapientia. Erin eo sunt oes thesauri sapiẽtie ⁊ scientie absconditi. Christus aũt in Maria:g̃ dei virtus ⁊ dei sapientia ⁊ oes thesauri sapiẽtie et sciẽtie in Maria. Hec nõ tãtũ ad pedes:sed etiã ad caput dñi sedẽs audiebat verbũ ex ore ei⁹. Hec cõscribebat oia verba angelorum pastorũ/magorũ/nec nõ ipsius filij sui:cõferẽs in corde suo. Nemo vnq̃ sicut ista gustauit qᵖ suauis est dñs. Inebriabatur ab vbertate dom⁹ dei:⁊ torrẽte voluptatis eius potabak. Nec mirũ:qm apud eã/imo intra eã erat fons vite de q̃ manabat tãta pfectio vtriusq; vite. Circa plurima autem vere Martha occupabak:cui⁹ vnũ vt Maria delectabat q: vnũ est necessariũ/plurima auferunt/vnũ maner. Singulariter igit parte Marthe pegit: singulariter optima partẽ Marie elegit. Sz pars Marthe ei auferẽ. Jã ei nõ erit solicita vt ministret ei:sicut puero cui oes angelorum dines ministrãt sicut dño. Jã nõ turbabit fugiẽs in Egyptũ eo a facie Herodis:q: ipe ascẽdit celũ ⁊ Herodes descẽdit ad infernũ a facie ei⁹. Jã non turbabit erga plurima q̃ fecerũt filio suo iudei:q: oia subiecta sunt ei. Jã filia Marie a iudeis vel militib⁹ nõ flagellabit nec occidet:q: christ⁹ resurgẽs a mortuis:iã nõ morit/mors illi vltra non dñabit. Pars q̃ Marthe ei auferẽ/sz bono suo:pars vero Marie ei pficit q̃ nõ auferet ab ea. Exaltata est enim super choros angelorum. In bonis repletũ est desideriũ suũ videt deũ facie ad faciẽ sicuti est:gaudet cum filio in eternum. Hec est pars optima que nõ auferetur ab ea:cuius ⁊ nos participes simus meritis ⁊ precib⁹ eius:per Jesum christum dominũ nostrum: qui viuit ⁊ regnat deus in secula seculorum. Amen.

Beatus Maria ei pficit q̃ nõ auferet ab ea. Exaltata est enim super choros angelorum. In bonis repletũ est desideriũ suũ videt virginis

¶ In festo sancti Barptolemei apostoli. Luce. XXII.

¶ In illo tempore: Facta est contentio inter discipulos Jesu: quis eorum videretur esse maior. Et reliq̃. Homilia venerabilis Bede presbyteri.

Exclamatio.

Mat. ij.

Luce. ij.

Marie anima erga mꝰ ta turba ta.

Rom. vj

Jo. Coz. j. Colo. ij.

Exemplum.

Jcut boni esse moris solet i scripturis/sp exẽpla patrũ pcedẽtiũ i qb⁹ ad melioza pficiãt:qb⁹ agnitis de suis actibus humiliter inqrere:fic ecõtrario reprobi si qd forte in electis reprehẽsibile reperierint:qñ suas ex eo neqtias obtecturi:aut pro iusto defensuri libentissime solent amplecti. Ideoq̃ multo ardẽti⁹ legũt:q̃ facta est cõtentio inter discipulos christi/qs eorũ videret esse maior:qᵖ q̃ multitudinis credẽtiũ erat cor/vnũ ⁊ aia vna. Multo recolũt tenaci⁹ qđ fctã est dissentio inter Barnabã ⁊ Paulũ:ita vt discederẽt ab inuicẽ qᵖ q̃ idẽ Paul⁹ ait. Cũ sit em̃ intervos zelus ⁊ cõtẽtio:nõne carnales estis:nõne hoies est? Quasi nobis infirmitas sctoz imitãda pponak:⁊ nõ illud potiꝰ q: cõualuerũt de infirmitate:fortes facti sunt i bello:hoc maxime in loco vbi ⁊ ipsa cõtentionis eoz causa est nobis incognita. Nec em̃ ic redibile est:q: iuxta hoc qđ alibi pcipitur. Cõtẽdite intrare p angustã portã:honore se inuicẽ pueniẽdo certauerint. Verũ qlibet ex cã cõtenderint:nos poti⁹ carnales adhuc discipuli qd gesserint:sz spũalis magister qd iusserit/audiam⁹. ¶ Dixit aũt eis. Reges gentium dñant eoz ⁊ q̃ pratẽ habẽt sup eos bnfici vocantur vos aũt non sic:sz q̃ maior est in vobis/fiat sicut iunior:et q̃ pcessor est/sicut ministrator:. Certatib⁹ de prio:atu discipulis:pi⁹ magr̃ eos nõ inite cõtentionis arguit:sz formam qua sequant hũilitas/modesta ratione describit. In q̃ tñ forma obtinẽda maiores ⁊ pcessores. i. doctores eccie nõ minima discretiõe op⁹ habẽt:ne vez regũ gentium instar dominari subiectis:secꝫ ab eis gaudeãt supuacuis laudibus attolli:sed ad exẽplũ regis eterni: quasi iuniores eis quib⁹ regẽdis psunt efficiant ac ministri. Q: nimirum nesse est/vt sic bñ agentib⁹ p hũilitatẽ sint socij:qten⁹ contra delinquẽtiũ vitia p celũ iustitie sint erecti:vt et bonis in nullo se pferant. Et cũ prauoꝝ culpa exigit:ptatẽ potiꝰ tin⁹ sui ponat⁹ agnoscãt. Ne em̃ pfidẽtis animꝰ ad elationem ptãis sue delectatiõe rapiak/recte p quẽdã sapiẽtez dicit. Ducẽ re cõstituerũt/noli extolli:sz esto in illis quasi vn⁹ ex illis. Hinc etiã Petr⁹ ait. Nõ dñantes i clero:sz forma facti gregis. Et tñ nõnũq̃ grauꝰ delinquit:si inter pfuersos plus eq̃litas q̃ disciplina custodiak. Quia em̃ falsa pietate superat⁹ ferire Heli delinquẽtes filios noluit: apud districtũ iudicẽ semetipm cũ filijs crudeli dãnatiõe pcussit. Vñ necesse est vt rectorẽ subditis:⁊ matrẽ pietas ⁊ patrẽ exhibeat disciplina:atq; inter hec solicita circumspectione puidẽdũ:ne aut districtio rigida aut pietas fit remissa. ¶ Nã qs maior est q̃ recũbit aut q̃ ministrat: Nõne q̃ recũbit? Ego aũt in medio vr̃m sum sicut q̃ ministrat. Ad hꝺa exhortationis suimet adiũgit exẽpla:que Joanes euãgelista pleni⁹ cõmemoratis inter cetera scribit. Si ergo ego lauivr̃os pedes dñi ⁊ mgr̃:⁊ vos debet⁊ alter alteri⁹ lauare pedes: q̃uis etiã hꝺo ministrãdi possint oia q̃ de⁹ in carne gessit itelligi. Nã ⁊ ipm sui sanguinis sacrm in ministrãdo nobis se fundere significat cũ dicit. Sicut filius hois nõ venit ministrari/sed ministrare:⁊ dare aiam suã redẽptionẽ p multis. Et b̃ q̃ maiorib⁹ eccie pcipuũ ministrãdi gen⁹ ostẽdẽs:vt non solũ misericordes eleemosyne doctrine salutaris spũalis exẽpli ministeria fratrib⁹ impẽdamus:verũetiã sicut ille p nobis aiam suã posuit:ita et nos p inuicẽ aias ponere discam⁹. ¶ Vos aũt estis q̃ permasistis mecũ in tẽtationibus meis:⁊ ego disponovobis sicut disposuit mihi pr̃ me⁹ regnũ. Nõ inchoatio patiẽtie sz pseuerantia celestis regni gie donak. Q: nimirũ pseuerantia q̃ alio noie cõstãtia vocak:robur qddã ⁊ fortitudo mẽtis:cui crarũq; (vt ita dixerim) est colũna & trutũ. Que cũ bñ ⁊ recta ⁊ firma cõstitit:nihil est certi⁹/nihil tuti⁹ bonis moribꝰ. Q̃ si aliq̃ deficiak turbine:nõ solũ labik/oia em̃ pcessus animi bona sil⁹ corruũt. Sicut g̃ dispositio filio regnũ (que factũ obedientẽ vsq; ad mortẽ/mortẽ aut̃ crucis exaltauit:⁊ donauit ei nomẽ q̃ est sup oẽ nomẽ) sic et filiꝰ idẽ pmanẽtes secum in tẽtationibus eternũ ducit ad regnũ

Exemplum.

j. Cor. iij.

Luc. xiij.

Mat. xx

Jo. xiij.

Exemplum.

Phil. ij.

In decollatione sancti Joãnis bapti. ℔o. xxxi.

Ro. vj.

Exemplum.

Mat. v.

Exemplum.

Eccli xxv.

Exemplum.

Mulierũ malitia.

Exemplum.

Job. ij.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum

dicim⁹? Quib⁹ odioꝝ causis displicuerat vxori? Forte nō
erat speciosus. Et q̄s eo pulchrior sub illo tpe videbat̃: q̄
septē crines vertice in septiformis gr̄e imagine ꝑferebat
An ꝟo nō erat fortis: ꝛ cōtēptu ignauie spernebat̃? Et q̄s
illo fortior: qui leoni terribili obuiāti sibi obuiat: solus et
inermis innexis sibi manib⁹ strāgulat: ꝛ vt scriptū est: si-
cut hedū caprarū discerpsit? Et q̄ vna de vetustꝫ ossib⁹ asi
ni arēte maxilla Allophilos mille ꝓstrauit. Sed p̄terea
sctūs erat: atq̄ intantū sctūs: vt cū sitisset post laborē pu-
gne in loco sicco: deꝑcatus in defectu aīe sue dn̄m/statim
ex ipsa quā in manu tenebat maxilla erūpēte aqua bibe-
rit: atq̄ inde sitis estū ex eodē mortui pecoris osse quo vi
cerat refect⁹ extinxerit. Et hūc talē ꝛ tātū virū ꝛ pulchri-
tudine ꝛ virtute ꝛ sctitate p̄stātē: sua vxor sicut inimicum
decipiēs ꝛ alligās Allophilis tradidit. Unde aūt illa mu
lier illi tā viro forti p̄ualuit/nisi ingenita illi simplicitate
bonitatis et sibi malitie calliditate? Nō solū em̄ curiosa/
sꝫ ꝛ subdola irrepsit in p̄cordia mariti: quē simplicibus ꝛ
importunis obsecrationib⁹/atq̄ illecebrosis blādicijs fa
tigatū/arcano illo ꝟtutis sue mysterio spoliauit: atq̄ ita
derasis crinib⁹/ꝟtute nudatū fudit⁹ euertit: vt quē mul
ta milia hostiū armata nō vicerāt: hūc vna muliercula si
ne armis dolo male armata vicerit. Propter h̄ annūtiat
tibi ꝓpħa. A coniuge tua custodi te: ne manifestes ei cor
tuū. Dic ḡ mihi q̄ bestia ꝯ masculū suū talia aliq̄n medi-
Dracena ꝓstat male mulieri. tata est? Que dracena vult cōiugē suū ꝑdere: vel q̄ leena
marē suū iugulādū tradidit? Uides ḡ qd̄ p̄dixit sapiētia:
q̄m nō est caput sup caput serpētis: ꝛ nō est malitia super
malitiā mulieris. Et semel oīno q̄sq̄s hꝫ mulierē malam:
cognoscat q̄ꝛ iā iniq̄tatū suarū mercedē portat. Nō caret
testimonijs ꝟitatis hic sermo. Audi sapiētē dicētē. Ma-
la mulier ꝛ iniq̄ portio dabit̃ ꝓ opib⁹ malis. Sꝫ hacten⁹
mihi de muliere mala sermo habitus hic habeat finem.
Opꝫ em̄ nūc vicissim cōmemorare bonas: maxime pro-
pter eas q̄ assunt. Bone em̄ femine bonaꝝ ꝟtutes sicut
ꝓprias intuent̃ ꝛ illaꝝ castos labores suas esse coronas
existimāt. Mulier bona ꝛ hospitalis btā sunamitis: q̄ vi-
rū suū deꝑcata est māsionē Heliseo edificare: vt p̄teriēs
et diuertēs ad eos qd̄ facere cōsueuerat: secretū hr̃et refe
ctiōis locū. Posuit ei lectū (vt scriptura declarat) ꝛ lucer
nā ꝛ mēsam. Lectū vtiq̄ nō vacuū tegumētis: sꝫ habentē
cōpetētia strato indumēta: ꝛ lucernā nō in lucernario li-
no/sed cū stupa ꝛ oleo habētē lumē: ꝛ mēsam nō sine pa-
nib⁹/sꝫ instructā cibis necessarijs. Quid aūt digne dica-
mus ꝛ de btā illa vidua q̄ suscepit Heliā/quā in nullo im
pediuit inopia rerū: diues aūt bona volūtate cui nō erat
neq̄ frumētū neq̄ vinū neq̄ pulmētū/neq̄ aliud q̄d ter-
restris alimonie/nisi paupꝫtatis exhausto cōsolatio? Nō
ager illi frugifer semē panis ꝓferebat: nō vineā ꝑ dulces
fluētib⁹ venā racemis felicib⁹ afferebat. Nō ei vel in ter
re palmo loc⁹ ad arādū suberat: neq̄ vel cubiti spatiū ad
viticule plātationē habebat: sꝫ sempi tpe messis ꝓcedēs
in cāpū: ꝛ lēto icuruata ꝓgressu/rara segetis abscisse reli
quias sectabat̃: ꝛ residuas vel caducas ꝓgressis messori
bus spicas/breui gremio colligebat: in quo velut dimēsā
et sub estimatione numeratā pro anni spatio reponebat
annonā. Ad hāc ergo missus a dn̄o venit Helias in tpe fa
mis: q̄n fere tot⁹ orbis terrarū defectu pluuiarū siccat⁹
aruerat. Et inopia gignētiū tabefact⁹ aīantib⁹ victū ne-
gabat: q̄n celū estib⁹ ignitis inarserat: ꝛ crassus aer nebu
losis vaporib⁹ caligabat: sꝫ subductis imbrib⁹ nubila re-
Uidue scrē laus frenata pēdebāt: q̄n nec herba/nec flores/nec vlla germi
na pullulabāt. Nō spicarū aristas roscida aura recreabat
q̄n flumina tenuata riuis alueis breues meat⁹ agebant:
et fontiū vbera torridi solis diuturno ardore refrixerāt: ꝛ
vsitatū amari salis tēperamētū nō influētib⁹ de incursu
fluminū ꝛ infusione pluuiarū dulcib⁹ aq̄s maria destitu-
ta ꝑdiderāt. Tūc venit Helias ad illā inopē viduā: ꝛ q̄les
amoris estus viduas etiam in tpe vbertatis pati. Nostis
em̄ solitas viduarū angustias: q̄ ꝓfecto ingrauescunt/sꝫ

desolatiōe puniunt̃ penurie. Et de⁹ diuitē misit ꝓphetā
q̄ etiā in tpe famis abūdaret panib⁹: ꝛ a mōte discedens
venit ad istā pauperē. Quare autē vir ille q̄ ꝟbo ignē de
celo adduxerat/panē sibimetipsi nō deposuit? Nunquid
nō poterat? Utiq̄ poterat. Sꝫ iō nō fecit/ne p̄parata ad
bonū op⁹ vidua hospitalitatis mercede priuaret̃. Et pro-
pterea vt illū modicū pugillū farine ꝛ stillicidiū olei: be-
nedictio dn̄i multiplicaret in ore suscepti ꝓphe. Nō em̄ ꝓ
sua tātū reqe missus est ꝓpħa: vt ab inope pasceret̃/quā-
tū vt egenū pasceret: sꝫ vt manifestaret occultū in corde
illi⁹ bone volūtatis affectū. Hoc etiā facit ip̄e dn̄s: q̄ cū
potēs sit/oēs q̄ sūt in h̄ mūdo ꝑ semetip̄m euidēter alere:
cōtinet tn̄ manū suā ab impēdio ministrādi/vt ad bonū
proprias mētes in tpe necessitatis de fructib⁹ hūanitatis
ondat ꝛ aiarū affectiōes operꝫ q̄litare discernat. Et si nō
fuerint hui⁹ volūtatis aut dignitatꝫ q̄ suscipiāt sctōs dei:
tūc eos dn̄s aut ꝑ aues pascit: sicut Heliā in mōte secre-
tū: aut ꝑ ꝓphetā aliūde trāsmissuꝫ/sicut Danielē in lacu
leonū: aut ꝑ maritimū aīal/sicut Jonā ꝑ cetū: aut ip̄e per
semetip̄m de⁹ pastor alimēta suppeditat/sicut patribus
nostris in deserto. Cū em̄ non essent in solitudine q̄ susci
perēt filios Jsrael: de celo māna esuriētib⁹ ministrabat:
et de petra aq̄ sitiētib⁹ diffluebat. Cū aūt in h̄ mūdo scti Mixtio
pplis ꝑmixtim ꝟsant̃: tūc etsi videat eos pati tribulatio- maloruꝫ
nē/ferre ꝑmittit: vt det grāꝫ eis q̄ circa eos voluerint ope cū bonis
rari hūanitatē: vt sibi de p̄senti bn̄ficio fructificēt eternā
salutē. Abijt ḡ Helias ad viduā illā: cui nihil in promptua-
rio erat nisi pugill⁹ farine: quē ip̄m cū labore multo sibi
et filijs suis in ip̄o tpe aduenientis ꝓphe p̄parauerat: ni-
hil reliquū hn̄s: ꝛ eo accepto moritura cū filijs. Et q̄d ait
ad eā ꝓpħa? Accipe mihi modicuꝫ aq̄ in vasculū vt bibā. iij. Reg. xvij.
At illa mox abeūte/post ipsaꝫ iterū clamauit. Accipe mi-
hi ꝛ panē in manu tua. Jlla simplr̃ qd̄ nō hēbat/dixit: qd̄
aūt hēbat/cōfessa est. Quid em̄ ait? Uiuit dn̄s: si est mihi
in reposito nisi h̄ modicū farine ꝛ exiguū olei. Ualde mi
rabile q̄ in tāta escarū penuria modicū ip̄ꝫ qd̄ ei residuū
erat nō negauit. Quāti ꝟo nūc q̄ aurū ꝛ argētū sicut lu-
tū hn̄t: cū rogant̃ vt idigētib⁹ opē p̄stēt: aut ad tp̄s cōmo-
dēt renuūt/ꝛ nō se hr̄e iurāt. Et si q̄n ꝑ multā obsecratio-
nē flectāt̃ vt p̄stēt: scripturas ꝛ cautiōes ordināt: ꝛ p̄iudi-
cia q̄dā ferro validiora cōscribūt: ꝛ illi⁹ mutuātis manū
p̄mū callidis ꝯscriptiōib⁹ ligāt: isup fideiussores ꝛ iterū
tores fenoris cōmodati accipiūt. Jlla aūt pauper nr̄a: ad
vnā vocē qd̄ postulata est hr̄e seipaꝫ nō negauit palmulā
vnā farine. Et q̄d illi ꝓpħa r̄ndit? Festina inq̄t ꝛ fac subci
neritiū panē in p̄mis mihi: postea tibi facies ꝛ filijs tuis
Tētatio erat/ꝟbū ꝓphe/ꝓbatio cordis/examiatio volū-
tatis. Et erat sicut i lib: a positū cor btē illi⁹ vidue: qd̄ i ꝓ-
phetici sermōis impio q̄si q̄stiōis tormēto iterrogabat̃: ꝛ
anceps in vtrūq̄ pēdebat q̄ nā vigeret volūtatē: sibi po-
ti⁹ ꝛ filijs cōsuleret/an magꝫ ꝓphe obtēparet. Uerū illa
elegit ꝓphe poti⁹ de iopie sue residuo refectionē parare
Sciebat em̄ q̄m q̄ ꝓphetā suscepit i noīe ꝓphe mercedē Mat. x
ꝓphe accipiet ꝛ q̄ potauerit sitiētē calice aq̄ frigide i no-
mine discipli: nō ꝑdet mercedē suā. Quid ē aūt qd̄ ꝓpħa
dixit/festina. Nūq̄d tm̄ esuriebat: vt idifferēter festiatiōe
mulierꝫ idigeret? Nō vtiq̄: sꝫ docere illā voluit/p̄ōpto aīo
esse ꝛ feruenti ꝛ hilari ad boni opis effectū: nō cū tristitia
neq̄ tātū ex necessitate p̄bēte. Hilarē ei datorē diligit de⁹
Festina inq̄t ꝛ fac p̄mū mihi: sicut Abraā in āgeloꝝ ad- ij. Co. ix.
uētu festinauit ad oues: ꝛ vitulū inde sūpsit. Et sicut Sa Genes. xviij.
ra ꝓperauit ad panes subcinere faciēdos: vt acciperet illū
in celis abscōditū panē. Festia ꝛ fac sicut Abraā hostias j. Reg. ij
deo: nō p̄mū tibi ꝛ postea mihi: sicut Cain ꝛ Ofni ꝛ Phi
nees filij Heli sacerdotꝫ: q̄ despiciebat honorē dei: p̄mū si
bi sacrificioꝝ p̄mitias eligētes ex oib⁹ donis q̄ deo offere
bāt̃. Jlla ḡ vidua qd̄ ipatū est ei a ꝓpħa/festināter effecit
ꝛ horreū suū celeriter ipleuit: ꝓuidēs locupletē eē fructū
opantib⁹ i deo repositū ꝓpħa ꝟo p̄parationē vidue susce
pit/gustauit/locut⁹ ē/domū ei⁹ repleuit bōis. Nō deficiet

inq̄t faria hydrie ꝛ oleū de capsace/donec det dn̄s pluuiā
sup terrā: ꝛ q̄reuisq̄ ad illō tp̄is finē bn̄dictiōis dedit. Ne-
cessario vtiq̄. Oportebat ei noua grā sicut pluuia supue
niēte i terrā veterē legē terminū accipe: ꝛ dn̄s est op⁹ ꝟbo
Sap. iij. Uides quō hospitalitatis mercedes bn̄dicta vidua cito
videmiauit. Bonoꝝ em̄ laborꝝ fruct⁹ glīosus est: ꝛ icōcus
Conclusio moralis. sa radix prudētie. Audistis o mulieres et malaꝝ mulierū
act⁹ ꝛ bonaꝝ ꝟtutes. Jllaꝝ ḡ facinora calcare: haꝝ ꝟo exē
pla sectamini. Jllas execramini: has ꝟo imitamini vt cuꝫ
sctāꝝ feminarum cursum ꝛ vestigia cōsecute fueritis: in
earū choris atq̄ cōsortio pari grā ꝛ laude annumerami-
ni in christo Jesu: cui glīa ꝛ iperiū in scl̄a seculoꝝ. Amen.

¶ De eodem festo. Matthei. XIIII.

¶ In illo tempore: Audiuit Herodes tetrarcha
famam Jesu: et ait pueris suis: Hic est Joannes
baptista. Et reliqua. Homi. vene. Bede presby.

Natalē fratres charis-
simi bti Joānis diē celebrātes: oportet vt nō so
lū cōstātiā passionis illius pia deuotiōe recole-
re studeam⁹: sꝫ ꝛ eoꝝ a q̄b⁹ passus est malitiā: in arma ver
tam⁹ salutis. Tūc em̄ scripturis sctis vtiliter aīm impēdi
mus: cū nō solas in eis virtutes ac p̄mia iustoꝝ: verūetiā
vitia vindictāq̄ reproboꝝ ad incitamēta nobis bn̄ agē-
di ꝓponim⁹. Hoc siq̄dē ꝛ ipsi⁹ dn̄i docemur exēplo: q̄ vt
hūane supbie ceruicē frāgat: ac sublime nobis hūilitatis
iugū iponat: nō sue tātū hūilitatis formā quā seq̄mur in-
Mat. xj. sinuat/dicēs. Discite a me: q̄ mitis sum ꝛ hūilis corde: sꝫ
etiā angelice supbie deiectionē quā caueam⁹ ad memo-
Luce. x. riā nobis reuocat/dicens. Uidebā sathanā quasi fulgur
de celo cadētē: q̄ten⁹ nō solo nos sue diuine bonitatis/sꝫ
Tex. et demoniace prauitatꝫ exēplo ad obseruātiā sume virtu
tis accēdat. ¶ Audiuit ḡ Herodes tetrarcha famā Je-
su/ꝛ ait pueris suis. Hic est Joānes baptista: ip̄e surrexit
a mortuis: ꝛ iō ꝟtutes opant̃ i illo. Qui bn̄ itellexit mor-
tuū posse hoīeꝫ resuscitari ad vitā: bene de resurrectiōis
glīa sensit: q̄ iustos post resurrectionē maioris potētie ꝑ
mortalis fragilitas capit futuros esse ꝓspexit: sed misere
desipuit. Qui qd̄ de hoīe puro spōte credere potuit h̄ de
deo ꝛ hoīe credere tot miraculis attestātib⁹: tātis p̄dica-
toꝝ p̄conijs cōsonātib⁹: nulla rōne cōsētit. Quare h̄ frēs
charissimi: nisi vt nos apte itelligam⁹: nō icredibile resur
rectiōis miraculū: sꝫ prauoꝝ aīos a credēdi grā pctis ob-
stātib⁹ p̄datos esse/maioresq̄ illi grās feram⁹/q̄ nr̄is cor
dib⁹ ab alto errorꝫ velamine lucē ꝟitatꝫ apire dignat⁹ ē.
Luce. j. Herodes em̄ tenuit Joānē: ꝛ alligauit eū: ꝛ posuit i car-
cerē ꝓpter Herodiadē vxorē frīs sui. Dicebat em̄ illi Joā
nes. Nō lꝫ tibi hr̄e eā. Impletū videm⁹ de Joāne qd̄ de il
lo angel⁹ Zacharie p̄usq̄ nasceret̃ p̄dixit: q̄ p̄cederet an
dn̄m in spū ꝛ ꝟtute Helie. Ambo nāq̄ ꝯtinēter viuētes:
ambo habitu iculti/ābo i solitudie degētes/ābo p̄cones
ꝟitatis: ābo regis ꝛ regine ꝑsecutionē ꝓpter iustitiā ꝑpes
si sūt. Jlle Achab ꝛ Jezabel: iste Herodis ꝛ Herodiadis
Jlle ne ab ip̄is occideret̃/igneo curru ē rapt⁹ i celū: iste
ne ab ip̄is vinceret̃ ꝑfecto martyrij certamine spū celestia
regna petiuit: angeloꝝ vtiq̄ subuect⁹ auxilio: de q̄b⁹ scri
ptū est. Curr⁹ dei decē milib⁹ mltiplex: milia letātiū: dn̄s
in illis. Et iterū. Qui facit āgelos suos spūs: ꝛ ministros
suos ignē vrētē. Sꝫ q̄rit forte aliq̄s: q̄s sit iste herodes/q̄s-
ue frater ei⁹: q̄ etiā Herodias de q̄b⁹ sermo ē: Herodes
iste q̄ ꝛ Joānē decollocauit ꝛ in passioneꝫ redēptoris nr̄i
questio euangelica. Pilato assensuꝫ p̄buit: fili⁹ est Herodis illi⁹ sub quo dn̄s
natus est. Qui cū post natiuitatē dn̄icā pauco tpe regna-
ret: sicut euāgelica testat̃ historia: Archelaus ei⁹ fili⁹ suc-
cessit in regnū. Quo cū vix decē annis potiret̃: accusanti
bus isolētiā ei⁹ Judeis pulsus est regno ab Augusto/ac
ꝑpetuo dānat⁹ exilio. Deinde August⁹ vt regni iudaici
minueret potētiā: diuisa in q̄tuor partes ꝓuincia: q̄tuor

fratres Archelai eidē regēde p̄fecit q̄ singuli a principatō
quarte partis greco sermone sunt tetrarche vocati. Et q̄
bus Philipp⁹ Herodiadē filiā Arethe regis arabū acce
pit vxorē: quā idē Aretha postmodū ablatā ab eo: dedit
Herodi: eo q̄ ip̄e esset maioris p̄tātis ꝛ fame: factūq̄ est
adulteriū publicū. Sicut p̄dis cā est ꝑeūdi: ita fidelissi-
mo p̄coni nr̄e redēptiōis materia triūphādi: q̄ ꝓhibēdo
regis iiusti scelera: morte q̄dē iiusta meruit plecti: sꝫ post
mortis iustū a rege iustitie/cui testimoniū ꝑhibebat: iu-
stā vite ꝑennis coronā accepit. Dicebat ergo illi Joānes.
¶ Nō licet tibi hr̄e eā. Et volēs inq̄t eū occidere: timuit Tex.
ppl̄m: q̄ sicut ꝓphetā eū hēbāt. Nō ppl̄s tātū sꝫ ip̄e etiaꝫ
Herodes Joānē sicut ꝓphetā habebat: teste euāgelista
Marco/q̄ ait. Herodes em̄ metuebat Joānē/sciēs eū vi Mar. vj
rū iustū ꝛ sctm̄/ꝛ custodiebat eū. Et audito eo multa fa-
ciebat: ꝛ libēter eū audiebat. Sꝫ vicit amor mulierꝫ: eūq̄
in illū quē sctm̄ esse nouerat ꝛ iustū/man⁹ mittere coegit
Qui q̄m voluit cohibere luxuriā: ad homicidij reatū ꝓ- Mirum
lapsus est: minusq̄ illi pctm̄ maioris erat cā pcti. Cui di- dei iudi-
stricto dei iudicio ꝯtigit: vt ꝓpter appetitū adultere quā cium.
detestandā esse sciebat: sanguinē funderet ꝓphe quē deo
acceptū esse cognouerat. Hec nāq̄ est illa diuini dispēsa-
tio examinis: de q̄ dr̄. Qui nocet noceat adhuc/ꝛ q̄ in sor
dib⁹ est sordescat adhuc. At ꝯ qd̄ seq̄t̃ (ꝛ sctūs sctificetur Apo. xxij
adhuc) ad bti Joānis ꝑsonā ꝯuenienter aptat̃: q̄ sctūs exi
stēs sctificabat̃ adhuc: dū ꝑ officiū euāgelizādi ad marty
rij ꝑuenit palmā. Die aūt natalis Herodis saltauit filia
Herodiadis in medio triclinio/ꝛ placuit Herodi. Un̄ cū
iuramento pollicit⁹ est ei dare: qd̄cūq̄ postulasset ab eo.
Tria pariter ipioꝝ scelera audiuim⁹: celebrationē nata-
lis ifaustā/saltationē puelle lasciuā/iuramētū regꝫ teme-
rariū. Quib⁹ singulis oportet nos ne talia geram⁹ istrui
Nō em̄ festis diē nr̄i natalis i memoriā reuocare: nō vllū
tp̄s illecebris indulgere carnalib⁹: sed diē poti⁹ exit⁹ nr̄i
debem⁹ lachrymis ꝛ p̄cib⁹ crebrisq̄ ꝑuenire ieiunijs. Hic Eccli. vij
erem̄ vir sapiēs admonet dicēs. In oib⁹ opib⁹ tuis mēo-
rare nouissima tua: ꝛ ieternū nō peccabis. Sic nec mēbra j. Co. vj.
nr̄a q̄ iā dn̄o cōsecrata sūt: lusib⁹ atq̄ ineptis dare moti-
bus decet. Dicit nāq̄ apl̄s. Nescitis q̄m corpa vr̄a mēbra Rom. xj.
sunt christi. Tollēs ḡ mēbra christi faciā mēbra meretricꝫ.
Absit. Un̄ ꝛ alibi obsecrat ꝑ miam dei: vt exhibeam⁹ cor-
pora nr̄a hostiā viuētē/sctām/deo placētē. Quātū ꝟo te-
meritatē iurādi vitare debeam⁹: ꝛ ip̄e in euāgelio dn̄s/ꝛ Jaco. v.
Jacob⁹ in ep̄la sua docet/dicens. Ante oīa aūt frēs mei
nolite iurare: neq̄ ꝑ celū/neq̄ ꝑ terrā/neq̄ aliud qd̄cūq̄ Mat. v.
iuramētū. Sit aūt sermo vester/est est/nō nō: vt nō sub iu
dicio decidatꝫ. Jllo vcꝫ iudicio sub q̄ decidit Herodes: vt
vel peierare vel ob ꝑiuriū cauēdū aliud necesse haberet
patrare flagitiū. At si aliq̄d incauti⁹ forte nos iurasse cō
tigerit: qd̄ obseruatū scꝫ peiorē vertat in exitū: libere illō
cōsilio salubriori mutādū nouerim⁹: ac magis instāte ne-
cessitate ꝑiurādū nobis: q̄ ꝓ vitādo ꝑiurio in aliō crimē
grauius esse diuertēdū. Deniq̄ iurauit Dauid ꝑ dn̄m oc-
cidere se Nabal virū stultū ꝛ ipiū: atq̄ oīa q̄ ad illū ꝑtinēt
demoliri: sꝫ ad p̄mā intercessionē Abigail femine pruden
tis: mox remisit minas/reuocauit ensem in vaginā: neq̄ Juramē
aliq̄d culpe se tali ꝑiurio cōtraxisse doluit. Jurauit Hero ti nefan-
des dare saltatrici qd̄cūq̄ postulasset ab eo: ꝛ ne ꝑiurus di corre-
diceret̃ a cōuiuis ip̄m cōuiuiū sanguie polluit: dū ꝓphe- ctio.
te mortē saltatiōis p̄miū fecit. Nō solū in iurādo: sed in oi
qd̄ agim⁹: hec est moderatio solerti⁹ obseruāda: vt si talē
forte lapsum versuti hostis iciderim⁹ isidijs: ex q̄ nō sine
aliqua pcti ꝯtagione surgere possim⁹: illū poti⁹ euadēdi
aditū petam⁹: in quo min⁹ ꝑiculi nos ꝑpessuros esse cer-
nim⁹: iuxta exēplū eoꝝ q̄ hostilib⁹ clausi muris dū euade
re desiderāt: sed portarū accessum sibi interdictū cōside-
rāt: vbi necesse est desiliēdi locū eligāt: vbi muro existēte
breuiore minimū ꝑiculi cadētes incurrāt. Seq̄tur. ¶ At
illa p̄monita a mr̄e sua. Da mihi inquit hic in disco caput
Joānis baptiste. Et cōtristat⁹ est rex. Tristitia regis non

absolutio est: sʒ cōfessio sceleris. Hec etem̄ est supni iusti-
tia iudicij: vt plerūq; reprobi agnoscāt se ⁊ fateant̄ erras-
se: certāq; erroris sui penitudinē gerant: nec tñ ab errore
q̄escāt: q̄ten⁹ eadē cōfessiōe ac pnia ꝯ se ipsi testimonium
dent. Qr nō nescij delinquūt/dū a pctō qđ culpāt ꝓhibe-
re detrectāt: eoq; iusti⁹ peāt/quo fouea pditiōis quā pui
dere valuerāt declinare neglexerāt. Talis q̄ppe est tristi
tia Herodis: q̄lis pnia Pharaonis ⁊ Jude. Quoꝝ q̄sq;
facinora sua postq̄ accusante cōsciā inuit⁹ ꝓdidit vecors
augmētauit. Itaq; em̄ Herodes caput Joānis peritus:
tristitiā q̄dē p̄tēdebat in vultu q̄ se ipe dānaret: ostēdēdo
cūctis liq̄de: qr insontē ⁊ scm̄ nouerat quē esset neci da-
tur⁹. Uerū s̄ dilligēti⁹ cornefandū inspicim⁹: letabat̄ oc-
culte q̄ ea perebant̄ q̄ ⁊ antea facere/si excusabilit' posset
disponebat. Qui si caput Herodiadis peteret: nulli du-
biū quin illi dare veraciter tristis abnueret. Propter iura
mētū aūt ⁊ eos q̄ pariter recūbebāt/iussit dari. Misitq; ⁊
decollauit Joānē in carcere: ⁊ allatū est caput ei⁹ in disco
Indignū q̄dē natali suo rex spectaculū p̄buit: q̄ conuoca
tis ad epulas prīcipib⁹/tribunis/ac ducib⁹ gētis spectā-
dū in disco caput occisi ꝓtulit. Indigni eque cōuiue: an
potius inuitatori suo cōdigni? Ex qb⁹ nullus inuētus est:
q̄ hoiem inter festa: q̄ ab adulterijs iustū ad iudicē a reis
capite plecti vetaret: presertim cū rex assūpta specie me-
stitie coactū se hoc facere ꝓstaret: essetq; opportunum
quo hortatu cōuiuātiū a pmisso scelere reuocari deberet
si nō illū hec industria pstruxisse cognoscerent: imo ipsos
quoq; par eiusdē sceleris amor irretiret. Sed dignam su
perius aspectib⁹ ꝟtutē sui certaminis btūs p̄cursor dñice
natiuitatis p̄dicatiōis ⁊ mortis ostēdit: q̄ vt scriptura ait
Et si corā hoibus tormēta passus est: spes illius imortali
tate plena est. Cuius diē natalis merito festa celebritate
reperim⁹: quē ipse nobis solēnē reddidit/quē sanguinis
sui roseo fulgore decorauit. Merito memoriā illius cum
spūali gaudio veneramur: q̄ testimoniū qđ dño phibuit/
martyrij signaculo cōclusit. Neq; em̄ dubitādū est: quia
btūs Joānes ꝓ redēptoris nr̄i quē precurrebat testimo-
nio carcerē ⁊ vincula sustinuit ꝓ ipo/⁊ aiam posuit. Cui
nō est dictū a psecutore vt christū negaret: sed vt veritatē
reticeret: ⁊ tñ pro christo occubuit. Quia em̄ christus ipse
ait. Ego sum veritas. Ideo vtiq; ꝓ christo: qr pro veritate
sanguinē fudit. Et cū nascituro/predicaturo/baptizatu
ro: prius nascēdo/predicādo/ac baptizādo testimonium
perhibebat: hūc etiā passurū prior ipse patiēdo signauit.
Quorū tñ passiones diuerso ordine cōsummari/certa su-
perne prouisionis dispēsatione gestū est: vt vcʒ redēptor
noster extra portā ciuitatis cūcto assistente populo suble
uaretur in crucē. Precursor vero eius collectis in domū
cōuiuij magistratibus atq; optimatib⁹ plebis: misso ta-
men spiculatore in abdito carceris capite trūcaretur. Et
quidem cōgruum videbatur: vt mysteriū dñice crucifix⁹
crucis p̄figuraret Joānes. Sed qr idē Joānes testimo-
nium dño perhibēs/aiebat. Illū oportet crescere: me aūt
minui: hoc est/illū quē ꝓpheram magnū esse miramini:
christū dñm ac deū verū oportet intelligi: me autem quē
christū esse arbitramini/non christū: sed esse ꝓphetā chri-
sti patebit. Disparē vtriusq; qualitatē/dispar modus pas
sionis insinuat: nō in carnificū potestate cōstitut⁹/sʒ ce-
lesti ratione prouisus. Quia iterū dicit idē Joānes. Qui
est de terra/de terra est/⁊ de terra loq̄tur: qui aūt de celo
venit/sup oēs est. Prefatā minorationē ei⁹ q̄ de terra est
decollatio illa i carcere ⁊ in obscuro patrata capitis abla-
tio designat. Porro cremētū ei⁹ qui de celo venit ⁊ supra
oēs est: illa in cruce exaltatio que sub dio ⁊ omni spectan
te populo facta est/aperte denūtiat. Exaltat⁹ quippe in
cruce: caput erectū ad celos tenuit/manus sup terras ad
aquilonē tetēdit ⁊ austrū: vt ⁊ celi se esse dñm ⁊ vniuersā
terram: omnesq; potestates aereas sue ditioni subditas:
ipso etiam corporis situ figuraret. Infima crucis ipsius
terre abdita penetrabāt/vt inferoꝝ regnū passiōe illius

Cruentū conuiuij deploratio.

Map.iij.

Jo.xiiij.

Joā.iij.

Sacramētum christi crucifixi

trāsfixū ac destructū esse signaret. Regē hūc eē credēdū
scripto in cruce titulo adstātes Hebrei Greci ⁊ Romani
legebant/vt vcʒ eius imperiū appareret p oēs gētes esse
dilatandū. Que cūcta apl's breuiter vna snīa cōplectitur
dicens. Factus est obediens vsq; ad mortē: mortē aūt cru-
cis: propter qđ et deus illū exaltauit: et donauit illi nomē
qđ est sup omne nomen: vt in nomine Jesu om̄e genu fle
ctatur/celestiū/terrestriū/⁊ infernorū: ⁊ oīs lingua confi
teatur: qr dñs Jesus christus in glīa est dei patris. Decol-
lato aūt Joanne ⁊ allato capite ei⁹ in disco sequit̄. ¶ Et
datū est puelle: et detulit mr̄i sue. Et accedētes discipuli
ei⁹: tulerūt corp⁹ ei⁹ et sepelierūt illđ. Et h̄ ad minoratio
nē p̄cursoris ptinet: q̄ corp⁹ ei⁹ sepulture absq; capite dat̄.
Nāq; vt in ecclesiasticis inuenimus historijs: corp⁹ eius
in ciuitate Samaria: q̄ nunc Sebaste vocatur: caput au
tem in Hierosolymis humatum est. Decollat⁹ vero est in
castello quodam Arabie/quod Macherunta nomināt.
In quibus videlicet historijs hoc quoq; reperim⁹/q̄ ca-
put eius sanctissimum longo post decollationē tēpore ab
ipso reuelatū sit duobus monachis orientalibus: q̄ ora-
tionis gratia venerāt Hierosolymā: atq; inde in Edissaʒ
Phenicie ciuitatis perlatū/debito fideliū sit honore fre-
quentatū. At vero ossa eius tempore procedente/de Sa
maria Hierosolymā translata: ac mox Alexādriaʒ missa
nunc ibidem in ecclesia q̄ noīs ipsius est honore cōsecra-
ta seruantur. Quod diuina ꝓuidētia cōstat actū: vt scili-
cet per plura loca deportatis beati martyris reliquijs/
plura virtutū signa fierent: pluresq; per memoriā doctri-
ne ⁊ vite illius ad fidē ac dilectionē eius quem predica-
bat confluerent. Inter hec sane cōsiderandū est exattēn-
tius memorie commendandum/quō omnipotēs de⁹ ele-
ctos/dilectosq; suos famulos quos ad vitā regnūq; pre-
destinauit eternū/intantū in hac vita prauoꝝ patitur pse
cutione cōteri: tot ac tantis penarū mortiūq; generibus
consumi: quaten⁹ perspectis pfectoꝝ viroꝝ passionib⁹ nc/
minus de his q̄ nobis forte aduersa cōtigerint doleam⁹:
ac potius discamus om̄e gaudiū existimare cū in tētatio
nes varias inciderimus/memoriāq; retineam⁹: qr quem
diligit dñs castigat: flagellat autē omnē filium quē reci-
pit. Nam etsi principalis sententia cōstat: qr in multis of-
fendim⁹ oēs: quis tamē nostrū dicere audeat beatū Jo-
annē in actu/vel dicto/vel habitu/vel victu peccasse? Cu
ius austeritatē indumenti: cuius parsimoniā alimēti euā
gelica laudat historia: cuius omne qđ loquitur: aut veri
tati testimoniū reddit/aut eos qui cōtradicūt redarguit:
cuius opera iustitie etiā qui non amabāt venerationi ha
bebant? Quis in eius precordijs peccato poterat esse lo-
cus: quem et ante natiuitatem spūssancti consecrauit ad
uentus? Quādo saltem humane conuersationis intuitu
valuit a virtutis via/vel ad modicū deflecti: qui totaʒ ab
ineunte pueritia vitā solitarius peregit. Et tñ talis ac tā-
tus vir presentis vite terminū post longā vinculorū affli-
ctionem sanguinis effusionē suscepit. Ille qui libertateʒ
superne pacis euangelizabat/ab impijs in vincula cōijci
tur: clauditur obscuritate carceris/qui venit testimoniū
perhibere de lumine: quiq; ab ipsa luce que christus est
lucerna ardens et lucens appellari meruit: quo in natis
mulierum maior nemo est: qui ad petitionem mulierum
turpissimarum capite plectitur: et ipse proprio cruore ba-
ptizatur. Cui redēptorē mūdi baptizare: cui vocē patris
super illū audire/cui spūssancti gratiā in eū descēdentē
videre donatum est. Sed nō erat graue: imo leue ac desi-
derabile erat talibus tormēta pro veritate tēporalia per-
peti: que ppetuis nouerāt remunerāda gaudijs. Opta-
bilē habebant mortē: que nature necessitate inuitabilis
imminebat/cōfessio christi noīe cū palma vite perennis
excipere. Un̄ bene dicit apl's. Qr vobis donatū est a chri
sto: nō solū vt in eū credatis/sed etiā vt ꝓ illo patiamini
Qui ideo donū dicit̄ esse christi: vt pro illo patiant̄ electi
qr sicut idē dicit. Nō sunt cōdigne passiones huius tēpo-

Phil.ij.

Lex.

Trāslatio reliquiarū scti Joannis.

Heb.xij. Jaco.iij.

Phil.j.

ris ad superuētură gloriā que reuelabit̄ in nobis. Cum
ergo tā eximios regni celestis heredes tāta in hui⁹ exilio
mortalitatis pati viderim⁹: q̄d nobis inter hec fratres cha
rissimi restat agēdū/nisi vt tanto magis humiliemur in
cōspectu pij cōditoris ⁊ redēptoris nr̄i: quāto nos paten
ter aīaduertimus eos/nec vite imitatione seq̄ posse/nec
mortis. Itaq; iuxta vocē primi pastoris. Humiliemur sub
potenti manu dei: vt nos exaltet in tp̄e visitationis. Hu-
miliemur cum Joāne: ieiunem⁹ ⁊ obsecratiōes faciam⁹
assiduas: exultem⁹ nimij corā hoibus: exerceamur ⁊ defi
ciat paulisper spūs noster. Noster vtiq; idē carnalis ⁊ su-
perbus q̄ solebat inflari: vt bone actionis ꝓfectib⁹ ante
illū crescere: ⁊ cū illo exaltari valeamus: q̄ de celo ad ter-
ras venire dignat⁹ est: vt nos q̄ de terra sum⁹ subleuaret
ad celos/Jesus christ⁹ dñs noster: q̄ viuit ⁊ regnat cū pa
tre in vnitate spūsscti de⁹: per oīa secula seculoꝝ. Amen.

j.Pe.v.

¶ In natiuitate btē Marie virginis.

Creatoris matrē oīs creatura magnificet ei⁹ glīose maiestati se in-
Iudeorum reprehēsio. ⁊ hoc habet veritas/vt talia facta dānentur. Tantum ergo oderunt veritatem: quantum oderunt suas penas: quas talibus irrogat veritas. Nesciūt aūt illam esse veritatem: que tales quales ipi sunt damnat. Oderunt ergo quam nesciunt: ⁊ cum illā oderūt profecto ⁊ eū de quo nata est/nisi odisse nō possunt. Ac per hoc q: veritatem qua iudicante dānantur: de patre deo natam nesciunt: vtiq́ etiā ipsum ⁊ nesciunt ⁊ oderūt. O miseros homines/qui cum esse volunt mali: nolūt esse veritatem qua dānantur mali. Nolunt em̄ eam esse quod est: cū seipsos debeāt nolle esse quod sunt: vt ipsa manēte mutentur/ne ipsa iudicāte damnent. Deinde dñs addidit.

Tex. ¶ Si opera nō fecisseʒ in eis que nemo ali⁹ fecit peccatū non haberent. Peccatum scilicet illud magnū/de quo ⁊ superius ait: si non venissem ⁊ locutus eis fuissem/peccatū non haberent: hoc est peccatū quo in eum loquentē ⁊ operantem non crediderūt. Neq́ em̄ nullū habebāt peccatū/anteq̄ loqueret eis ⁊ operaret in eis: sed hoc peccatū quo in eū non crediderūt/ideo sic cōmemorat: quia ipso peccato tenentur et cetera. Hoc em̄ si nō haberent/⁊ in eū crederent: dimitterentur ⁊ cetera. Sed quid est hoc quod cū dixisset: si opa non fecissem in eis/mox addidit: q̄ nemo alius fecit? Nulla quippe in operib⁹ christi vident esse maiora q̄ suscitatio mortuoꝝ: quod scim⁹ etiā antiquos fecisse pphetas. Fecit enim hoc Helias: fecit Helise⁹: et cum in hac carne viueret: et cum in suo monumēto sepultus iaceret. Nam quidam portantes mortuum: cum irruentibus hostibus
iij. Reg. eo refugissent/eūq́ ibi posuissent: cōtinuo resurrexit. Fe-
xvij. cit tamen aliqua christus que nemo alius fecit: q̄ scilicet
iiij. reg. quinq́ milia hoim de quinq́: ⁊ quatuor milia de septem
iiij. panib⁹ pauit: q̄ super aquas ambulauit/et Petro vt hoc
iiij. Re- facere prestitit: q̄ aquā mutauit in vinū: q̄ aperuit oculos
gū. xiij. ceci nati: ⁊ alia multa que cōmemorare lōgū est. Sed re-
mat. xiiij spondetur nobis: ⁊ alios fecisse q̄ ipse nō fecit: et q̄ nemo
Mat. xv alius fecit. Quis em̄ nisi Moyses Egyptios plagis tot
mat. xiiij tātisq́ pcussit: diuiso mari rubro/populū duxit: manna de
Joan. ij. celo esuriētib⁹ impetrauit: aquā de petra sitientib⁹ fudit?
Joan. ix. Quis nisi Iesu naue populo trāsituro Iordanis fluēta
Exo. vij. diuisit: ⁊ currentē solē emissa ad dñm orone frenauit ⁊ fi-
exo. xiiij. xit? Quis pter Samsonē ppter suā sitim maxilla mortui
Exo. xvj. asini exudante satiatus est? Quis preter Heliam curru
exo. xvij. igneo in alta subuectus est? Quis preter Heliseuʒ quod
Iosue iiij pauloante memoraui: sepulto suo cadauere/cadauer al-
Josue. x. terius reddidit vite? Quis preter Danielē inter ora inclu-
iudic. xv. sorum secū leonū esurientiuʒ vixit innocuus? Quis pter
iiij. re. ij. tres viros Ananiā/Azariā/Misaelē/in flāmis ardētib⁹
iiij. regū ⁊ non vrentib⁹ deambulauit illesus? Preterea cetera q̄m
xiij. hec satis arbitror esse quib⁹ demonstret/⁊ alios sanctos
Dan. vj. quedā opera mirāda fecisse: que nemo alius fecit. Sed q̄
Dan. iij. tam multa vitia ⁊ malas valitudines vexationesq́ mortaliū tāta potestate sanaret: nullus oino legit antiquoꝝ. Vt em̄ taceant q̄ iubēdo sicut occurrebāt saluos singu-
Mar. j. los fecit: Marc⁹ euāgelista quodā loco ait. Vespere aūt facto cū occidisset sol: afferebāt ad eū oēs male habētes et demonia habentes; et erat ois ciuitas congregata ad ianuam: ⁊ curauit multos qui vexabantur varijs languoribus: et demonia multa eijciebat. Id autem cum cōmemorasset Mattheus: etiā testimonium ppheticum addidit/dicens. Vt adimpleret quod dictum est ꝑ Esaiā prophetam/dicentem. Mat. viij. Ipse infirmitates nostras recepit: et egrotationes portauit. Esa. liij. Item in alio loco dicit Marcus. Mar. vj. Et quodcūq́ introibat in vicos/vel in villas/aut in ciuitates: in plateis ponebant infirmos: ⁊ deprecabantur eū vt vel simbriā vestimēti eius tangerent: ⁊ quotquot tangebant eū/salui fiebant. Hec nemo alius fecit in eis. Si em̄ intelligendū est quod ait in eis: nō inter eos vel corā eis prorsus in eis/q: sanauit eos. Hec quippe intelligi voluit: que non solū facerent admirationem/verūetiā manifestā conferrēt salutē: pro quibus bn̄ficijs vtiq́ amorē/nō odiū retribuere debuerūt. Oia quidē ceteroꝝ miracula superat/q̄ natus est de virgine/matrisq́ integritatē Miraculū Jesu maximū solus potuit nec cōcept⁹ violare nec nat⁹: sed hoc nec corā eis factū est nec in eis. Ad cognoscendā quippe huius miraculi veritatē: nec cōmuni cū eis aspectu/sed discreto ab eis discipulatu apostoli puenerūt. Iā vero illud quod die tertia ī carne in qua occisus fuerat/de sepulcro se reddidit viuū: ⁊ nūq̄ deinde moritur⁹ cū illa ascendit in celū superat etiā cūcta q̄ fecit. Sed neq́ hoc factum est in Iudeis neq́ corā eis ⁊ nondū hoc fecerat q̄n dicebat: si opa nō fecissem in eis q̄ nemo alius fecit. Nimirū ḡ sunt illa q̄ in eorū valitudinib⁹ tāta miracula salutis ostēdit: quāta in illis autea nemo donauit. Hec em̄ viderunt: et hoc eis exprobrans adiungit ⁊ dixit.

Tex. ¶ Nūc autē ⁊ viderūt ⁊ oderunt ⁊ me ⁊ patrē meū. Sed vt impleatur sermo qui in lege eorum script⁹ est: q: odio habuerūt me gratis. Eorū legem dicit non ab ipsis inuentā/sed ipsis datam: sicut dicimus. Mat. vj. Panem nostrū quotidianū: queʒ tamen a deo petimus/addendo/da nobis. Gratis autēʒ odit q̄ nullum ex odio cōmodū querit nec incōmodum fugit. Sic oderūt deum impij: sic diligunt iusti. Hoc est gratis: vt alia p̄ter illū non expectent bona: q̄m ipse erit in oibus oia: quisq̄s vero altius attēderit christū dicentē: si opa non fecissem in eis q̄ nemo alius fecit: sed hec ⁊ si pater aut spiritussanctus fecit/nemo ali⁹ fecit: q: totius trinitatis vna est substantia inuenier ipsum fecisse/si q̄n quispiā homo dei tale aliquid fecit. Potest quippe ipse cuncta ꝑ seipsum: nemo autē pōt aliq̄d sine ipso. Christus nāq́ cū patre ⁊ spūsancto nō tres dij: sed vnus deus: de quo scriptū est. Benedictus dñs deus Israel/qui facit mirabilia solus. Nemo ḡ ali⁹ fecit q̄cūq́ in eis opa fecit: q̄m q̄sq̄s ali⁹ hō aliq̄d eorum fecit/ipo faciente fecit: hec aūt ipe nō illis faciētib⁹ fecit.

¶ De apostolis. Joannis. XV.

¶ In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Hoc est preceptū meum vt diligatis inuicē: sicut dilexi vos. Et reliq. Homilia btī Gregorij pape.

Cum cuncta sacra eloquia dñicis plena sint preceptis: q̄d est quod de dilectione quasi de singulari mādato dñs dicit.

Tex. ¶ Hoc est p̄ceptū meū vt diligatis inuicē: nisi quia omne mandatū ex sola dilectione est: ⁊ oia p̄cepta vnum sunt? Quia q̄cq̄d p̄cipit: in sola charitate solidat. Vt em̄ multi arboris rami ex vna radice pdeūt: sic multe v̄tutes ex vna charitate generant. Nec hʒ aliq̄d viriditatis ram⁹ boni opis/si non manet in radice charitatis. Precepta ḡ dñica: ⁊ multa sunt ⁊ vnū. Multa ꝑ diuersitatē opis: vnū in radice dilectiōis. Qualiter aūt ista dilectio tenēda sit ipse insinuat: q̄ in plerisq́ scripture sue sentērijs ⁊ amicos iubet diligi in se/⁊ inimicos ppter se. Ille enim veraciter charitatē hʒ/q̄ ⁊ amicū diligit in deo: ⁊ inimicū diligit propter deū. Precepta dñi multa et vnum. Nam sunt nōnulli qui diligūt pximos sed per affectū cognatiōis ⁊ carnis: q̄b⁹ tn̄ in hac dilectiōe sacra eloq̄a nō contradicūt. Sed aliud est qd̄ sponte impendit

naturę:aliud qd preceptis dñicis ex charitate debet obe
dientie. Hi nimirũ et proximũ diligũt: et tñ illa sublimia di
lectionis pmia nõ assequunt: q amorẽ suum nõ spiritua
liter/sed carnaliter impendũt. Proinde cũ dñs diceret: Hoc
est pceptũ meũ/vt diligatis inuicẽ: protin' addidit/sicut
dilexi vos. Ac si aperte dicat. Ad hoc amate/ad qd ama
ui vos. Qua in re fratres charissimi solerter intuẽdum
est/q antiquus hostis dũ mentes nr̃as ad rerũ tpaliũ di
lectionẽ trahit/infirmiorẽ contra nos proximũ excitat: qui
ea ipsa que diligim' auferre moliat. Nec curat antiquus
hostis hec faciẽs vt terrena tollat: sed vt charitatẽ in no
bis feriat. Nã in odio repente exardescim': et dũ foris in
uicti esse cupimus/intus grauiter ferimur. Dũ parua fo
ris defendim'/intus amittim' maxima: q dũ rẽ diligim'
tẽporalẽ/verã amittim' dilectionẽ. Ois quippe q nostra
tollit inimic' est. Sed si odio ceperim' habere inimicum
intus est qd perdim'. Cũ g̃ aliqd exterius a proximo pati
mur: contra occultũ raptorẽ interius vigilem': qui nũq̃
melius vincit/nisi cũ raptor exteri' amatur. Una quippe
Probatio summe charitatis. et summa est pbatio charitatis: si et ipse diligit qui aduer
satur. Hinc est q ipsa veritas et crucis patibulũ sustinet: et
tamen ipsis suis psecutorib' affectũ dilectionis impẽdit/
dicens. Pater ignosce illis: q nesciũt quid faciũt. Quid
g̃ mirũ si inimicos diligãt discipuli dũ viuunt: qñ et tũc ini
micos diligit magister cũ occidit? Cui' dilectiõis summã
Tex. exprimit cũ subiũgit. Maiorẽ hac dilectione nemo hz
q̃ vt aiam suam ponat qs pro amicis suis. Mori etiã pro
inimicis dñs venerat: et tñ positurũ se aiam pro amicis di
cebat: vt pfecto nobis ostenderet: q dum diligẽdo lucrũ
de inimicis facere possumus/etiã ipsi amici sunt q perse
quũtur. Sed ecce nos vsq ad mortẽ nemo psequit. Un g̃
pbare possum'/an diligim' amicos? Sed est qd in pace
sancte ecclesie fieri debeat vnde clarescat: si persecutionis
tpe mori p dilectiõe valeam'. Certe isdem Joãnes dicit.
I. Joã. iij Qui habuerit substantiã mũdi huius et viderit proximum
suũ necessitatẽ patientẽ: et clauserit viscera sua ab eo: quõ
charitas dei manet in eo? Hinc etiã Joãnes baptista ait.
Luce. iij Qui habet duas tunicas/det nõ habẽti. Qui g̃ tranqlli
tatis tpe non dat p deo tunicã suã: qñ in psecutionis tpe
daturus est aiam suã? Uirtus ergo charitatis vt inuicta
sit in perturbatione/nutriatur per miam in tranquilli
tate: quatenus oipotenti deo primũ discat sua impẽdere/
Tex. postea se. Seqt. ¶ Uos amici mei estis. O quãta est mia
conditoris nostri. Serui digni non fuimus/et amici voca
mur. Quanta est dignitas hoim/esse amicos dei. Sz au
Tex. distis gloriã dignitatis: audite et laborẽ certaminis. ¶ Si
feceritis q ego precipio vobis. Amici mei estis/si ego que
pcipio facitis. Ac si aperte dicat. Gaudetis de culmine/
pensate quibus laboribus peruenit ad culmen. Certe dũ
filij Zebedei interueniente matre quererent/vt vnus
a dextris dei: et alius a sinistris sedere debuissent/audie
runt. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?
Mat. xx Jam locum celsitudinis querebant: ad viam illos veri
tatis reuocat/per quam ad celsitudinem venirent. Ac si
Doctria moralis. dicatur. Jam vos delectat locus celsitudinis: sed prius
via exerceat laboris. Per calicẽ pertingitur ad maiestatẽ
Si mens vestra appetit qd demulcet: prius bibite qd do
let. Sic sic per amarũ poculũ cõfectionis puenit ad gau
diũ salutis. ¶ Jam non dicam vos seruos: q seru' nescit
Tex. quid faciat dñs eius. Uos autẽ dixi amicos meos: q oia
que audiui a prẽ meo/nota feci vobis. Que sunt oia que
audiuit a patre suo: q nota fieri voluit seruis suis/vt eos
efficeret amicos suos nisi gaudia interne charitatis/nisi
illa festa superne patrie: queq nr̃is quotidie mentibus p
aspirationẽ sui amoris imprimit? Dũ em̃ audita supercele
stia amamus/amata iam nouimus: q amor ipse notitia
est. Oia ergo eis nota fecerat: quia a terrenis desiderijs
immutati/amoris summi facib' ardebant. Istos ṽo ami
cos dei aspexerat propheta cũ dicebat. Mihi autẽ nimis
honorificati sunt amici tui de'. Amicus em̃ quasi animi
custos vocatur. Quia igitur psalmista prospexit electos
dei a mũdi huius amore separatos/custodire in mãdatis
celestibus voluntatẽ dei: miratus est amicos dei/dicens.
Mihi autez nimis honorati sunt amici tui deus. Et tãq̃
si ab eo proximus causas honoris tanti nobis insinuari qre
remus/ilico adiunxit. Nimis cõfortat' est principat' eoz
Ecce electi dei carnẽ domãt: spiritum roborant/demoni
bus imperãt/virtutibus coruscant/presentia despiciunt
eternã patriam cũ voce et moribus predicant/etiam iam
moriendo diligunt: atq ad illã per tormẽta pertingunt.
Occidi possunt/et flecti nequeunt. Nimis ergo confortat
us est principatus eoz. In ista ipsa passione qua cecide
runt in morte carnis/vide quantũ fuerit culmen mentis. Dei testes innumeri.
Unde hoc: nisi q cõfortatus est principatus eorum. Sed
sic magni forsitan pauci sunt: subiũxit. Dinumerabo eos:
et super arenã multiplicabuntur. Per totum mundũ fra
tres aspicite martyribus plenus est. Jã fere tot qui videa
mus non sumus: quot veritatis testes habeam'. Deo er
go numerabiles: nobis super arenaz multiplicati sunt: q̃
quanti sint a nobis cõprehendi nõ possunt. Sed qsquis
ad hanc peruenit dignitatẽ vt amicus vocetur dei/sese in
se conspiciat: dona autem que percepit super se: nihil suis
meritis tribuat: ne ad inimicitias erumpat. Un et subdit
¶ Non vos me elegistis: sed ego elegi vos: et posui vos Tex.
vt eatis et fructum afferatis. Posui ad gratiam: plãtaui
vt eas volendo: fructũ afferatis operando. Eatis em̃ vo
lendo dixi: quia velle aliquid facere: mente ire est. Qua
lem vero fructum afferre debeant subditur. ¶ Et fruct' Tex.
vester maneat. Omne quod fm presens seculũ laboram'
vix vsq ad mortẽ sufficit. Mors nãq interueniẽs: fructũ
nostri laboris abscidit. Quod vero pro vita eterna agit:
etiã post mortẽ seruat: et tũc apparere incipit: cum laboz
carnaliũ fructus ceperit non videri. Ibi ergo illa retribu
tio inchoat: vbi ista terminat. Quisquis igitur iam eter
na cognouit: apud eius animũ iã temporales fructus vi
lescant. Tales fructus operemur: qui maneant: tales fru
ctus operemur: qui cũ mors cũcta interemit: ipsi exordiũ
a morte sumant. Nam q a morte incipiant fructus dei te
statur propheta q ait. Cũ dederit dilectis suis somnũ/hec
est hereditas dñi. Omnis qui dormit in morte/perdit he
reditatem. Sed cũ dederit dilectis suis somnũ: hec est he
reditas dñi: quia electi dei postq̃ peruenerint ad mortez
tunc inuenient hereditatem. Sequitur. ¶ Ut quodcũq Tex.
petieritis patrẽ meũ in nomine meo det vobis. Ecce hic di
cit: quodcũq petieritis patrẽ meũ in nomine meo dabit
vobis. Rursum alibi per eundem euangelistam dicit. Si Joã. xvj.
quicq̃ petieritis patrem in nomine meo dabit vobis: vsq
modo nõ petistis quicq̃ in nomine meo. Si omne qd pe
timus in noie filij dat nobis pater: quid est qd Paul' ter
dñm rogauit/et exaudiri nõ meruit/sed dictũ est illi. Suf
ficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate pficit. Nũ ij. Co. xij
quid ille tam egregius predicator/in filij noie non petijt?
Quare aũt non accepit qd petijt? Quomodo ergo verũ
est: quia quicqd petierim' patrẽ in nomie filij/dat nobis
pater: si auferri a se angelũ sathane petijt apostol' in no In noie Jesu q modo petitur.
mine filij: et tamen qd petijt non accepit. Sed quia nomẽ
filij Jesus est: Jesus autẽ saluator/vel etiã salutaris dicit.
Ille ergo in noie saluatoris petit: qui illud petit qd ad ve
ram salutẽ pertinet. Nam si id qd non expedit petitur nõ
in nomine Jesu petit pater. Un et eisdẽ aplis adhuc infir
mantibus dñs dicit. Usq modo nõ petistis quicq̃ in no Joã. xvj.
mine meo. Ac si aperte dicat. Nõ petistis in noie saluato
ris: q nescitis qrere eternã salutez. Hinc est q et Paulus
nõ exauditur: q si liberaret a tentatione/ei non pdesset
ad salutẽ. Ecce videmus fratres charissimi: q multi ad so
lẽnitatem martyris conuenistis/genua flectitis/pectus
tũditis: voces orõnis ac cõfessiõis emittitis: faciẽ lachry
mis rigatis. Sed pensate queso petitiones vr̃as: videte si
i noie Jesu petitis. i. si gaudia salutis eterne postulatis. In
domo ei Jesu Jesũ nõ qritis: si i eternitatis tẽplo importune

pro temporalibus exoratis. Ecce alius in oratione querit
vxorẽ: alius petit villã: ali' postulat vestẽ: ali' dari sibi de
precat alimentũ. Et quidẽ dũ hec desunt/ab oipotẽti deo
perenda sunt. Sed meminisse cõtinue debem': qd ex mã
Mat. vj dato eiusdẽ redẽptoris nr̃i accepim'. Primũ qrite regnũ
dei et iustitiã eius: et hec oia adijcientur vobis: et hec itaq
ab Jesu petere nõ est errare/si nõ nimie petat. Sz adhuc
qd est grauius: alius postulat mortẽ inimici/eũq quẽ gla
dio nõ põt psequi/psequit oratione. Et viuit adhuc q ma
ledicit: et tñ is q maledicit: iã de morte illi' reus tenetur.
Jubet autẽ de' vt diligat inimic': et tñ rogat de' vt occi
dat inimicũ. Quisqs itaq sic orat in ipsis suis pcib' con
tra cõditorẽ pugnat. Un et sub Jude specie d. Fiat orõ ei'
in peccatũ. Oratio quippe in pctm̃/est illa petere q phi
Mar. xj. bet ipse q petitur. Hinc veritas dicit. Cũ statis ad orandũ
remittite si qd haberis in cordib' vestris. Quã virtutẽ re
missionis aperti' ostendim': si vnũ testimoniũ veteris te
stamẽti proferam'. Certe cũ Judea cõditoris sui iustitiã
culpis exigentib' offendisset/pphetã suũ ab oratiõe dñs
Hie. vij. phibet dicẽs. Nõ assumas laudẽ et orõnẽ p eis. Si Moy
Hier. xv. ses et Samuel steterint corã me: nõ est aia mea ad populũ
istũ. Quid est qd intermissis/relictisq tot patribus: soli
Moyses et Samuel in mediũ deducunt: quoz mira ob
tinendi virtus ostendit/dũ nec ipsi intercedere posse dicũ
tur. Ac si aperte dicat. Nec illos p eis audio quos ppter
magnũ petitionis meritũ minime contẽno. Quid g̃ est
q Moyses et Samuel ceteris patrib' in postulatiõe pfe
rũtur: nisi q duo hi tãtũmodo in cũcta testamẽti veteris
serie/etiã pro inimicis suis legunt exorasse? Un' a popu
lo lapidib' impetit: et tñ p lapidatoribus suis deprecatur
I. Re. xij. Alter ex principatu deijcit: et tñ petitus vt exoraret fatet
dicẽs. Absit a me hoc peccatũ in dño: quo cessem orare p
vobis. Si Moyses et Samuel steterint coram me: nõ est
aia mea ad populũ istũ. Ac si aperte dicat. Nec illos mõ p
amicis audio/qs magne virtutis merito orare etiã p ini
micis scio. Uirt' g̃ vere orõnis est celsitudo charitatis. Et
tunc qsq qd recte petit adipiscit: cũ ei' anim' in petitiõe
nec inimici odio fuscat. Sed plerũq reluctantez animũ
De' mẽtẽ iudicat. vincimus: et si iã p inimicis oram'. Effundit p aduersa
rijs precẽ/sed vtinã cor teneat amorẽ. Nã sepe et orationẽ
pro inimicis nr̃is impẽdimus/sed hãc ex pceptione poti'
fundim' q̃ ex charitate. Nã et vitã inimicoz perim' et ta
men ne exaudiamur timem'. Sed q intern' iudex mẽtẽ
poti' q̃ verba cõsiderat: p inimico nil postulat/qui p eo
ex charitate nõ orat. Sed certe in nobis inimic' grauiter
deliquit/dãna intulit/iuuantes lesit/amantes psecut' est
Retinẽda hec essent/si remittẽda nobis delicta nõ essent
Aduocat' etem̃ noster precẽ nobis in causa nr̃a cõposuit
et ipse eiusdẽ cause iudex est q aduocat'. Precij autẽ quã
Mat. vj cõposuit/cõditionẽ inseruit dicẽs. Dimitte nobis debita
nr̃a: sicut et nos dimittimus debitorib' nr̃is. Quia g̃ ipse
iudex venit q aduocatus extitit: ipse precẽ exaudit q fecit
Aut ergo nõ faciẽtes dicim': dimitte nobis debita nostra
sicut et nos dimittim' debitorib' nr̃is: et nosmetipsos hoc
dicendo ampli' ligam': aut fortasse hãc cõditionẽ in ora
tione intermittim': et aduocat' nr̃ precẽ quã cõposuit nõ
recognoscit: atq apud se protinus dicit. Scio qd monui:
nõ est ipsa orõ quã feci. Quid g̃ nobis agendũ est fratres
nisi vt ṽe charitatis affectũ impẽdam' fratrib'? Nulla in
corde malitia remaneat. Cõsideret oipotẽs de' erga pri
Luce. vj mũ charitatẽ nostrã: vt nr̃is iniqtatib' impendat pietatẽ
suam. Memẽtote q monemur. Dimittite et dimittet vo
bis. Ecce et debet nobis et debem': dimittam' g̃ qd debe
betur nobis/vt dimittat qd debet a nobis. Sed ad hec
mẽs retinet: et vult implere qd audit et reluctat. Ad mar
tyris tumbã cõsistim': qui ad celeste regnũ ex qua morte
puenerit scim'. Nos si p christo corpus nõ ponim' saltem
animũ vincam'. Placatur de' isto sacrificio: approbat in
iudicio pietatis sue victoriaz pacis nostre. Certamen em̃
cordis nostri respicit: et qui post vincẽtes remunerat/nũc
decertantes iuuat/Jesus christus dñs noster: qui viuit et
regnat deus in secula seculorum. Amen.

¶ In natali vnius martyris. Sermo.

Uia beati martyris natalis hodie illuxit dies: quẽ vobiscũ fratres
charissimi nos voluit dñs celebrare: aliquid do
nãte illo de martyrum gloria et patiẽtia disseramus. Glo
ria quidẽ mundana ab his contẽpta est: et ideo patientia
probata est. Nam gloria eorũ abscondita latebat in celis
q patiẽtia eoz exercebat in terris. Qui nõ exhorret eoz
patientiã: peruenit ad gloriã. Miseria putatur pati dura
et aspera in carne: q reuera molestũ est. Nisi esset oibus
molestũ/non esset martyribus gloriosum. Multis ergo
lasciuis et auaris martyres sancti insanire visi sunt: quãdo
pro christi noie tanta patiebant. Etem̃ vt cũ negarent vi Constãtia martyrum.
gebant. Alij ergo virgis et flagellis diutissime sunt verbe
rati: alij fustibus et plũbatis cesi: alij membris laniati: alij
gladio occisi: alij excoriati: pice plũboq liquato perfusi:
alij ardore prunarũ excruciati: et alij flammis exusti: alij
quidez in mare mersi: alij bestijs deputati: alij carcerum
sunt horrore et fame necati. Quot em̃ genera penaruz et
mortiũ hostis excogitare poterat/tot martyrib' sine vlla
miseratione infligebat. Sed ipsi licet in aperto horrida
paterentur: in occulta tamẽ ineffabiliter coronabantur.
Multi qdẽ gloriã terrenã qsierũt: multi viri fortes p pa
tria sanguinẽ fundendũ esse duxerunt: nec fundere dubi
tauerunt/quo gloriã post mortem etiam apud posteros
haberent: sed que illorũ gloria martyrib' cõparat? Quid
potuit inuenire iperator qd potuit inuenire piscator? Im
peratorũ consulũ et virorum fortiũ qui orbẽ armis domue
runt et subiugauerunt/sepulcra sunt Rome. Ad cuius se
pulcrũ intrare dignat' est imperator? Et tamen diadema
te deposito/ad sepulcrum suum orantem suscepit cum pi
scator. Ecce si terrena gloria fuerat concupiscenda marty
ribus: nec ipsi fraudati sunt qui honorẽ tantũ inter ange
los quesierũt. Uidem' eorũ glorias in terris/et stupem'.
Quid pateremur si i celis viderem'? Quãt' nos stupor
admiratiõis apprehẽderet/si videremus martyres inter
angelos gloriãtes: quorum natalitia videmus populos
celebrantes? Sed nos volumus gaudere cum sanctis et
tribulationem mũdi noluimus sustinere cum illis. Qui
enim sanctos martyres/vel inquantuz potuerit noluerit
imitari: ad eorum beatitudinẽ nõ poterit peruenire. Sic
et apostolus predicat dicẽs. Si fuerim' socij passionũ: eri ij. Cor. i.
mus et consolationuz. Et dñs in euangelio. Si mundus Jo. xv.
inquit vos odit: scitote q me priorem odio habuit. Recu
sat esse in corpore qui odiũ mundi nõ vult sustinere cũ ca
pite. Sed dicit aliquis. Et qs est qui possit beatoz marty Monitio ad spirituale martyrium.
rum vestigia sequi? Huic g̃ respondeo: q non solũ marty
res/sed etiam ipm dñm cũ ipsius adiutorio si volum' pos
sumus imitari. Audi nõ me/sed ipsuz dñm generi huma
no clamantẽ et dicentẽ. Discite a me q mitis sum et humi
lis corde. Audi et beatũ Petrũ apostolũ admonẽtẽ. Chri
stus inquit pro nobis passus est: relinquens vobis exem I. Pe. ij.
plũ/vt sequamini vestigia eius. Similiter Paul' aposto Eph. v.
lus clamat. Imitatores dei estote sicut filij charissimi.
Quid ad hec respõdebim' fratres/vel quã excusationez
habere peterim'? Si tibi aliquis dicat: virtutes quas fe
cit dñs debeas imitari/iusta põt esse excusatio tua: q vir
tutes et mirabilia facere nõ oibus datum est/sed custodi
re mãdata dei oib' nobis pceptũ est. Nã et ipse dominus
noster Jesus christ' non dixit. Discite a me mortuos susci
tare/sup aqs siccis pedib' ambulare. Sz qd ait? Q mitis
sum et hũilis corde. Et iterũ. Diligite inimicos vr̃os: bñfa Mat. v
cite his q oderũt vos: vt sitis filij pr̃is vestri q in celis est:
q solẽ suũ oriri facit sup bonos et malos. Et lz sint alia mul
ta bona remedia qb' deum debeamus et beatos marty
res imitari: ista tñ duo pcipua sũt. i. vt mites sim' et hũiles

corde: ⁊ inimicos nr̄os toto corde ⁊ totis virib⁹ diligam⁹. De diligendis inimicis fratres charissimi/nullus vnq̄ in ꝟitate se poterit excusare. Pōt mihi aliq̄s dicere: nō possum ieiunare: non possum res meas oēs pauperibus dare ⁊ ecclesijs. Nūquid potest dicere: non possum diligere? Sed dicit aliq̄s. Tanta mala inimicus me⁹ mihi fecit: et eū nulla ratione possum diligere. Attēdis quid fecerit tibi homo: ⁊ non attendis q̄d tu feceris deo. Si cōscientiā tuā diligenter discutis ⁊ inquiris: sine vlla cōpensatione maiora peccata cōmittis in deū/q̄ in te cōmiserit homo.

Conscientie discussio.

Et quia forte vis vt tibi deus dignetur dimittere multū: cur tu nō acquiescis dimittere paruum? Vos autē fratres quia quotidie dicitis deo in oratione: dimitte nobis debita nostra: sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nr̄is. Dimitte ⁊ dimittētur vobis. Ipsa enim veritas clamat terribiliter ⁊ dicit. Si vos non dimiseritis hoībus peccata eorum nec pater vester celestis dimittet vobis peccata vr̄a.

Mat. vj

Imitemur ergo sanctos martyres in fide/in hūilitate/in mansuetudine/in patientia/in longanimitate/in dilectione ⁊ sic poterimus ipsos martyres apud dominum habere intercessores: ita vt peccata nostra deleantur/⁊ premia nobis eterna conferantur: prestante dn̄o nostro qui viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ De vno martyre. Matthei. X.

¶ In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporū. Et reliq̄. Homilia beati Ioannis Chrysostomi.

Peragrarunt a domino missi apostoli orbem terrarum: ⁊ infirmū eū inuenientes/ad sanitatē reduxerūt: ⁊ in tribulatione ⁊ in ruina positū/ad stabilitatē reuocauerunt Non scuta mouētes: non arcus tēdentes: nō sagittas mittentes: nō pecuniā largientes: non eloquētia confidētes sed erāt nudi quidē seculo/sed induti christo. Pauperes sed diuites: pecunia indigentes/sed regnū celorū possidētes.

mat. viij.

Non humana solatia/habentes aūt dn̄m suum. Ego inquit vobiscū sum oībus dieb⁹ vsq̄ ad cōsummationem seculi. Peragrarunt vniuersum orbē terrarū/oues simul cum lupis. Quis vidit? Quis audiuit? Dicit. Mittā vos vt oues in medio luporum? Quis vnq̄ pastor oues mittit in medio luporū: sed magis si viderit lupos cōgregat oues? At vero christus cōtraria fecit. Oues ad lupos direxit: ⁊ vulnerate a bestijs nō sunt/sꝫ magis lupi ad ouiū mansuetudinem sunt cōuersi. Et vt ne dicerent illi: oues sumus ⁊ mittis nos in escā luporū/timorem illorum vno sermone abstulit. Non dixit item: nec enī eorum virtute mittebar eos/sed ecce ego mitto vos. Infirmi quidem vos: sed qui mittit potens est. Quis es tu? Ego sum qui celuꝫ extēdi: qui terrā fundaui: qui mare infrenaui: qui mortē dissolui: qui chirographū quod contra vos erat cruci affixi: qui veterem legē immutaui: qui vos ad pristinam patriam reuocaui: qui fortia dissoluo/⁊ dissoluta conforto.

Virt⁹ diuina cōmēdat.

Tex.

Quid mari forti⁹? Sed parua arena/intolerabileꝫ illius impetum retūdit ⁊ continet. ¶ Ecce (inquit) ego mitto vos qui mortis ⁊ vite habeo potestatē q̄ de celo descēdi. Ecce ego mitto vos quasi oues in medio luporū. Tanq̄ murus quidē bestie fiebā ouib⁹: vt nec fuga cōseruarent salutē circūuallati vndiq̄. O virt⁹ mittentis in medio luporū oues. In circūitu lupi: ⁊ mutati sunt lupi/⁊ facti sūt oues. Nec enim natura/sed volūtate lupi erāt. Ecce ego mitto vos.

Tex.

Quid ḡ nobis p̄cipis? ¶ Estote prudentes sicut serpētes: ⁊ simplices vt colūbe. Cauete autē ab hoīb⁹ tradēt enī vos in cōcilijs ⁊c. Serpēs etsi milies vulneret: caput aūt suū saluet/tot⁹ est san⁹. Sic ⁊ tu si pecuniā aduersari⁹ tollere vult libēs cede. Et si oēs facultates auferre conat dimitte. Et si ipsum tpale vitā tuā extorqueri cupit/ne resistas. Tm̄modo fidei tue simplicitatem custodi Illa illesa manēte/vniuersa ingruētia mala facillima erūt

Nudus exijsti de vētre matris tue: nudus ⁊ ibis. Sꝫ forsitan in exiliū mitteris. Tu dicito. Dn̄i est terra ⁊ plenitudo eius.

Ps. xxiij

Sed forsitā mors occupabit. Nō est timēda/q̄r trāsitus est. Tm̄modo fidē serua: thesaurū indeficiētem/diuitias sempiternas. Horuꝫ que dico/beati martyres testes sunt: qui fidem nō perdiderūt: ⁊ post excessum de corpore fortiores sunt viuis. Propterea (inquit) hō factus: propterea carnē indui/vt orbē vniuersum saluarē. Multum enī deo chara est ecclesia: nō muris circūdata/sed fide circūsepta: propter eccl'iam nāq̄ extensum est celū: diffusum est mare: distent⁹ est aer: terra fundata est: paradisus plātatus: ⁊ mirabilia multa facta sunt. Pelag⁹ scindebatur ⁊ iterū consuebat. Petra findebat: ⁊ iteruꝫ iungebatur. Manna pluebat de celo: ⁊ tāq̄ pruinosa apponebat mēsa. Propter ecclesiā pphete/pp̄ter eccl'iam apl'i. Et quid plura dicam? Propter ecclesiā vnigenit⁹ fili⁹ dei homo factus est/sicut dicit Paul⁹. Qui pprio filio suo nō pepercit/vt ecclesie mederet.

Ro. viij.

Sanguinē filij fudit pp̄ter ecclesiā. Hic sanguis irrigat ecclesiā. Et plātaria ei⁹ marcescere nō possunt: nec amittūt folia arbusta ei⁹. Non subiacet necessitati tēporis: nec est cōditioni obnoxia: vt per estatem coma foliorū tegatur: hyeme autē amittat. Nō tenet temporū qualitate/sed sanctispūs eā gubernat gratia. Et ideo nō senescit/nec cōtrahitur ⁊ multis ipugnationibus nō opprimit. Quanti enī ab initio impugnauerunt ecclesiam/cū fidei semina iacerent: ⁊ arma cōtra eam cōmota sunt? Sed quanto impugnabat tanto clarior reddebat. Sed nunc quidē pp̄ter dei gratiā ⁊ reges ⁊ duces ⁊ milites/ac vniuersus orbis/fide repletus est. Nā in principio ⁊ (vt ita dicam) in cunabulis ecclesie/reges fuere impij: duces insani: popul⁹ seditiōi dedit⁹. Edicta iudicū vndiq̄ dabantur: are incēdebant demonib⁹: fumus ⁊ odor pestimus ipm maculabat aerē. Terra coinquinabat sanguie demōes debacchabant/diabolus dominabatur.

Ecclesie primitiue perfectio.

Pater abdicabat filiū/fili⁹ inhonorabat patrē. Natura quidem scindebatur: sꝫ pietas nō diuidebat. Vbi sunt nūc q̄ audebant ecclesie cōtraire? Quando nouella erat in nullo potuit ledi: et nūc q̄n vsq̄ ad celū peruenit/estimas eā posse superari? Et tūc quidē cū vndecim essent apostoli nullus eos superare potuit: sed pauci hoīes totū ceperūt mūdū/⁊ nunc quando terra ⁊ mare ⁊ orbis terrarū/⁊ inhabitabiles regiones/⁊ ciuitates ⁊ oēs fines terre pietate repleti sunt/putas eā te posse tenere? Sed nō poteris. Christ⁹ enī propter eam passus est: porte inferi nō preualebūt aduersus eā. Facilius celū exterminari pōt ⁊ terra perire/q̄ aliq̄d mali pati ecclesia. Quis est qui hec dicit? Ipse christus loquit. Celū ⁊ terra transibunt: verba aūt mea non preteribunt? Bene. Verbuꝫ enī dei ipso celo validius est: q̄r celū opus verbi est. Dixit quippe de⁹. Fiat celū: ⁊ verbū in opus apparuit.

Mat. xxiiij. Gen. j.

Currebat natura/nemo impediebat: q̄r nature dn̄s imperabat: q̄ facere ⁊ immutare pōt. Ego eā edificaui: q̄ celū statui. Sed pp̄ter celum non fudi sanguinē: propter celū crucifix⁹ non sum: nec pp̄ter celū celeste corp⁹ accepi. Et q̄d dicā celi? Angelorū corp⁹ nō assumpsi: vt discas q̄m celo ⁊ angelis ⁊ oī creatura/⁊ honorabilior ecclia est. Ideo celū et terra trāsibūt: verba autē mea nō preteribūt. Assit gētilis: assit iude⁹. Si hec inania sunt verba/redarguant. Si aūt veritas est q̄ dicta sunt adorēt ꝟtutē dei/dicit christus. Celū ⁊ terra trāsibūt/verba autē mea non preteribūt.

Mat. xxiiij.

Facili⁹ est celū preterire/⁊ terram denotari/q̄ verba mea excidere. Que aūt sint verba adducamus in mediū/videam⁹ ne forte interceperint. Nō dubitabūdos/sꝫ hereticos obcludo. Que ḡ sunt ꝟba? Celū ⁊ terra trāsibūt: verba aūt mea nō p̄teribunt. Qui sermones? Que ꝟba? Tu es Petr⁹ ⁊ sup hanc petrā edificabo ecclesiā meā/⁊ porte inferi nō p̄ualebūt aduersus eā.

Mat. xvj.

Super hanc petrā/nō dixit super Petrū. Nō enī sup hominē sed super fidē edificauit eccl'iam suā. Quid autem erat fides? Tu es christ⁹ fili⁹ dei viui. Petram vocauit ecclesiaꝫ suscipientē fluctus/⁊ non titubantē. Etenī ecclesia susci-

pit quodāmodo

pit quodāmodo tentationes: non tamen vincitur. Quid est supra petrā? Hoc est/super confessionem Petri/super sermones pietatis. Sed forsitan interrogabis: vtrū hec edificatio suscipiat lapides: aut ligna/aut ferruꝫ. Nō inquit. Nec enī est sensibilis edificatio. Quod si talis esset: dissolueretur tempore. Confessionē autēꝫ pietatis: neq̄ demones/neq̄ vlla creatura vincere pōt. Testātur martyres/quorum latera radebantur/sed fides non frangebatur. O noua rerum materies. Paries effoditur/⁊ thesaurus non aufertur. Caro scinditur: ⁊ fides non rūpit. Talis quippe martyrum virtus. Etenī super hanc petrā edificabo ecclesiam meā: ⁊ porte inferi non preualebunt aduersus eam. Attendite diligentius verbo. Portas inferi/pericula vocat que mortem pariūt. Quid ergo? In inferno intrauit quisq̄ quando periclitatur? Etiam. Sicut enim porte introitus ciuitatum sunt: sic pericula introitus mortis sunt. Et cur inquit: non prohibet tētationes? Vt ostendat virtutē eius. Si nemo eam impugnare posset/dicere poterant. Quoniam si impugnaret: vtiq̄ vinceretur. Propterea permitto eam impugnari: non vt imbecillitas repugnantium/sed fides victorie imputet. Et porte inferi/non dixit: nō appropiabūt ei/sed nō preualebunt aduersus eā.

Ecclesie firmitas

Quid ergo? Impugnabitur quidem: non tamen vinci poterit. Tempestates suscipit ecclesia/sed non dimergitur. Iacula in eam mittuntur/sed non perforatur. Machinamenta p̄parantur/sed turbis non eliditur. Et quid dico ecclesiam? Vnum sermonē locutus est piscator: et sicut turris immobilis perseuerat. Tu es inquit christus filius dei viui. Quāti tyrāni verbum hoc delere conati sunt/sed non potuerūt. Supra petram enim fundatum erat. Considerat tyrānos/reges/diademata/gladios acutos/bestiarum dentes mortem minātes/caminos/sartagines ferreas/manus ⁊ vincos: et omnia machinamenta parata.

Matt. xvj.

Et pharetram quideꝫ suam euacuauit diabolus/sed nihil lesit ecclesiam. Porte enim inferi non preualebunt aduersus eam. Testatur res ipsa: testatur eorum que fiunt astipulatio: quāti impugnarūt: et nemo preualuit. Et impugnatores quideꝫ/taciturnitati ⁊ obliuioni sunt dati: ecclesia aūt quotidie virtutibus augmētatur. Vbi nunc Claudi⁹? Vbi Nero? Vbi Tyberius? Nomina sunt nuda: eorū aūt nemo/nec vlla eorum mētio. Et quia ecclesiam impugnarūt/ideo et memoriā perdiderunt. Ecclesia autē clarior resplēdet. Vbicūq̄ ieris ad Indos/ad Mauros/ad Britānos/ad Hispanos: vsq̄ ad vltimos terrarū fines iuenies.

Ioan. j.

In principio erat verbū: et verbum erat apud deū/⁊ deus erat verbum: ⁊ vniuersa religione plena. Ante hoc enim vniuersa erant impietate repleta. Nūc aūt nō solū ciuitates religione florent et fide christi/sed etiam eremus in noīe dn̄i gloriatur.

Mar. vj

Antea nāq̄ ⁊ regine in conuiuijs virorum exaltabant: sicut filiam Herodiadis fecisse legim⁹: nūc vero vix famula dignatur hoc facere.

Prophani rit⁹ antiquorū.

Antiquitus gētis Persarum filij parētibus sociabantur connubio: ⁊ soror fratri iungebatur impune: nunc vero virginitatem appetunt. Ante hoc autē erat quedam gens: que humanis vescebatur carnibus: nunc ieiunijs reficiunt animā suā. Massagete ⁊ Derbices miseros putant: qui egrotatiōe moriantur. Et parentes/cognatos/propinquos: cum ad senectutem venerint/iugulatos deuorāt/rectius esse dicentes/vt a se potius q̄ a vermibus consumantur. Nunc vero post passionem christi et resurrectionē eius abstinētie ⁊ castitati deuote militāt christo: ⁊ prope omnes gētes parate sunt pro noīe dn̄i fundere sanguinē suū. Ante hoc impij et persecutores erant reges/nūc ꝟo ad celum proferunt pietatem: ⁊ ingredientes limina ecclesie deponunt coronā: ⁊ crucē christi in suis depingunt frontibus. Foris arma: hic mysteria. Foris scuta: hic sacramentoruꝫ celebratio. Theodosij filius et pater Theodosij/religione ac pietate insignes. Ideoq̄ p his oībus gratias agamus dn̄o: per christum Iesum dn̄m nostrū: cui est gloria et potestas ⁊ spūiscto p immortalia secula seculorū. Amē.

¶ De vno martyre. Luce. XIIII.

¶ In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Si quis venit ad me: et non odit patrem suum: ⁊ matrem et vxorem: et filios: et fratres et sorores: adhuc autem ⁊ animam suam: non potest meus esse discipulus. Et reliqua. Homilia beati Gregorij pape.

Si consideremus fratres charissimi: q̄ ⁊ quāta sunt quē nobis pmittūtur in celis/vilescūt animo oīa que habētur in terris. Terrena nāq̄ substātia/supne felicitati cōparata: pondus est/non subsidiū. Temporalis vita eterne vite cōparata: mors est potius dicenda q̄ vita. Ipse enim quotidianus defect⁹ corruptionis/quid aliud est q̄ q̄dā prolixitas mortis? Que aūt lingua dicere: vel q̄s intellectus capere sufficit/illa superne ciuitatis quāta sint gaudia angelorū choris interesse: cū beatissimis spiritib⁹ glorie conditoris assistere: p̄sentēꝫ dei vultū cernere: incircūscriptum lumen videre: nullo mortis metu affici: incorruptionis perpetue munere letari?

Gaudiū patrie.

Sed ad hec audita inardescit animus: iāq̄ illic cupit assistere/vbi se sperat sine fine gaudere. Sed ad magna p̄mia peruenire nō pōt nisi per magnos labores. Vnde et Paulus egregi⁹ predicator dicit. Nemo coronabit nisi qui legitime certauerit.

ij. Ti. ij.

Delectet ergo mētē magnitudo p̄miorū/sed nō deterreat certamē laborum. Vnde ad se venientibus veritas dicit.

Tex.

¶ Si q̄s venit ad me/⁊ nō odit patrē suū ⁊ matrē/⁊ vxorem ⁊ filios/⁊ fratres et sorores: adhuc aūt ⁊ aīam suam non potest meus esse discipulus. Sed percunctari libet: quomodo parētes et carnaliter propinquos precipimur odisse: qui iubemur ⁊ inimicos diligere. Et certe de vxore veritas dicit. Q̄d deus coniunxit/homo non separet. Et Paulus ait. Viri diligite vxores vestras: sicut et christum ecclesia.

Matt. xix. Ephe. v.

Ecce discipulus vxorē diligendam p̄dicat/cum magister dicat. Qui vxorē non odit: non potest me⁹ esse discipulus. Nūquid aliud iudex nūtiat: aliud preco clamat? An simul ⁊ odisse possumus et diligere? Sed si vim precepti perpendimus/vtrūq̄ agere per discretionem valemus: vt eos q̄ nobis carnis cognatione coniūcti sunt: et quos proximos nouimus/diligamus: ⁊ quos aduersarios in via dei patimur/odiendo et fugiendo nesciamus. Quasi enim per odiū diligitur: q̄ carnaliter sapiēs/dū praua nobis ingerit nō auditur. Vt aūt dn̄s demonstraret hoc erga proximos odium: non affectiōe procedere/sed de charitate: addit protinus dicens. Adhuc autem et animam suam. Odisse itaq̄ precipimur proximos: odisse et animā nostraꝫ. Cōstat ergo quia amādo debet odisse proximū: qui sic eum odit sicut semetipsum.

Amor proximi qualis.

Tūc enī bene nostrā animā odim⁹: cum eius carnalibus desiderijs non acquiescimus: cū eius appetitū frāgim⁹/eius voluptatib⁹ reluctamur. Que ergo contēpta ad meli⁹ ducitur/quasi per odium amatur. Sic sic nimirū exhibere proximis nostris odij discretionē debemus: vt in eis diligamus q̄d sunt/⁊ habeam⁹ odio q̄ in dei nobis itinere obsistūt. Certe dū Paul⁹ Hierosolymā pgeret/pphetha Agabus zonā illi⁹ apprehēdit/suisq̄ pedib⁹ alligauit dicēs. Virū cuius hec zona est: sic alligabūt Iudei in Hierusalē.

Act. xxi. Act. xx.

Sed is qui aīam suā pfecte oderat dicebat. Ego non solū alligari/sed ⁊ mori in Hierusalē paratus sum p noīe dn̄i Iesu: nec facio animā meā p̄ciosiorē q̄ me. Ecce quō amādo aīam suā oderat: imo odiēs amabat: quā cupiebat p Iesu noīe mori tradere: vt hāc ad vitā de peccati morte suscitaret. Ab hac ergo discretione odij nostri trahām⁹ formā ad odiū proximi. Ametur q̄libet in hoc mūdo aduersarius: sed in via dei contrarius non ametur/etiaꝫ p̄pinqu⁹. Quisq̄s enī eterna cōcupiscit: in ea quā aggre-

dit causa dei extra patrē/extra matrē/extra vxorē/extra
filios/extra cognatos/extra semetipm fieri debet: vt eo
verius cognoscat deū/quo in ei⁹ cā nemine recognoscit.
Multū nāq₃ est: q carnales affectus intentionem mētis
diuerberant/ciusq₃ aciem obscurant. Quos tñ nequaq̄
noxios patimur si eos ꝑmendo teneamus. Amādi ergo
sunt ꝓximi: impendenda charitas oībus/⁊ ꝓpinquis et
extraneis: nec tñ ꝑ eadē charitate a dei amore flectendū
Scimus aūt q₂ cū de terra Philistinoꝝ arca dñi ad terrā
Israelitarū rediret/plaustro superimposita est: ⁊ vacce
plaustro subiuncte sunt: que fete fuisse memorātur/qua
j.Re. vj. rū vitulos clauserūt domi. Et scriptū est. Ibāt aūt in dire
ctū vacce: ꝑ viam q̄ ducit Bethsamis. Uno itinere gradie
bantur/pergētes ⁊ mugientes: ⁊ nō declinabāt neq₃ ad
dexterā/neq₃ ad sinistrā. Quid igitur vacce/ nisi fideles
quosq₃ in eccłia designāt? Qui dū sacri eloquij p̄cepta cō
Tropologica expositio. siderant: quasi supimpositā dñi arcam portant. De q̄bus
hoc etiā est notādū q fuisse fete memorantur: q₂ sunt ple
riq₃ q̄ in via dei intrinsec⁹ positi/foris carnalibus affecti
bus ligant. Sed non declinant a recto itinere: q̄ arcā dei
portāt in mēte. Ecce em̄ vacce Bethsamis ꝑgunt. Beth
Malac. iiij. samis quippe domus solis d̄r. Et ꝓpheta ait. Uobis aūt
qui timetis dñm: orietur sol iustitie. Si igitur ad eterni
solis habitationē tēdimus: ꝑfecto dignū est vt de dei iti
nere/ꝑ carnalib⁹ affectib⁹ nō declinemus. Tota em̄ vir
tute pensandū est/q vacce dei plaustro supposite pergūt
⁊ gemūt/dant ab intimis mugitus: ⁊ tñ de itinere nō de
flectunt gressus. Sic nimirū predicatores dei: sic fideles
quiq₃ esse intra eccłiam sanctā debent: vt cōpatiātur ꝓxi
mis per charitatē: ⁊ tamē de via dei nō exorbitēt ꝑ cōpas
sione. Hoc ipsum ꝟo odiū aīe qualiter exhiberi debeat/
Tex. veritas subdendo manifestat dicens. ¶ Et qui nō baiu
lat crucē suam ⁊ venit post me: non potest meus esse di
scipulus. Crux q̄ppe a cruciatu d̄r. Et duobus modis cru
cē dñi baiulamus: cum aut per abstinētiam carnē affligi
mus: aut per cōpassionē ꝓximi necessitatē illius nostrā
putamus. Qui em̄ dolorē exhibet in aliena necessitate/
crucē portat in mēte. Sciēdū ꝟo q sunt nōnulli q̄ carnis
abstinentiam non pro deo/sed pro inani gloria exhibēt.
Et sunt pleriq₃ q̄ per cōpassionē proximo nō spiritualiter
sed carnaliter impēdūt: vt eis nō ad virtutē/sed quasi mi
serando ad culpas faueant. Hi itaq₃ crucē quidē vident
Tex. ferre/sed dñm nō sequūtur. Unde recte eadē veritas di
cit. ¶ Qui nō baiulat crucem suam et venit post me: nō
potest meus esse discipulus. Baiulare etenī crucē ⁊ post
dñm ire/est vel carnis abstinentiam/vel cōpassionē pro
ximo studio interne intentionis exhibere. Nam quisq̄s
hec pro tēporali intentione exhibet: crucem quidem ba
iulat/sed ire post dñm recusat. Quia ꝟo sublimia p̄cepta
Tex. data sunt/prius cōparatio edificande sublimitatis ad
iungitur cum dicit. ¶ Quis enim ex vobis volens tur
rim edificare: non prius sedens computant sumptus/ q̄
necessarij sunt si habeat ad ꝑficiendū: ne postea cum po
suerit fundamentum: ⁊ non potuerit perficere/omnes q̄
viderint incipiant illudere ei dicentes. Quia hic homo
cepit edificare: ⁊ nō potuit cōsummare? Omē quod agi
mus: preuenire per studiū considerationis debemus. Ec
ce enim iuxta veritatis vocē: qui turrim edificat/pri⁹ edi
ficij sumptus parat. Si igitur humilitatis turrim edifi
care cupimus: prius nos preparare cōtra aduersa huius
Differētia terrenorū et celestiū. seculi debemus. Hoc em̄ inter terrenū ⁊ celeste edificium
distat: q terrenū edificiū expensas colligēdo construitur
celeste vero edificiū expensas dispergendo consummat.
Ad illud sumpt⁹ facimus/si non habita colligamus: ad
istud sumptus facimus/si ⁊ habita relinquamus. Istos
Luce xviij. sumptus diues ille habere nō potuit: qui multas posses
siones possidēs/magistrū requisiuit dicēs. Magister bo
ne: quid faciendo vitam eternā possidebo? Qui cū prece
pta relinquendi oia audisset/ tristis abscessit: ⁊ inde est
angustatus in mente/vnde foris fuit latior in possessiōe.

Quia vero in hac vita amabat sumptus celsitudinis/⁊ tē
dendo ad eternā patriam habere noluit sumptus humi
litatis. Considerandū ꝟo est q dr: omnes q̄ viderint inci
piant illudere ei. Quia iuxta Pauli vocē. Spectaculum j.Co. iiij
facti sumus mundo ⁊ angelis ⁊ hoibus. Et in omne qd̄
agimus cōsiderare occultos nostros aduersarios debe
mus: q̄ semp nostris operib⁹ insistūt/semp ex nostro de
fectu gratulantur. Qd̄ intuens ꝓpheta ait. Deus meus Psal.
in te cōfido non erubescā: neq₃ irrideant me inimici mei. xxiiij.
In bonis enim operib⁹ intenti/nisi cōtra malignos spi
ritus solicite vigilem⁹: ipsos irrisores patimur/quos ad
malū persuasores habemus. Sed q₂ de cōstruendo edifi
cio cōparatio data est: nūc de minore ad maius similitu
do subditur: vt ex rebus minimis maiora pensent. Nam
sequit. ¶ Aut quis rex itur⁹ cōmittere preliū aduersus Tex.
aliū regē/non sedens prius cogitat/si possit cū decē mili
bus occurrere ei: qui cū viginti milibus venit ad se? Alio
quin adhuc illo longe agente/legationē mittens/rogat
ea que pacis sunt. Rex contra regem ex equo venit ad
preliū: ⁊ tñ si se perpendit non posse sufficere/legationē
mittit: ⁊ ea que pacis sunt postulat. Quibus ergo lachry
mis nos sperare veniam debemus: qui in illo tremendo
examine cū rege nostro ex equo ad iudiciū nō venimus:
quos nimirū cōditiōis infirmitas ⁊ causa inferiores ex
hibet? Sed fortasse iam mali operis culpas abscidimus:
iam praua queq₃ exterius declinamus. Nūquid ad red
dendā rationē cogitationis nostre sufficimus? Nā cum
viginti milibus venire dicitur is: cōtra quē minime suffi
cit iste qui cū decē milibus venit. Decē milia quippe ad
viginti milia/simplum ad duplū sunt. Nos aūt si multū
proficim⁹ vix exteriora nostra opera in rectitudine serua
mus. Nā etsi iam luxuria carnis abscisa est: tamē adhuc
a corde funditus abscisa nō est. Ille aūt q̄ iudicatur⁹ ve
nit: exteriora simul ⁊ interiora iudicat: facta pariter ⁊ co
gitationes pēsat. Cū duplo ergo exercitu cōtra simplum
venit: qui nos vix in solo opere preparatos/simul de ope
re ⁊ cogitatiōe discutit. Quid igitur agendū est fratres
charissimi/nisi vt dū nos cū simplo exercitu cōtra duplū
illius sufficere nō posse cōspicimus/dū adhuc longe est/
legationē mittamus: rogemus ea que pacis sunt? Lon
ge em̄ esse dicitur: qui adhuc presens per iudiciū nō vide
tur? Mittamus ad hunc legationē lachrymas nr̄as: mit
tamus misericordie opera: mactem⁹ in ara eius hostias
placationis: cognoscamus nos cū eo in iudicio nō posse
cōtendere. Pensemus virtutē eius fortitudinis/rogem⁹
ea que pacis sunt. Hec est nostra legatio: que regē veniē
tem placat. Pēsate fratres q̄ benignū sit q is q̄ suo ad
uētu valet opprimere/tardat venire. Mittamus ad hūc
vt diximus legationē nostrā flendo/tribuēdo/sacras ho
stias offerendo. Singulariter nāq₃ ad absolutionem no
stram oblata cum lachrymis ⁊ benignitate mentis sacri Ro. vj.
altaris hostia suffragat: q₂ is q̄ in se resurgēs a mortuis
iam non morit adhuc ꝑ hāc in suo mysterio/ꝓ nobis ite
rū patitur. Nā quoties ei hostiā sue passionis offerimus
toties nobis ad absolutionē nostrā/passionē illius re
paramus. Multos vt arbitror vestrū fratres charissimi
cōtingit nosse hoc/qd̄ volo ad memoriā vestrā narrādo Exēpli
reuocare. Nō lōge a nostris fert tpib⁹ factū q quidā ab narratio
hostibus captus lōge traduct⁹ est. Cūq₃ diu teneretur in
vinculis: eū vxor sua cū ex eadē captiuitate nō reciperet/
extinctum putauit. Pro quo iam velut mortuo/hostias
hebdomadib⁹ singulis curabat offerre. Cui⁹ toties vin
cula soluebant in captiuitate: q̄ties ab eius ꝯiuge hostie
fuissent oblate ꝓ aīe ei⁹ absolutiōe. Nā lōga post tpa re
uersus/admirans valde/indicauit vxori sue q diebꝰ cer
tis/hebdomadis singulis/ei⁹ vincula soluebant. Quos
vcz dies eius vxor: atq₃ horas discutiēs: tūc eum recogno
uit absolutū/cū ꝓ eo sacrificiū meminerat oblatū. Hinc
ergo fratres charissimi: hinc certa cōsideratione colligi
te/oblata a nobis hostia sacra quantā in nobis soluere

valeat ligaturā cordis: si oblata ab altero potuit in alte
ro soluere vincula corporis. Multi vestrū fratres charis
simi Cassiū Marinen. vrbis epm nouerūt: cui⁹ mos erat
quotidianas hostias offerre deo: ita vt pene nullus dies
vite abscederet/quo nō omnipotēti deo hostiā placatio
nis immolaret. Cui cū sacrificio valde etiā concordabat
vita: nā cūcta que habebat in eleemosynis tribuēs: cum
ad horā offerendi sacrificij venisset: velut totus in lachry
mis defluens/semetipm cū magna cordis cōtritiōe ma
ctabat. Cui⁹ vitā ⁊ exitū a quodā venerabilis vite diaco
no: qui ab eo fuerat nutrit⁹: referēte cognoui. Aiebat em̄
q quadā nocte eius presbytero per visum dñs astitit di
cens. Uade et dic epo. Age qd̄ agis/operare quod ope
raris: nō cesset pes tuus/nō cesset manus tua: natali apo
stolorū venies ad me/⁊ retribuā tibi mercedē tuā. Surre
xit p̄sbyter. Sed q₂ e vicino aploꝝ nataliti⁹ dies immine
bat: tam ꝓpinqui exitus diē epo nūtiare pertimuit. Alia
nocte dñs rediit: eiusq₃ inobedientiā vehemēter increpa
uit/atq₃ eadē iussionis sue verba retexuit. Tūc presbyter
surrexit vt pergeret/sed rursus infirmitas cordis impedi
mētū facta est indicāde reuelationis: ⁊ ad admonitionē
quoq₃ iterate iussiōis obduruit pergere: ⁊ q̄ viderat ma
nifestare neglexit. Sed q₂ magnā māsuetudinē cōtēpte
grē maior solet seq̄ ira vindicte: visione tertia dñs appa
rens/iā verbis addidit ꝟbera: ⁊ tā districta cede mactat⁹
est: vt in eo duritiā cordis/emollirent vulnera corporis.
Surrexit ergo erudit⁹ ex verbere/perrexit ad epm: cūq₃
iā ex more iuxta beati Iuuenalis martyris sepulcrū ad
offerendū sacrificiū cōsistentē reperit: secretū a circūstan
tibus petijt seq₃ eius pedib⁹ strauit. Cūq₃ eū vberrim flē
tē eps vir ad se leuare potuisset/lachrymarum causas co
gnoscere studuit. Ipse ꝟo relaturus ex ordine visionem:
prius vestimēto ex humeris desoluto/detexit plagas cor
poris (vt ita dicā) testes ꝟitatis ⁊ culpe monstrauit quā
ta aīaduersione districtionis mēbra illius accepta verbe
ra liuore inflicto sulcauerant. Que mox vt eps vidit: ex
horruit: ⁊ q̄s sibi facere p̄sumpsisset/cū magne obstupe
factionis vocibus inquisiui? At ille respondit: hec se pro
ipso fuisse perpessum. Excreuit cū terrore admiratio. Sꝫ
nulla iā presbyter inq̄sitioni eius moras adijciens/secre
tū reuelatiōis aperuit: eiq₃ iussiōes dñicas/ꝑ ea q̄ audie
rat ꝟba narrauit dicēs. Age qd̄ agis/opare qd̄ operaris
nō cesset manus tua/nō cesset pes tuus: natali aploꝝ ve
nies ad me/⁊ retribuā tibi mercedē tuā. Quib⁹ auditis
eps in oratione se cū magna cordis cōtritione ꝓstrauit.
Et qui oblatur⁹ sacrificiū ad horā tertiā venerat: hoc pro
extēse orōnis magnitudine/ad horā nonā vsq₃ ꝓtelauit:
atq₃ ex ipo iā die magis magisq₃ exaucta sunt lucra pie
tatis: factusq₃ est tā fortis in opere q̄ certus ex munere:
quippe q̄ eū cui ipse debitor fuerat/ex ꝓmissione iā cepe
rat hr̄e debitorē. Huic aūt cōsuetudo fuerat/singulis an
nis natalitio aploꝝ die Romā venire: iāq₃ ex hac reuela
tione suspect⁹/venire iuxta morē noluit. Eodē ergo tpe
solicitus fuit: secūdo q̄ anno vel tertio in mortis sue ex
pectatione suspensus/quarto quintoq₃ ⁊ sexto similiter.
Qui desperare iā de veritate reuelatiōis poterat. si ver
bis fidē verbera nō fecissent. Cū ecce anno septimo vsq₃
ad expectare natalis sacras vigilias incolumis puenit/
sed lenis hūc in vigilijs dolor attigit: atq₃ ipso die natali
Tex. Cum vidisset Jesus turbas multas ascēdit in montē. Et cū sedisset accesserūt ad eū discipuli eius. Et aperiens os suū docebat eos. Si querit quid significet mōs: bene intelligit significare maiora precepta iustitie: q: minora erant que iudeis data sunt. Unus aūt deus p sanctos pphetas & famulos suos: sm̄ ordinatissimā distributionem temporū dedit minora pcepta pplo: quem timore adhuc alligari operebat: & p filiū sū maiora pplo: quē charitate iam liberari cōueniebat. Cū aūt minora minoribus maiora maioribus dank: ab eo dank qui solus nouit cōgruētem suis rpib⁹ generi hūano exhibere medicinā. Nec mirū est fratres q; dantur precepta maiora / pter regnū celoːet minora data sunt / pter regnū terrarū / ab eodē vno deo qui fecit celū & terrā. De hac ergo iustitia q; maior est: dicit per pphetā. Justitia tua sicut montes dei. Et hoc bene significat q; ab vno magistro solo docendis tantis rebus idoneo docemur in monte. Sedēs aūt docet: qđ primet vt audiendis illis ꝺbis hi essent etiā corporeis vicinioresː & preceptis implendis aio / pinquabant. Aperuit os suū & docebat eos. Ista circūlocutio qua scribit. Et aperiēs os suū / fortasse ipsa mora cōmendat aliquanto longioːe furturū esse sermonem: nisi forte nō vacet q; nūc cū dicit⁹ est aperuisse os suū: qđ in lege vetere aperire soleret ora prophetarum. Quid ergo dicit? Beati pauperes spiritu: qm̄ ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Legimus scriptū de appetitione rerū tēporaliū. Omnia vanitas & presumptio spiritus. Presumptio aūt spūs: audaciam & supbiā significat. Nullo etiā magnos spūs supbi habere dicūt: & recte quādoquidem spūs etiā ventus vocat. Unde scriptū est. Ignis grando niꝫ glacies: & spūs tempestatis. Quis ꝺo nesciat supbos inflatos dici / tāq; vento distentos? Unde est illud etiā apli. Scientia inflat / charitas edificat. Quapropter recte hic intelligunt / pauperes spū / humiles & timentes dñm. i. nō habentes inflantē spiritū. Nec aliūde ꝺmo incipere opoːtuit beatitudinē: siquidem puētura est ad summā sapientiā. Initiū autem sapientie timor dñi. Quoniā econtrario. Initiū ois peccati superbia scribit. Superbi ergo appetant & diligant regna terrarū. Beati autem pauperes spiritu qm̄ ipsoꝝ est regnū celoːū. Beati mites: quoniā ipsi hereditare possidebunt terrā. Illā credo terrā: de qua in psalmis dicitur. Spes mea es tu: portio mea in terra viuentiū. Significat em̄ quandā soliditatem & stabilitatem hereditaris perpetue / vbi anima per bonum affectum tāq; loco suo requiescit / sicut corpus in terra: & inde cibo suo alitur sicut corpus ex terra: ipsa est requies & vita sanctoːum. Mites aūr sunt qui cedūt iniquitatibus: & non resistunt in malo / sed vincunt in bono malo. Rixantur ergo inmites & inimicēr pro negotiis temporalibus. Beati autem mites: quoniam ipsi hereditare possidebunt terrā: de qua pelli non possunt. Beati lugētes: quoniā ipsi cōsolabunt. Luctus est tristitia de amissione charoːū: cōcersi aūr ad dñm / ea que in hoc mūdo chara amplectebant amittūr. Nec em̄ gaudent his rebus quibus ante gaudebant: & donec fiat in illis amoreternoꝝ / nōnulla meſtitia sauciant. Cōsolabunt ergo spiritusancto: qui maxime propterea paracletus noiatur: id est consolatoːː vt rēporalē amittentes / eterna letitia perfruantur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā: quoniā ipsi saturabunt. Jam vos amatores dicit veri & incōcussi boni. Ille ergo cibo saturabuntur: de quo ipse dñs dicit. Deus cibus est / vt faciā volūtatem patris mei / qđ est iustitia. Et illa aqua de qua quisquis biberit: (vt ide dicit) fier in ea fons aque salientis in vitā eternā. Beati misericordes: quoniā ipsoːū miserebit deus. Beatos esse dicit qui subueniūt miseris: qm̄ eis ita rependit / vt de miseria liberent. Beati mundo corde: quoniā ipsi deum videbunt. Mi ergo stulti sunt: qui dñm istis exterioribⁿ oculis querūt cū cordevideat: sicut alibi scriptū est. Et in simplicitate cordis querite illū. Hoc est em̄ mūdū cor / qđ est simplex cor: & qua de causa modū lumen hoc videri nō potest nisi oculis mūdis: ita nec deus videtur / nisi mundū illud fit quo videri pōt. Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabūtur. In pace perfectio est vbi nihil repugnat. Et ideo filij dei pacifici / qm̄ nihil resistit deo: & vtiq; filij similitudinē patris habere debēt. Pacifici aūr in semetipsis sunt: qui oēs animi sui motus coponentes: & subijcientes rationi / id est menti & spiritui carnalesq; cōcupiscentias habentes edomitas / fiunt regnū dei: in quo ita ordinata sunt oia: vt id quod est in hoic precipuū & excellēs / hoc imperet ceteris non reluctātibus: que sunt nobis bestijs cōmunia. Atq; ad idipsum quod excellit in hoic. i. mens & ratio subsistat portioni: quod est ipsa veritas vnigenitus dei filius. Neq; em̄ imperare potest inferioribⁿ: nisi superiori seipse subiiciat. Et hec est pax que ꝺat in terra hoibus bone volūtatis. Hec vita cōsummati pfectis sapientis. De huiusmodi regno pacatissimo & ordinatissimo missus est fotas principes huius seculi: qui puerilis inordinatisq; dominat. Hanc pace intrinsecus cōstituta atq; firmata: quascūq; persecutiones ille q; foris missus est / foris secus cōcitauerit / augeat gloriā / que sm̄ dominū est: nō aliqđ in illo edificio labefactās / sed deficientibus machinis suis innotescere faciens quāta firmitas intus extructa fit. Ideo sequit. Beati qui psecutionē patiunt̄ pter iustitiā: qm̄ ipsoꝝ est regnū celoːū. Sūt aūr oēs iste octo sententie. Jam enim ceteros cōpellās loquit ad illos q; aderāt ꝺcēs. Beati eritis cum vos maledicēt & psequent. Superiores aūt sententias generaliter ꝺcerebat. Nō enim dixit. Beati pauperes spū / qm̄ vestrū est regnū celoːː sed qm̄ ipsoꝝ est in qr regnū celoːū. Neq; Beati mites / qm̄ vos possidebitis terrā: & qm̄ ipsi possidebūt terrā. Et ita cetera vsq; ad octauā sniam vbi ait. Bti q; psecutionē patiunt̄ pter iustitiā: qm̄ ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Inde iā incipit loq̄ psentes cōpellās: cū & illa q; supra dicta sunt ad eos etiā pertinant / qui presentes

Tex.

Mōtis significatio.

Tex.

Pacifici q; dicunt

Luce. vi.

Tex.

Tex.

Tex.

Tex.

Tex.

Eccli. i.

Eccli. i.

Tex.

Tex.

Tex.

Tex.

Tex.

Sap. i.

Tex.

Tex.

Tex.

Tex.

Tex

audiebant:⁊ hec postea q̄ videntur presentibus speciali-
ter dici/ pertineant etiam ad illos qui absentes vel post
futuri erant. Quapropter iste sententiarū numer⁹ dilige-
ter cōsiderandus est. Incipit em̄ beatitudo ab humilita-
te. Beati pauperes spiritu.i.non inflati. Dū se diuine au-
ctoritati subdit aīa: timēs post hanc vitam ne pergat ad
penas: etiā si forte in hac vita sibi beata esse videat. Inde
venit ad diuinarum scripturarum cognitionē/ vbi opor-
tet eam se mitem prebere pietate: ne id quod imperitis vi
detur absurdum vituperare audeat: ⁊ peruicacibus con-
certatōibus efficiat indocilis. Inde iā incipit scire: qui-
bus nodis seculi hui⁹ per carnalē consuetudinem ac pec
Grad⁹ cata teneat. Itaq; in hoc tertio gradu in quo scientia est
beatitu lugeť amissio summi boni: q: inhereť extremis. In quar-
dinum. to aūt gradu labor est/ vbi vehementer incūbitur: vt sese
anim⁹ auellat ab eis: quib⁹ pestifera dulcedine innexus
est. Hic ḡ esuriť ⁊ sititur iustitia: ⁊ multum necessaria est
fortitudo: q: nō relinquiť sine dolore/ qđ cū delectatiōe re
tineť. Quinto aūt gradu pseuerātib⁹ in labore datur eua
dendi cōsiliū: q: nisi quisq; adiuueť a superiore: nullo mō
sibi est idoneus/ vt sese tantis miseriarū implicamētis ex-
pediat. Est aūt iustū cōsiliū: vt qui se a potētiore adiuua-
ri vult/ adiuuet in timore infirmiorem in quo est ipe potē-
tior. Ideoq; beati misericordes: qm̄ ipsoꝝ miserebiť deus
Sexto gradu est cordis munditia/ de bona cōsciencia bo
norū operū/ valens ad cōtemplandū illud summū bonū
qđ solo puro et sereno intellectu cerni pōt. Postremo est
septima ipsa sapientia.i.cōtemplatio veritatis/ pacificās
totū hoiem/ ⁊ suscipiēs similitudinem dei: q̄ ita cōcluditur.
Beati pacifici: qm̄ ipsi filij dei vocabunť. Octaua tamq̄
ad caput redit: q: cōsummatū pfectūq; ostēdit et probat.
Itaq; in prima ⁊ in octaua nominatū est regnū celorum.
Beati pauperes spiritu: qm̄ ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Et bti
qui persecutionem patiunť ꝑpter iustitiā: qm̄ ipsoꝝ est re
gnū celorū: cū iam diciť. Quis nos separabit a charitate
Ro.viij. christi: tribulatio an angustia/ an psecutio/ an fames / an
nuditas/ an periculū/ an gladi⁹? Septē sunt q̄ perficiunt
Nam octaua clarificat: ⁊ qđ pfectū est demōstrat: vt per
hos gradus pficiantur/ ⁊ ceteri tāq̄ a capite rursus exor-
diens. Videť ergo mihi etiā septiformis operatio spūssan-
Esaie xi. cti: de quo Esaias loquiť/ his gradib⁹ sentētijsq; cōgrue-
re. Sed interest ordinis. Nā ibi enumeratio ab excellētio
Eccli.j. ribus cepit: hic vo ab inferiorib⁹. Ibi nāq; incipit a sapiē-
tia dei/ ⁊ desinit a timore dei: sed initiū sapiētie timor dñi
est. Quapropter si gradatim tāq̄ ascendēres numere-
mus: prim⁹ ibi est timor dei: secūda pietas: tertia scientia:
quarta fortitudo: quintū cōsiliū: sextus itellect⁹: septima
sapientia. Timor dei cōgruit humilib⁹: de quib⁹ hic diciť.
Beati pauperes spū.i.nō inflati/ nō supbi: quib⁹ apl's di
cit. Noli altū sapere/ sꝫ time.i.noli extolli. Pietas cōgruit
mitibus. Qui em̄ pie querit ⁊ honorat sanctā scripturā:
⁊ nō reprehēdit qđ nōdū intelligit: et ꝑpterea nō resistit:
Recolle qđ est mitē esse. Vn̄ hic đ: Beati mites. Sciētia cōgruit
ctio pdi lugētib⁹ qui iā cognouerūt in scripturis quib⁹ malis vin
ctorum. cti tenebanť: qui tāq̄ bona ⁊ vtilia ignorantes appetiue
runt: de quib⁹ hic diciť. Beati qui lugent. Fortitudo con
gruit esurientib⁹ ⁊ sitientib⁹. Laborant em̄ desiderantes
gaudiū de veris bonis: ⁊ amorē a terrenis et corporalib⁹
auertere cupientes. De quib⁹ hic diciť. Beati qui esuriūt
⁊ sitiūt iustitiā. Consiliū cōgruit misericordib⁹. Hoc em̄
vnū remediū est de tantis malis euadendi: vt dimittam⁹
Mat.vj. sicut nobis dimitti volum⁹: ⁊ adiuuem⁹ in quo possum⁹
alios: sicut nos in quo nō possum⁹ cupim⁹ adiuuari. De
quibus hic đ: Beati misericordes. Intellect⁹ cōgruit mū
Esaie dis corde: tāq̄ purgato oculo quo cerni possit/ qđ corpo-
lxiiij. reus oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor homi
j.Cor.ij. nis ascendit: de quibus hic dicitur. Beati mundo corde.
Sapientia cōgruit pacificis: in quib⁹ iam ordinata sunt
oīa: nullusq; motus aduersus rationē rebellis est: sed cū-
cta obtemperāt spiritui hois: cum ⁊ ipe obtemperet deo:

De quibus hic diciť. Beati pacifici. Unum autem premiū
quod est regnū celorum pro ipsis gradibus varie nomi-
natum est. In primo sicut oportebat/ positum est regnū
celorum: quod est pfecte summeq; sapientie anime ratio-
nalis. Sic itaq; dictū est. Beati pauperes spiritu: quoniā Eccli.j.
ipsorum est regnū celorū: tāq̄ diceretur. Initium sapien-
tie timor dñi. Mitib⁹ hereditas/ tāq̄ testamētū patris cū
pietate querentib⁹. Beati mites: qm̄ ipsi hereditate pos-
sidebunt terram. Lugentibus consolatio/ tāq̄ sciētibus
quid amiserint: et quibus mersi sint. Beati qui lugent:
quoniā ipsi cōsolabuntur. Esurientibus ⁊ sitientibus sa-
turitas tāq̄ refectio laborantibus fortiterq; certantibus
ad salutē. Beati qui esuriūt ⁊ sitiūt ꝑpter iustitiā: quoniā
ipsi saturabunť. Misericordib⁹ misericordia/ tāq̄ vero ⁊
optimo cōsilio vtentibus: vt eis hoc exhibeatur a poten-
tiore/ quod inualidioribus exhibebant. Beati misericor-
des: quoniā ipsoꝝ miserebitur deus. Mūdis corde facul
tas videndi deū/ tāq̄ purū oculū ad eterna intelligenda
gerentib⁹. Beati mūdo corde: qm̄ ipsi deū videbūt. Paci
ficis dei similitudo est/ tāq̄ perfecte sapiētib⁹: formatisq;
ad imaginem dei pregenerationē renouati hoīs. Bea-
ti pacifici: qm̄ filij dei vocabunť. Et ista quidē in hac vita
cōpleri possunt/ sicut impleta esse in aplis credim⁹. Nam
illa omnimoda et in angelicā formā mutatio: que post hanc
vitam pmittiť/ nullis vbis exponi pōt. Beati ergo q̄ pse
cutiōes patiunť ꝑpter iustitiā: qm̄ ipsoꝝ est regnū celoꝝ.
Hec octaua sententia q̄ ad caput redit: pfectūq; hoiē de
clarat: significat fortasse circūcisiōe octaue diei in veteri
testamēto: ⁊ dñi resurrectione post sabbatū: qui est vtiq; Ogdoa
octauus dies idē qui primus: ⁊ celebratione octauarum dis my-
feriarū: quas in regeneratione noui hois celebramus: et sterium.
numero ipso pētecostes. Nā septenario numero septies
multiplicato/ quo fiunt quadragintanouem/ quasi octa
uus addiť: vt quinquaginta cōpleanť et tāq̄ redeat ad
caput: quo die missus est spūssanctus quo in regnū celoꝝ
ducimur: ⁊ hereditatē accipim⁹: ⁊ cōsolamur ⁊ pascimur.
⁊ misericordiam cōsequimur: ⁊ mūdamur ⁊ pacificamur
atq; ita pfectiores extrinsecus illatas molestias pro veri-
tate et iustitia sustinem⁹. ¶ Beati eritis (iquit) cū vobis Tex.
maledicent ⁊ vos psequenť: et dicent omne malū aduer-
sum vos/ mentientes ꝑpter me. Gaudete ⁊ exultate: qm̄
merces vestra multa est in celis. Animaduertat quisquis
qui delicias huius seculi ⁊ facultates rerū temporalium
querit in noie christiano/ intrinsecus esse beatitudinē no
strā: sicut de aīa ecclesiastica ore ꝓphetico diciť. Omnis ps.xliiij.
pulchritudo filie regis intrinsecus. Nam extrinsecus ma
ledicta: et psecutiones detractionesq; ꝓmittunť. De qui-
bus tamen magna merces in celis est: que sentiť in corde
patiētiū/ eoꝝ qui iam possunt dicere. Gloriamur in tribu Rom.v.
latione: scientes qm̄ tribulatio patientiā operať: patien-
tia ꝓbationem/ probatio spem: spes aūt nō cōfundit: qm̄
charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris / per spm̄sanctū
qui datus est nobis. Non em̄ ista perpeti fructuosum est:
sed ista pro christi noie nō solū equo aīo/ sed etiā cū exulta
tione tolerare. Nā multi heretici in noie christiano aias
decipientes/ multa talia patiunť. Sed ideo excluduntur
ab ista mercede: q: nō dictū est tātū. Beati q̄ psecutiones
patiunť: sed additū est/ ꝑpter iustitiā. Vbi aūt sana fides
non est/ nō potest esse iustitia: q: iustus ex fide viuit. Neq; Aba.ij.
schismatici aliquid sibi ex ista mercede ꝓmittant: q: simi-
liter vbi charitas non est/ nō potest esse iustitia. Dilectio Ro.xiij.
em̄ proximi malū nō operať. Quam si haberent/ nō dila-
niarent corpus christi: qđ est ecclesia. Queri autē potest:
quid intersit quod ait. Cum vobis maledicent et dicent
omne malum aduersum vos: cum maledicere hoc sit ma
lum dicere? Sed aliter maledictū iactatur: cū contume-
lia sit coram illo qui maledicitur. Sicut dño nostro dictū
est. Nōne verum dicimus q: Samaritan⁹ es ⁊ demoniū Jo.viij.
habes. Aliter cum absentis fama leditur: sicut de illo itē
scribitur. Alij dicebant q̄ propheta est: alij dicebant non/ Joā.vij.
sed seducit

sed seducit pplm̄. Persequi aūt est vim inferre/ vel insi-
dias appetere: qđ fecit q̄ eū tradidit: ⁊ q̄ eū crucifixerunt
Quid est sane qđ etiā h̄ nō est vn̄ positū vt diceret: Et di-
cēt oē malū aduersum vos: sed additū est/ mētiētes addi
tū etiā/ ꝑpter me? Propter me additū est puto: q̄ volunt
de psecutiōib⁹/ ⁊ de fame sue turpitudine gl'iari. Ideoq;
dicere ad se pertinere christū q̄ multa de illis dicanť ma
la/ cū vera dicanť: qm̄ de illorū errore dicunť. Et si aliqñ
etiam nōnulla falsa iactanť: qđ temeritate hoim plerūq;
accidit: nō tñ ꝑpter christū ista patiunť. Nō em̄ christum
sequiť: qui nō ſm verā fidē ⁊ catholicā disciplinā christia
Tex. nus vocať. ¶ Gaudete inquit ⁊ exultate: qm̄ merces ve
Celum stra multa est in celis. Nō hic celos dici puto/ superiores
beatoꝝ. partes hui⁹ visibilis mūdi. Nō em̄ merces nostra q̄ incō
cussa et eterna esse debet/ in reb⁹ volubilib⁹ ⁊ tēporalib⁹
collocāda est: sed in celis dictū puto in spūalib⁹ firmamē
tis/ vbi habitat sempiterna iustitia: in quoꝝ cōparatiōe
Geñ.iij. terra đ: aīa iniq̄: cui peccāti dictū est. Terra est: ⁊ in terrā
Phil.iij. ibis. De his celis dicit apl's. Om̄ cōuersatio nostra in ce
lis est. Sentiunt ergo iam istam mercedē qui gaudēt spi
j.Co.xv. ritualibus bonis. Sed omni ex parte perficieť: cū etiam
mortale hoc induerit immortalitatem. Tu autem.

¶ De martyribus. Luce. XII.

¶ In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis:
Attendite a fermento Phariseorū quod est hy-
pocrisis. Et reľ. Homilia vene. Bede presbyteri.

AD hoc fermētū perti
j.Cor.v. nēt oīa q̄ recūbēs apud Phariseū superi⁹ dispu
tauerat dñs: de quo ⁊ apl's pcepit. Itaq; epule-
mur nō in fermēto malitie ⁊ nequitie/ sed in azymis syn-
ceritatis ⁊ veritatis. Nā sicut modicū fermēti totā farine
cui misceť massam corrūpit/ vniuersamq; mox cōspersio-
nē suo sapore cōmaculat: sic nimirū simulatio cui⁹ semel
Mat.xij animū imbuerit/ tota virtutū synceritate ⁊ vitate frau-
dabit. Nihil aūt opertū est qđ nō reueleť/ neq; abscōditū
qđ nō sciať. Et quō in p̄senti seculo/ multoꝝ diu latet hy-
Job.xx. pocrisis: Ergo de futuro tēpore intelligēdum/ qñ iudica
bit de⁹ occulta hoim. Nā sicut vnus amicoꝝ beati Job ve
rissime dixit. Laus impiorū breuis est: ⁊ gaudiū hypocri
te adinstar pūcti: si ascēderit vsq; ad celū superbia eius: ⁊
caput illi⁹ nubes tetigerit: q̄si sterq̄liniū in fine pdeť. In
fine (inq̄t) perdeť/ q̄ in principio florere videbať. Et est
sensus. Attēdite/ ne emulemini simulatores: q: veniet p-
fecto tps in quo ⁊ vestra virtus oibus ⁊ eoꝝ reueleť hy-
Tex. pocrisis. Verū qđ sequiť. ¶ Om̄ q̄ in tenebris dixistis/ in
lumine dicentur: ⁊ qđ in aurē locuti estis in cubiculis/ p-
dicabiť in tectis. Nō solū in futuro qñ cūcta cordiū abscō-
dita pferenť in lucē/ sed in p̄senti etiā tēpore pōt cōgruē
ter accipi: qm̄ que inter tenebras quōdā pressurarū carce
rūq; vmbras/ vel locuti vel passi sunt apli: nūc clarificata
p orbē ecclesia/ lectis eorū actib⁹ publice p̄dicanť. Sane
quod ait/ predicabiť in tectis: iuxta morē ꝓuincie Pale-
stine loquiť: vbi solēt in tectis residere. Nō em̄ tecta nr̄o
Deute. more culminib⁹ sublimia/ sꝫ plano schemate faciūt equa
xxij. lia. Unde lex precepit: vt qui nouā domū edificaret/ mu-
rū tecti poneret in gyro: ne funderet ibi sanguis innoxi⁹
iij.Reg. labente aliquo ⁊ in pceps ruēte. Et in tēpli cōstructione
vj. legim⁹. Texit quoq; domū laquearib⁹ cedrinis: ⁊ edifi-
cauit tabulatū sup oēm domū quinq; cubitis altitudinis.
Tex. Ergo predicať in tectis/ cū cūctis audiētibus palā dice-
tur. ¶ Dico aūt vobis amicis meis: ne terreamini ab his
qui occidūt corpus: ⁊ post hec nō habēt ampli⁹ quid fa-
ciāt. Si psecutores sctōꝝ occisis corporib⁹ nō habēt am-
plius qđ contra illos agant: ergo supuacua fuerit eorum
insania: qui mortua martyrū mēbra feris: auibusq; discer
penda proiiciūt: vel in auras extenuari: vel in vndas sol-
ui: vel per flāmas in cinerē faciūt redigi: cū nequaq̄ oi-

potētie dei quin ea resuscitando viuificet obsistere pos-
sint. ¶ Ostendā aūt vobis q̄d timeatis. Timete eū qui Tex.
postq̄ occiderit/ habet potestatē mittere in gehēnā. Ita
dico vobis/ hūc timete. Quia duo sunt genera persecu-
torū: vnū palā seuientiū/ alterū ficte fraudulēterq; blan-
dientiū. Cōtra vtrūq; munire nos atq; instituere volens
saluator: et supra ab hypocrisi Phariseoꝝ attēdere ⁊ hic
a carnificū cede pcepit nō timere: q: videlicet post mortē
nec horum crudelitas/ nec eoꝝ valeat simulatio durare:
dño poti⁹ q̄ semp videat placēdū: dñm q̄ semp punire vel
liberare queat esse timēdū. ¶ Nōne quinq; passeres ve- Tex.
neūt dipōdio: ⁊ vnus ex illis nō erit obliuione corā deo?
Si minutissima animalia q̄ quolibet per aera feruntur
volatilia deus obliuisci non pōt: vos q̄ ad imaginē facti
estis creatoris nō debetis terreri ab his q̄ occidūt corp⁹:
q: qui irrationabilia gubernat/ rationabilia curare non
desinit. Dipondius quo quinq; passeres veneūt: idest vē
dunť/ genus est pōderis leuissimi/ ex duob⁹ assibus com
positi. Querit forte aliqs quō dicat apl's: Nūquid de bo
bus cura est deo: cum vtiq; bos passere pciosior existat. Concor-
Sed aliud est cura/ aliud vo scientia: Deniq; numer⁹ ca dia scri-
pilloꝝ de quo cōsequēter ait. ¶ Sed ⁊ capilli capitis ve pture.
stri oēs numerati sunt: nō in actu cōputationis/ sed in fa
cultate cognitiōis accipiť. Nō em̄ solicitā de⁹ cure nume
rantis intēdit excubiā: sed cui cognita sunt omnia/ quasi
numerata sunt oīa. Bene aūt numerata dicunť: q: q̄ vo-
lumus seruare numeramus. Ubi immēsam erga hoies
dei ostēdit ꝓuidentiā: ⁊ ineffabilē signat affectū: q̄ nihil
nostrū lateat deū: ⁊ parua etiā ociosaq; dicta eius sciētiā
nō fugiant. Derident intelligentiā ecclesiasticā in hoc lo
co: qui carnis resurrectionē negāt: quasi nos terrenā ma
teriā/ que discedente aīa fit cadauer/ ita resurrectiōe re-
parandā dicamus: vt ea que dilabuntur/ ⁊ in alias atq;
alias/ aliarū rerū species formasq; vertuntur: quāuis ad
corpus redeant vñ delapsa sunt: ad easdē quoq; corporis
partes vbi fuerint redire necesse sit. Alioquin si capillus
capitis redit qđ tam crebra tonsura detraxit: si vnguib⁹
qđ toties dēpsit exectio/ immoderata et indecēs cogitanti
bus: ⁊ ideo resurrectionē carnis nō credentib⁹ / occurrit
informositas. Sed quēadmodū si statua cuiuslibet solu-
bilis metalli aut igne liquesceret: aut contereť in pulue-
rē: aut cōfundereť in massam: ⁊ eam vellet artifex rursus
ex illi⁹ materie quātitate reparare: nihil interesset ad ei⁹
integritatē q̄ particula materie cui mēbro statue redde-
reť: dū tñ totū ex quo cōstituta fuerat resumeret. Ita de⁹
mirabiliter atq; ineffabiliter artifex: de toto q̄ caro nr̄a
constiterat: eā mirabili et ineffabili celeritate restituet.
Nec aliq̄d attinebit ad eius reintegrationē: vtrū capilli Mirabi
ad capillos redeant/ et vngues ad vngues: an q̄cq̄d eoꝝ lis resur
perierat muteť in carnē: ⁊ in partes alias corporis reuo- rectio.
ceť: curante artificis ꝓuidentia: ne quid indecens fiat.
¶ Nolite ergo timere: multis passerib⁹ pluris estis vos. Tex.
Nō plures estis legendū est/ qđ ad cōparationē numeri
pertinet: sed pluris estis: hoc est maioris apud deū meriti
dignitatis/ ⁊ estimationis q̄ innumera passerū vel cor-
pora vel genera cōputamini. ¶ Dico aūt vobis. Omis Tex.
quicūq; cōfessus fuerit me corā hoib⁹: ⁊ filius hois confi
tebiť illū coram angelis dei. Qui aūt negauerit me corā
hoib⁹/ denegabiť corā angelis dei. Respicit ad superiora
vbi dictū est operta quelibet ⁊ abscōdita esse reuelanda:
concludēs hāc reuelationē non in vili quolibet cōciliabu
lo/ sed in conspectu supne ciuitatis eterniq; regis ac iudi
cis agendum. Et ne ex eo qđ ait: eos q̄ se negauerint esse
denegādos/ vna cūctoꝝ (hoc est eoꝝ qui studio ⁊ eorū q̄
infirmitate vel ignorantia negant) conditio putaretur/
continuo subiecit. ¶ Et oīs q̄ dicit verbū in filiū homi- Tex.
nis/ remitteť illi. Ei aūt qui in spm̄sctm̄ blasphemauerit/
nō remitteť. Qui scādalizať carne mea/ me hominē tan
tum arbitrans/ q̄ filius sim fabri: ⁊ fratres habeā Jaco-
bū/ Joseph/ ⁊ Judā: ⁊ homo vorator ac vini potator sim:

talis opinio ac blasphemia ꝙꝙ culpa nõ careat erroris:
tñ habet veniã ꝓpter corporis vilitatẽ. Qui aũt manife-
ste intelligẽs opera dei: cũ de virtute negare nõ possit/ea
dẽ stimulatus inuidia calũniat': ⁊ christũ deiq verbum ⁊
opera spũssancti dicit esse Beelzebub: isti nõ dimittetur
neq in presenti seculo neq in futuro: nõ ꝙ negemꝰ et ei
si penitentiã agere possit/posse dimitti ab eo q vult om-
nes hoies saluos fieri/⁊ ad agnitionẽ veritatis venire: sed
ꝙ ipsi iudici ⁊ largitori venie credẽtes: q ⁊ se penitẽtiam
semp accepturũ ⁊ hanc blasphemiã nũꝙ dicit esse remit-
tendã: credamus hũc blasphemũ exigentibꝰ meritis/si-
cut nũꝙ ad remissionem/ita nec ad ipsos digne pnie fru
Jo. xij. ctus esse peruẽturũ: iuxta qđ euangelista Joãnes de qui
busdã blasphemie sue merito excecatis verissime scripsit
Esa. vj. Propterea nõ poterãt credere: q: iterũ dixit Esaias. Ex-
cecauit oculos eorũ/⁊ indurauit cor eorũ: vt nõ videant
oculis ⁊ intelligãt corde: ⁊ conuertant' ⁊ sanẽ illos. Qui
dã sanet volũt illũ dicere verbũ/vel blasphemare in spiri
tũ sanctũ: q vnitati ecclie/vbi in spũsancto fit remissio pec
catorũ/corde impenitẽti resistit/dicens vnũ esse effugiũ:
ne sit irremissibilis blasphemie culpa/cor ipenitẽtis ca-
ueat'. Quorũ multis snia nequaꝙ firma videt': q: vez qs-
quis vnitati ecclie corde impenitẽti resistit/siue ille Ju-
deus/siue gentilis/siue etiã hereticus sit: põt vtiq remis
sionẽ habere peccõrũ in spũsctõ: si ad vnitatẽ ecclie corde
penitẽti refugerit. Sed dicũt. Quãdiu corde impenitenti
quis spiritui gratie resistit: tãdiu nõ habet remissionem.
At illi obijciũt hanc cõditionẽ/in cũctis cõstare crimini-
Opinio quorũdã doctorũ. bus. Quõ em quãdiu qs fornicationẽ/idololatriã/adul
teriũ/masculorũ cõcubitũ: ceteraq flagitia gesserit: non
habet hereditatẽ in regno christi ⁊ dei: his vero criminibꝰ
abdicatis: põt ablui/sanctificari/iustificari in noie domi
ni nostri Jesu christi: ⁊ in spũ dei nostri. Ita inqũt etiã:
impenitens quãdiu cor impenitẽs habuerit/nõ põt ha-
bere veniã: mox vero vt penituerit/cõsequet' ⁊ veniam.
Nulloq discrimine impenitẽtia ceteris obligatior aut ir
remissibilior inuenit' esse peccatis: q in similitudinẽ scele-
rũ ceterorũ vsq ad penitẽtiã manẽs/mox acta pnia dele-
bit'. Sola aũt blasphemia in spm sctm: qua quisq in simi
litudinẽ diaboli ⁊ angelorũ eius cõtra suã consciẽtiã/ma
iestatẽ deitatis oppugnare nõ trepidat/nõ habet remis-
sionẽ in eternũ: sed reus erit eterni delicti: sicut euãgeli-
Mar. iij sta Marcꝰ euidẽter exprimit: qui posito hoc dñi testimo
nio/subiũxit atq ita ait: qm dicebant: immũdũ spiritum
habet. Nã neq hi qui spm sctm nõ esse: neq q hũc esse qui
dem/sed deũ nõ esse: neq qui hũc deũ quidem esse/sz pa
tre filioq minorẽ credũt ⁊ confitent': q: nõ inuidẽtia dia-
bolica/sed humana ignorantia ducti faciũt hoc: irremis-
sibilis blasphemie crimine tenent': quo ꝓprie principes
Judeorũ: et quiq similes inuidie peste corrupti maiesta-
tẽ blasphemant/sine fine peribunt. Tu autem.

De martyribus. Mat. X.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Nihil opertum quod non reueletur: et nihil occultum quod non sciatur. Et reliqua. Homilia beati Hieronymi.

E T quõ in p̃senti secu-
lo/multorũ vitia nesciũtur: Sed de futuro tpe
j. Co. iiij scribit': qñ iudicabit deꝰ abscõdita hoim/⁊ illu
minabit latebras tenebrarum: ⁊ manifesta faciet cõsilia
cordium. Et est sensus. Nolite timere psecutorũ seuitiam
et blasphemantiũ rabiẽ/q: veniet dies iudicij/in quo et
Tex. vestra virtus et ex eorũ neqtia demõstrabit'. Qđ dico
vobis in tenebris: dicite in lumine: ⁊ qđ in aure auditis/
predicate sup tecta: qđ auditis in mysterio/apertius pre-
dicare: quod didicistis abscõse: publice loquimini: quod
vos erudiui in paruulo Judee loco: in vniuersis vrbibꝰ
et in toto mũdo audacter dicite. Nolite timere eos q Tex.
occidũt corpus: aiam aũt non possunt occidere. Si qui
corpꝰ occidũt/aiam nõ possunt occidere: ergo aia inuisi-
bilis ⁊ incorporalis est: fm crassiorẽ dico corporis nri sub
stãtiã. Uel eo certo tpe puniet' ⁊ supplicia sentiet/qñ pri-
stinũ corpꝰ receperit: vt cũ quo peccauit/cũ ipo ⁊ puniat'
Eũ timete q põt ⁊ corpus ⁊ aiam pdere in gehẽnam Tex.
ignis. Nomẽ gehẽne in veteribꝰ libris nõ inuenit': sed pri
mũ a saluatore ponit'. Queramꝰ ergo q sit sermonis hu-
ius occasio: Idolũ Baal fuisse iuxta Hierlz ad radices
mõtis Moria: in quibus Siloa fluit: non semel legimꝰ.
Hec vallis ⁊ parua cãpi planicies irrigua erat: ⁊ nemo-
rosa plenaq delicijs: ⁊ lucus in ea idolo cõsecratꝰ. In tã- Gehenne nomẽ vñ ortũ.
tã aũt ppl's Israel demẽtiã venerat: vt deserta tẽpli vici-
nia/ibi hostias imolaret/⁊ rigorẽ religionis delicie vince
rent/filiosq suos incẽderent demoniis vel initiarent: et
appellabat' locus ille gehẽnon: idest vallis filiorũ Ennon
Hoc regũ volumẽ ⁊ Paralipomenon ⁊ Hieremias scri-
bũt plenissime. Et cõminat' deus se locũ illũ impleturum
cadaueribꝰ mortuorũ: vt neqꝙ vocet' Thophet ⁊ Baal:
sed vocet' Poliãdriũ: idest tumulus mortuorũ. Futura er
go supplicia ⁊ pene ppetue qbꝰ peccõres cruciãdi sunt: hu
ius loci vocabulo denotãtur. Duplicẽ aũt esse gehẽnam Tex.
nimij ignis ⁊ frigoris in Job plenissime legimꝰ. Nõ-
ne duo passeres asse veneũt? Et vnus ex illis nõ cadet su
per terrã sine p̃re vestro. Uestri aũt ⁊ capilli capitis oẽs
numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribꝰ plu
ris estis vos. Heret sibi sermo dñicus: et sequẽtia pen-
dẽt ex superioribꝰ. Prudens lector caue semp supstitiosaz
intelligentiã: vt nõ tuo sensui attẽperes scripturas: sz scri
pturis iũgas sensum tuũ/⁊ intelligas qđ sequat'. Supra
dixerat. Nolite timere eos q corpus occidũt: aiam autez
non possunt occidere: nũc loquit' cõsequẽter. Nõne duo
passeres asse veneũt: ⁊ vnus ex illis nõ cadet sup terram
sine p̃re vestro? Et est sẽsus. Si parua aialia ⁊ vilia absq
deo auctore nõ decidũt: ⁊ in oibꝰ est ꝓuidẽtia: ⁊ q in his
peritura sunt/sine dei voluntate nõ pereũt: vos q eterni
estis nõ debetis timere ꝙ absq dei viuatis ꝓuidẽtia. Iste Mat. vj
sensus ⁊ supra dictꝰ est. Respicite volatilia celi: qm nõ se-
rũt neq metũt: neq congregãt in horrea: ⁊ pater vester
celestis pascit illa. Nonne vos pluris estis illis? Ac dein-
ceps. Cõsiderate lilia agri quõ crescũt ⁊c. Si autez fenũ
agri qđ hodie est/⁊ cras in clibanũ mittit'/deus sic vestit
quãto magis vos minime fidei. Quidã coacte duos pas
seres aiam interp̃tant' ⁊ corpꝰ: quinq quoq passeres fm Luc. xij.
Lucã q duobꝰ assibꝰ veneũt/ad sensus referũt. Sed quõ
illa intelligẽtia toti euãgelici sermonis corpi coaptetur:
nõ parue est difficultatis. Uestri aũt ⁊ capilli capitis Tex.
oẽs numerati sunt. Nolite ergo timere multis passeribꝰ
meliores vos estis. Manifestiꝰ nre expositiõis superior
sensus expssus est/ꝙ timere nõ debeãt eos q possunt cor
pus occidere ⁊ aiam nõ possunt. Quia si sine dei sapien-
tia parua ꝙ aialia nõ decidũt: quãto magis hõ q apl'ica
fultꝰ est dignitate? Qđ aũt ait: vestri ⁊ capilli capitis oẽs Hereticorũ redargutio.
numerati sunt: immẽsam dei erga hoies ostẽdit ꝓuiden
tiã/⁊ ineffabilẽ signat affectũ: ꝙ nihil nrõrũ deũ lateat: et
etiã parua ⁊ ociosa dicta eius scientiã nõ fugiãt. Deridẽt
intelligẽtiã ecclasticã in hoc loco: q carnis resurrectio-
nem negant: quasi nos ⁊ capillos qui numerati sunt/et
a tonsore decisi/omnes dicamus resurgere: cum saluator
nõ dixerit: vestri autẽ ⁊ capilli oẽs saluãdi sunt/sed nu-
merati sunt. Ubi numerus est/scientia numeri demõstra
tur: non eiusdem numeri conseruatio. Tu autem.

De confessoribus: Ser. Fulgentij.

D Ominicꝰ sermo quez
debemus oẽs nõ solũ studiose verũetiã sapien
ter audire: cui nos oportet ⁊ ũiliter ac delecta-
biliter obedire: moderatiõis sue tenẽs vbiq tẽperiẽ: vt
nec ouibus desint pabula: nec pastoribꝰ alimẽta: quedaz
specialiter nobis pcepit: qdã vero generaliter ⁊ nobis et
vobis. Nobis nãq.i.seruis: quos pater ille familias rex
oim dñs ad hoc in magna sua domo ɔstituit: vt pplo eiꝰ
verbũ gře ministremꝰ: specialiter iniungit' sancte pdica-
tionis officiũ: generaliter vero ⁊ nobis ⁊ vobis salutaris
indicit' obediẽtia mãdatorũ. In qbꝰ denuo mãdatis tãꝙ
ditissimis ferculis: sic celestiũ deliciarũ copia spũalis exu
berat: vt in verbo dei abũdet/qđ pfectꝰ comedat: abun-
det etiã qđ paruulꝰ sugat. Ibi est em simul ⁊ lacteus po-
tus/quo tenera fideliũ nutriat' infantia: ⁊ solidus cibꝰ/q
robusta pfectorũ iuuẽtꝰ/spũalia sctẽ virtutis accipiat in-
cremẽta. Ibi prorsus ad salutẽ consulit' vniuersis qs dñs
saluare dignat'. Ibi est qđ omi etati cõgruat: ibi qđ omi
pfessioni cõueniat. Ibi audimꝰ pcepta q faciamꝰ: ibi
cognoscimꝰ pmia que speremꝰ. Ibi est iussio q nos p li-
terã doceat ⁊ instruat ad sciẽtiã: ibi ꝓmissio q p gratiam
trahat ⁊ pducat ad gl'iam. Seruorũ igit' quos pplo suo p
posuit/dñs speciale officium demõstrare volẽs/ait qđ ex
Matt. xxiiij. euãgelio audiuimꝰ. Quis putas est fidelis seruus ⁊ pru-
dẽs: quẽ cõstituit dñs sup familiã suã: vt det illis in tpe tri
tici mẽsurã? Beatꝰ seruꝰ ille: quẽ cũ venerit dñs inuene-
Jo. xiij. rit ita faciẽtẽ. Quis est iste dñs fratres? Christus sine du-
bio/q suis discipulis ait. Uos vocatis me magr̃ ⁊ dñe: et
bene dicitis/sum etem. Que est etiã huiꝰ dñi familia? Ni
mirũ illa est: quã ipse dñs de manu inimici redemit: ⁊ suo
dñio mãcipauit. Hec aũt familia est sctã ecclia catholica
Mat. xx que p orbẽ terre copiosa fertilitate diffundit': ⁊ redẽpta
speciosa sui dñi sanguine gl'iat'. Filius em hois/sicut ipe
ait: nõ venit ministrari/sz ministrare/⁊ dare aiam suaz in
Joan. x. redẽptionẽ p multis. Ipse est etiã pastor bonꝰ: q animã
suã posuit p ouibꝰ suis. Brex q boni pastoris/ipa est fa-
milia redẽptoris. Dispẽsator vero qs sit: quẽ oportet esse fi
delẽ pariter ⁊ prudentẽ/Paulꝰ nobis ondit apl's: q de se
j. Co. iiij suisq socijs loquẽs ait. Sic nos existimet hõ vt ministros
christi: ⁊ dispẽsatores ministeriorũ dei. Hic iã querit' inter
dispẽsatores/vt fidelis qs inueniat'. Ne qs aũt nostrũ so-
los apl'os dispẽsatores factos existimet: neglectoq mili
tie spũalis officio/seruus piger infideliter impudẽterq
dormitet: ipse beatꝰ apl's epos q dispẽsatores esse ondẽs
Titũ. j. ait. Oportet em epm sine crimine esse/sicut dei dispensa-
torẽ. Serui ergo patrisfamilias sumꝰ: dispẽsatores dñi su
mus: mẽsurã tritici quã vobis erogemꝰ accepimꝰ. Que
vero sit ista mẽsura tritici si qrãmꝰ: ipsam nobis beatus
Ro. xij. Paulꝰ ondit/dicẽs. Unicuiq sicut deꝰ diuisit mẽsurã fi-
dei. Quã ergo mẽsurã christꝰ nũcupat: ipaz mẽsurã fidei
Paulꝰ appellat: vt cognoscamꝰ nõ aliud esse spũale triti
cũ ꝙ christiane fidei venerabile sacramentũ. Huiꝰ tritici
mẽsurã vobis in noie dñi damꝰ: quoties illuminati dono
gře spũalis/fm regulã vere fidei disputamꝰ: ⁊ eãdẽ triti-
ci mẽsurã p dñicos dispẽsatores accipitis: cũ qtidie p dei
famulos verbũ veritatis auditis. De ipsa ergo nũc triti-
ci mẽsura loqmur: ex ipsa sicut deꝰ diuidit vniuersi pasci-
mur: vñ alimẽta bone vite sumamꝰ: vt ad eterne vite pre
mia puenire possimꝰ/in illũ credẽtes/in illũ sperãtes: illũ
pre oibꝰ ⁊ in oibꝰ diligẽtes: q seipz nobis ⁊ alimẽtũ pstat
ne deficiamꝰ in via: ⁊ premiũ seruat/vt gaudeamꝰ in pria
Christꝰ est em alimẽtũ nostrũ: christꝰ est pmiũ nrm: chri-
stus est cibꝰ ⁊ cõsolatio currẽtiũ: ipa est satietas ⁊ cõsola
tio qescẽtiũ beatorũ. Ad ipsam itaq tritici mẽsurã ptinet
Luc. xij. qđ dñs ait. Uẽdite q possidetis ⁊ date eleemosynã: facite
vobis sacculos q nõ veterascũt/thesaurũ nõ deficiẽtẽ in
celis quo fur nõ appropiat/neq tinea corrũpit. Magnũ
bonũ est charissimi frẽs/valde cõgruũ/valde cõmodũ/⁊
maxime christianis oibꝰ appetẽdũ: vt vnusqsq deficere
nõ delectet' in penis: sz oẽs pficere studeamꝰ in meliꝰ. Ar
bores sumꝰ fratres in agro dñico cõstitute: deꝰ aũt nr est
agricola. Ille nos cõpluit/ille colit. Ipse fecunditatẽ do
nat/ipse fructificãdi gratiã subministrat. Pluuia dei/est
sermo sancte pdicationis: cultura dei/infusio gratie spiri
tualis. Deus igit' pcepto nos cõpluit/adiutorio colit: dũ
cõpluit/aufert a nobis ignorãtie siccitatẽ: dũ colit/bene
viuẽdi cõdonat vbertatẽ. Dũ pluit/terrã nostri cordis ir-
rigat: dũ vero colit/de ipsa terra spinas ⁊ tribulos munda
ne cupiditatis extirpat. Debemꝰ itaq fecũdari celestibꝰ
pluuijs: debemꝰ cõgrua fructificatioẽ manibꝰ supni re-
spondere cultoris: ⁊ si non possunt oẽs arbores equales
fructus afferre: nulla tñ in agro dñico debet sterilis pma
nere. Multũ metuẽda est nobis fratres illa sentẽtia cõ-
minãtis/qua dr. Omnis arbor q non facit fructũ bonuz
excidet' et in ignẽ mittet'. Quod si sterilitas in ignẽ mit- Mat. iij
tit'/rapacitas quid meret'? Aut quid recipiet q alienũ tu-
lerit: si semper ardebit/qui de suo nõ dederit? Et si iudi-
ciũ sine misericordia erit illi/qui nõ fecit misericordiam:
quale iudiciũ erit ei qui fecit et rapinã? Timeamus ergo
fratres/timeamus actus nostros. Obediens christo vẽ- Discussio actuum hũanorũ
dat que possidet: et eleemosynã det/vt de terra cor ad ce
lũ leuet/vt auaritiã calcet/vt ad pfectionis culmen tota
mẽtis intẽtione festinet: vt nõ sit solicitꝰ que sunt mundi
sed que sunt dñi: vt mũdũ sibi crucifixũ habeat: seq mun
do crucifixũ exhibeat: vt sit oino pauper in seclo et diues
in christo. Quis ignoret boni huius magnitudinẽ? Uide
mus aũt nõ oibus venũdandarũ rerũ suarũ inesse virtu
tẽ. Unusqsq em ꝓpriũ habet donũ a deo: alius quidẽ sic/
aliꝰ aũt sic. Ecce hoc tã magnũ bonũ implere pauci pos-
sunt/omnes nõ possunt. Nũquid q: paucis donat' ista p-
fectio: ppterea debent esse pessimi/quicũq in bono nõ-
dũ possunt esse pfecti? Nunqđ ppterea christianꝰ debet vi
tio rapacitatis insistere: q: forte nõdũ põt omia sua pau-
peribꝰ erogare? Aut ideo debet aliena cõcupiscere: quia
propria nõdũ potest omnino cõtẽnere? Absit hoc fratres
ab omnibꝰ christianis: auertat hoc deus a fidelibꝰ suis.
Apl's em veraciter dicit. Quia neq auari neq rapaces j. Co. vj.
regnũ dei possidebũt. Manifestũ est aũt: quia omnes q
a regno dei alienabunt'/in eterno igne cũ diabolo eiusq
angelis dãnabuntur. Proinde dilectissimi/si nõ omnes Luc. xij.
possunt implere qđ dñs ait. Uẽdite que possidetis: illud
tamẽ qđ adiecit dicẽs: date eleemosynã/omnibus est pos
sibile. Si assit bona volũtas/oibus facile: si nõ assit ira/
si ferueat charitas: cũctis debet esse cõmune: vt omnibꝰ
donet' eterna felicitas. Qui ergo tantã virtutẽ accepe-
rit a dño: vt omnia que in mũdo sunt/celestis regni amo
re cõtẽnat: que habet/vendat/⁊ egenis expẽdat. Qui ve
ro tante virtutis nõdũ est: de his que habet in quãtũ ha-
bet/eleemosynã faciat. Tantũ operetur bona voluntas
quãtũ suppetit facultas. Perfectus possideat primũ vir
tutis locũ: impfectꝰ saltẽ pueniat ad secundũ. Efficiatur
ille gloriose dignus: sit iste laudabiliter largꝰ. Sit ille san
cte paupertatis ardẽtissimꝰ amator: sit iste sanctorũ pau-
perũ pijssimꝰ cõsolator. Habeat iste apđ dñm patronos
pauperes/quos ille se gaudet virtutes habere cõsortes
Sit ille talis qui cũ dño iudicaturꝰ sedeat: sit iste talis q
ad dexterã iudicandus assistat. Sit ille talis qui eterna
tabernacl'a ppetuo iure possideat: sit iste talis quẽ ille re
cipiat. Admonuit em nos dñs dicens. Facite vobis ami- Lu. xvj.
cos de mãmona iniqtatis: qui vos recipiãt in eterna ta-
bernacula. Hoc ergo fratres necessariũ est omibꝰ nobis
vt in bonis operibꝰ nemo sit segnis: nemo sit sterilis: ne-
mo presentium dilectione futura cõtẽnat: nemo eterna Uerba vitalia.
despiciens/sola tẽporalia peruersus aspiciat: nemo spiri
tualibꝰ corporalia preferat: nemo terrena celestibus an-
teponat. Thesaurũ nostrum fratres in celis ponamꝰ: vt
etiam cor nostrũ in celis habere possimꝰ. Necesse est em
vt quo precesserat dilectionis thesaurus/illuc etiã cogi-
tationis sequat' effectus. Ideo veritas ait. Ubi em the- Mat. vj
saurus vester est/ibi ⁊ cor vestrũ erit. Ut ergo in celis the
saurizemus/celestia diligamus. Uis nosse vbi thesauri-
zas? Attende quod amas. Uis nosse qđ amas? Attende
quod cogitas. Ita fiet vt thesaurũ tuũ ex toto amore co-
gnoscas: et amorẽ tuũ iudicio tue cogitatiõis intelligas

Ostendēs aūt dn̄s quō in celis thesaurizare possim⁹ ait.
Luc.xij. Sint lūbi vestri p̄cincti: ⁊ lucerne ardētes. Si istum dn̄i sermonē s̄m literā velimus accipere: nihil in ea cōmodi sp̄ūalis possum⁹ inuenire. Quid em̄ pficit ad aīe salutē, si aliq̄s corporalr̄ aut lūbos p̄cingat: aut lucernā accendat? Alia ergo in p̄cinctis lūbis ⁊ lucernis ardētib⁹ q̄renda est intelligētia sp̄ūalis: que scʒ diuino sit p̄cepto cōdi-
Joā.vj. gna: que nostre saluti ɔgrua reperiatur ⁊ cōmoda. Neq̄ em̄ frustra quodā loco ip̄e dn̄s ait. Verba q̄ locut⁹ sū vobis, sp̄ūs et vita sunt. In lūbis igit̄ cōcupiscētia carnalis ostēdit̄: in lucernis vō fides ⁊ charitas christiana monstrat̄. Jubēs igit̄ dn̄s lūbos nostros p̄cingi: cōcupiscentias carnales sine dubio p̄cepit refrenari. Imperās autē vt lucernas ardētes habeam⁹: hoc itaq̄ iubet: vt ⁊ lumine vere fidei splēdeam⁹: ⁊ scrē charitatis operib⁹ ferueamus. Jubens vt sint lūbi nostri p̄cincti: mādat vt mala desideria atq̄ opera fugiam⁹. Jubēs vt sint lucerne nr̄e ardētes monet vt bona diligam⁹ atq̄ faciam⁹. Ista que de euāgelio pposuim⁹: cū ppheticis sermōib⁹ cōferam⁹.
Collatio testimonioℜ scripture.
Vtrūq̄ em̄ testamētū de⁹ vnus instituit, vnus dn̄s dedit. Et si sunt vtriusq̄ testamēti diuersa p tpibus sacramēta: cōcordant tn̄ in vtroq̄ salutis humane s̄nia: qua p̄cipitur vt nō peccem⁹: ⁊ iubet̄ vt bonis operib⁹ insistam⁹. Precepit itaq̄ dn̄s p beatū Dauid, dicēs. Declina a malo, et fac bonū. Per Esaiā quoq̄ oēs hīs admonet vbis. Au-
Esaie.j. ferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis: q̄escite agere puerse: discite benefacere. Hoc ergo nūc dn̄s p seipsum p̄cepit: qd̄ vobis etiā p sanctos patriarchas pphetasq̄ mādauit. Quid est em̄. Sint lūbi vestri p̄cincti, nisi declinate a malo? Quid est: sint lucerne vestre ardētes: nisi facite bonū? Quid est: sint lūbi vestri p̄cincti, nisi q̄escite agere puerse? Quid est: sint lucerne ardētes, nisi discite benefacere? Precingunt̄ ergo fideliū lūbi: dū concupiscētia mala cōprimit̄: dū iniqua cogitatio cohibet̄: dū libidini resistit anim⁹: dū lasciuie denegat̄ effect⁹: dum calcat̄ luxuria: dū auaritia cōtēnit̄ ⁊ rapina: dū pximi les debita reddūtur: dū supbia vincit̄: dū inuidia superat̄. Ardent vō lucerne fideliū: dū recte fidei regulā seruant: dū in sinu matris eccl'ie lōganimiter pseuerant: dū terrena cōtemnūt ⁊ celestia cōcupiscūt: dū soliciti pacē custodiūt: dū seinuicē pure diligūt: dū mutuo se honore preueniunt: dū mā suetudine cordis ⁊ humilitate pficiūt: dum misericordie opera libēter atq̄ hilariter faciunt: dūq̄ in operib⁹ bonis nō hoī, sed deo placere cōtēdūt. Ois ergo christian⁹ p̄cinctos habeat lūbos, vt fugiat libidinē: ardentē lucernā: vt custodiat castitatē. Precictos habeat lūbos: vt aliq̄d alienū nō rapiat nec furet̄: ardētē habeat lucernā, vt oppresso velamine iustitie dūtaxat defensionis impēdat. Precinctos habeat lūbos, vt habēti nō auferat cibū: ardētē habeat lucernā, vt esurieti tribuat ali-
Tropologica expositio.
mētū. Precinctos habeat lūbos, vt nō expoliet vestitu: ardentē habeat lucernā, vt vestiat nudū. Precinctos habeat lūbos, vt domū nullius inuadat: ardentē habeat lucernā, vt peregrinos christi libēter excipiat. Precinctos habeat lūbos, vt fugiat elationē: ardentē habeat lucernā, vt seruet humilitatē. Precinctos habeat lūbos, vt expellat a se inuidiā ⁊ liuorē: ardentem habeat lucernā, vt purā cūctis exhibeat charitatē. Precinctos habeat lumbos, vt nō exhibeat mēbra sua arma iniq̄tatis peccato: ardētem habeat lucernā, vt exhibeat mēbra sua arma iustitie deo. Hec est fratres catholice fidei vera sanaq̄ doctrina: hec mēsura tritici, de qua dn̄i redēptoris est pascēda familia. Ex hac vobis quātū dn̄s tribuit dam⁹: ipm̄q̄ dn̄m iugiter exoramus: vt ⁊ nos ⁊ vos in timore g̃re, suo pascere dignet̄ auxilio. Auferat a nobis dominationem praue cupiditatis: donet omnib⁹ pfectū et perseuerātiā charitat. Lūbos nostros ipse p̄cingat: lucernas nostras ardere faciat, ardētesq̄ custodiat: vt ne frigescat nostra charitas: nec aliqua nobis dominet̄ iniq̄tas. Sʒ dn̄s ac redēptor noster omnibus gratiam tribuat, vniuersis donum sancte illuminationis ac virtutis infundat. Nobis donet: vt quod ab illo audiuimus recte intelligam⁹: sicut oportet faciamus: vobisq̄ faciendū sermone sufficiēti et cōgruo p̄dicemus. Vobis quoq̄ donet: vt qd̄ ab illo per seruos eius auditis: et corde intelligatis et opere faciatis. Hoc ergo diuina misericordia operetur in omnibus nobis: vt nos quos voluit esse dispēsatores: fideles faciat et prudētes. Vos quoq̄ faciat obediētes ⁊ humiles: vt mēsurā tritici dn̄ici quā vobis damus: cōmunionē vobiscum salubūter atq̄ vtiliter habeamus. Tu aūt.

¶ De confessoribus. Mat.XXV.

¶ In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolā hāc. Homo quidā peregre proficiscēs vocauit seruos suos. Et rel. Hom. bti Gregorij.

Lectio sancti euangelij fratres charissimi: solicite cōsiderare nos admonet: ne nos q̄ plus ceteris in hoc mūdo accepisse aliq̄d cernimur, ab auctore mūdi inde grauius iudicemur. Cū em̄ augētur dona rationes etiā crescunt donoℜ. Tāto ergo esse humilior, atq̄ ad seruiendū promptior q̄sq̄ debet ex munere: quāto se obligatiorē esse conspicit in reddēda ratione. Ecce homo qui peregre pficiscit̄ seruos vocat, eisq̄ ad negotiū talēta partit̄: post multū vero tpis positur⁹ rationē reuertit̄: bene operātes pro apportato lucro remunerat: seruū vō a bono opere torpentē dānat. Quis itaq̄ iste hō est q̄ peregre pficiscitur, nisi redēptor noster: q̄ in ea carne quā assumpserat abijt in celū? Carnis em̄ locus pprius terra est. Que quasi ad peregrina ducit̄, dū per redēptorē nostrū in celo collocatur. Sed homo iste peregre proficiscēs, seruis suis bona sua tradidit: q: fidelib⁹ suis sp̄ūalia dona concessit. Tex. ¶ Et vni quidē dedit quinq̄ talēta: alij aūt duo: alij vō cōmisit vnū. Quinq̄ etem̄ sunt sensus corporis: vcʒ visus, auditus, gustus, odorat⁹, ⁊ tactus. Quinq̄ igit̄ talētis donū quinq̄ sensuū.i. exterioℜ scientia exprimit̄: duob⁹ vō intellect⁹ ⁊ operatio designat̄: vni⁹ aūt talēti noie intellectus tm̄mō designat̄. Tex. ¶ Sed is q̄ quinq̄ talēta acceperat, alia quinq̄ lucrat⁹ est: q: sunt nōnulli qui exti interna ac mystica penetrare nesciūt: p intentione tn̄ superne patrie docēt recta q̄ possunt de ipsis exteriorib⁹ que acceperūt: dūq̄ se a carnis petulātia, a terrenoℜ ambitu: atq̄ a visibiliū voluptate custodiūt: ab his etiā alios admonēdo cōpescūt. Dona dei varia. Et sunt nōnulli qui quasi duob⁹ talentis ditati: intellectū atq̄ operationē pcipiunt: subtilia de internis intelligūt: mira in exteriorib⁹ operant̄: cūq̄ intelligendo ⁊ operando alijs p̄dicāt: quasi duplicatū de negotio lucrū reportant. Bene aūt alia duo vel alia quinq̄ in lucrū venisse referunt̄: q: dū vtriq̄ seru predicatio impēditur: quasi accepta talēta geminant̄. Tex. ¶ Sʒ is q̄ vnū talentū acceperat, abiēs fodit in terrā ⁊ abscondit pecuniā dn̄i sui. Talētū in terra abscōdere: est acceptum ingeniū in terrenis reb⁹ implicare: lucrū sp̄ūale nō q̄rere: cor a terrenis cogitatiōib⁹ nūq̄ leuare. Sūt aūt nōnulli qui donū intelligētie p̄ceperūt: sʒ tn̄ sola q̄ carnis sunt sapiūt. Hie.iiij. De q̄b⁹ p pphetā dr̄. Sapiētes sunt vt faciāt mala: bene aūt facere nescierūt. Sed dn̄s q̄ talēta cōtulit, rationem positurus reddit: q: is q̄ nūc pie sp̄ūalia dona tribuit, districta in iudicio merita exq̄rit: q̄d q̄sq̄ accepit cōsiderat et quod lucrū de acceptis reportet pensat. Seruus q̄ geminata talēta retulit, a dn̄o laudat̄: atq̄ ad eternā remunerationē intromittitur, cū ei voce dn̄ica dicit̄. Tex. ¶ Euge serue bone ⁊ fidelis: q: sup pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituā, intra in gaudiū dn̄i tui. Pauca q̄ppe sunt bona oīa p̄sentis vite quālibet multa esse videantur cōparatione retributionis eterne. Sed tūc fidelis seruus sup multa cōstituit̄: qn̄ deuicta oī corruptionis molestia de eternis gaudijs in illa sede celesti gloriat̄. Tūc ad dn̄i

sui gaudiū pfecte itromittitur: qn̄ in eterna illa patria assumpt⁹, atq̄ angeloℜ cetib⁹ admittus: sic interi⁹ gaudet de munere, vt non sit iā qd̄ exteri⁹ doleat de corruptione. Tex. Seru⁹ autē q̄ operari de talēto noluit, ad dn̄m cū verbis excusationis redit, dicēs. ¶ Dn̄e scio q hō dur⁹ es: metis vbi nō seminasti, ⁊ cōgregas vbi nō sparsisti: ⁊ timēs abij ⁊ abscōdi talentū tuū in terra: ecce habes qd̄ tuū est. Notandū q inutilis seru⁹ durū dn̄m vocat: cui tn̄ ad lucrum deseruire dissimulat: ⁊ timuisse se dicit in lucrū talentum expendere: q̄ hoc solū timere debuerat, ne hoc sine lucro ad dn̄m reportaret. Sūt em̄ plerīq̄ intra sanctā ecclesiā: quorū iste seru⁹ imaginē tenet: q̄ melioris vite vias aggredi metuūt: ⁊ tn̄ iacere i sui torporis ignauia nō ptimescūt. Cūq̄ se peccatores cōsiderāt: sanctitat vias arripere trepidāt, ⁊ remanere in suis iniq̄tatibus nō formidāt. Quorum bn̄ Petr⁹ adhuc in infirmitate posit⁹ speciē tenet: cū
Luce.v. viso miraculo pisciū dixit. Exi a me dn̄e: q: pctōr hō sum. Immo si peccatorē te consideres: oportet vt a te dn̄m nō repellas. Sed q̄ idcirco melioris habitus vias ⁊ rectioris vite apprehēdere arcē nolūt: q: infirmos se esse cōspiciunt: q̄si ⁊ peccatores se fatētur ⁊ dn̄m repellunt: cūq̄ in quo sanctificari debuerāt fugiūt: et velut in prturbatione consiliū nō habēt, dū moriunt̄ ⁊ vitā timēt. Vn̄ ⁊ huic ser-
Tex. uo ptin⁹ respōdet̄. ¶ Serue male ⁊ piger: sciebas quia meto vbi nō semino, ⁊ cōgrego vbi nō spargo: oportuit ḡ te dare pecuniā meā numularijs, ⁊ ego veniēs recepissem vtiq̄ qd̄ meū est cū vsura. Ex verbis suis seru⁹ piger constringit̄, cum dn̄s dicit. Meto vbi nō semino: et cōgrego
Censura dei iusta vbi nō sparsi. Ac si aperte dicat. Si iuxta tuā sententiā et illud exq̄ro a te qd̄ nō dedi: quātomagis a te exigo qd̄ ad erogandū dedi? Oportuerat ḡ te dare pecuniā meam numularijs: ⁊ ego veniens vtiq̄ recepissem qd̄ meū est cum vsura. Pecuniā vero numularijs dare: est eis scientiā predicationis impendere: q̄ hanc valeāt ⁊ dictis et operibus exercere. Sed sicut nostrū periculū aspicitis, si dn̄icā pecuniā teneam⁹: ita vestrū fr̄es charissimi solicite pēsate: q: cū vsuris a vobis exigit̄ qd̄ audistis. In vsura q̄ppe pecunia etiā nō data recipit̄. Cū em̄ hoc reddit̄ qd̄ acceptum fuerat: etiā illud superimpēdit̄ qd̄ acceptū nō est. Pēsate fr̄es charissimi: q: de accepta hac vbi pecunia vsuras soluetis, ⁊ curate vt ex eo qd̄ audistis, etiā alia studeatis intelligere q̄ nō audistis: q̄ten⁹ alia ex alijs colligētes: etiā illa discatis ex vobismetipsis agere: q̄ necdū ex predicato-
Tex. ris ore didicistis. Pigrū vō seruū: q̄ s̄nia feriat audiamus. ¶ Tollite ab eo talentum: et date ei q̄ habet decē talēta. Opportunū valde videbat̄: vt cū malo seruo vnū talētū tollit̄, ei poti⁹ q̄ duo q̄ q̄ quinq̄ talēta acceperat daretur. Illi em̄ dari debuit: q̄ min⁹ q̄ q̄ plus habuit. Sed sicut superi⁹ diximus: p quinq̄ talēta quinq̄ videlicet sensuū.i. exteriorū sciētia designat̄: per duo autē intellect⁹ et operatio exprimit̄. Plus ḡ habuit q̄ duo q̄ q̄ quinq̄ talēta acceperat: q: q̄ p quinq̄ talēta exterioℜ administrationē meruit ab intellectu internorū vacu⁹ fuit. Vnū ḡ talētū, p qd̄ intellectū significari diximus, illi dari debuit: q̄ bn̄ exteriora q̄ acceperat ministrauit. Qd̄ q̄tidie in sctā eccl'ia agi cernimus: q: plerīq̄ dū bn̄ ministrāt exteriora q̄ accipiūt per adiunctā gratiā ad intellectū q̄ mysticū pducunt̄: vt etiā de interna itelligētia polleāt q̄ exteriora fideliter admini-
Tex. strāt. Generalis etiā s̄nia subdit̄ cū dicit̄. ¶ Oi em̄ habēti dabit̄, ⁊ abūdabit: ei autē q̄ nō hʒ, ⁊ qd̄ videtur habere auferet̄ ab eo. Habēti nāq̄ dabit̄ ⁊ abūdabit: q: q̄sq̄s charitatē hʒ etiā dona alia p̄cipit. Quisq̄s charitatem nō hʒ: etiā dona q̄ p̄cepisse videbat̄ amittit. Vn̄ necesse est fr̄es mei vt p oī qd̄ agit erga charitat custodiā vigilet. Charitas aūt vā est: ⁊ amicū diligere i deo, ⁊ inimicū diligere
